IN anno, quo venit Tharthan Aſchdodem, quum mitteret eum Sargon, Rex Aſchutis, pugnavitque contra Aſchdodem, ac cepit eam.

2. In tempore (*inquam*) illo locutus eſt JEHOVAH per manum Jeſchajæ, filii Amozi, dicendo: Abi, & diſſolve ſaccum deſuper lumbis tuis, & calceum tuum exues deſuper pede tuo; & fecit ſic, eundo nudus & diſcalceatus.

3. Inſuper dixit JEHOVAH; Quemadmodum ivit ſervus meus Jeſchajah nudus & diſcalceatus, in tres annos (*exiſtens*) ſignum & prodigium ſuper Ægypto & Kuſcho:

4. Sic ducet Rex Aſchuris captivitatem Ægypti, & turbam deportandam Kuſchi, pueros & ſenes, nudam & diſcalceatam, imò detectos nates, nuditatem Ægypti.

5. Tum conſternabuntur, & erubeſcent (*confœderati,*) ob Kuſchum, expectationem ipſorum, & ob Ægyptum, decus ipſorum.

6. Dicetque habitator inſulæ hujus in die illâ: Ecce, ſic (*eſt*) expectatio noſtra, quò fugimus in auxilium, ut eriperemur coram Rege Aſchuris: quomodo ergò liberabimur nos?

CAP. XXI.

Hoc caput de diverſis populis agit: habetq; partes tres. I. Eſt prophetia contra Babel. à v. 1. II. Prophetia contra Dumam ſeu Idumæam. v. 11. 12. III. Prophetia contra Arabiam. à v. 13.

ONus deſerti maris: (*quod*) ſicut turbines in meridie ad tranſeundum; è deſerto venit, (*h. e.*) è terra terribili.

2. Viſio dura indicata eſt mihi: (*nimirum, quia;*) perfidus iſte (*eſt*) perfidè agens, & vaſtator iſte (*eſt*) vaſtans: Aſcende (*igitur*) Elam; obſide Madaj: (*nam*) omnem gemitum ejus ceſſare faciam.

3. Propterea (*inquit Babel*) impleti ſunt lumbi mei dolore magno, dolores apprehenderunt me, ſicut dolores parturientis: corruptus ſum, ut non audiam; perturbatus ſum, ut non videam.

4. Aberravit cor meum; terror conſtetnavit me: (*nam*) crepuſculum deſiderii mei poſuit mihi in trepidationem.

5. Diſponere menſam, ſpeculari ſpeculationem, comedere, bibere (*ceſſate;*) ſurgite (*contra*) principes, ungite ſcutum.

6. Nam ſic dixit ad me ADONAI; abi, conſtitue ſpeculatorem; qui ſpectet (&) nuntiet.

7. Vidit ergò currum, par equitum, currum aſini, currum cameli; & auſcultavit auſcultationem; (*ubi*) magna (*fuit*) auſcultatio (*h. e. ſonus.*)

8. Clamavit enim (*ſicut*) Leo; [a] ſuper ſpecula, ADONAI, Ego (*ſum*) ſtans jugiter interdiu; & ſuper cuſtodia mea Ego conſtitutus omnibus noctibus. a) *Heb. 2, 1.*

9. Tum verò ecce, currus viri, par equitum: [b] Reſponditque (*Adonai,*) & dixit; Cecidit, cecidit Babel, & omnia ſculptilia deorum ejus confregit in terram. b) *Iſa. 21, 2. Ap. 14, 8. 18, 2.*

10. O tritura mea, filii areæ meæ! quæ audivi à cum JEHOVAH Zebaoth, DEo Jiſraëlis, indicavi vobis.

11. Onus Dumæ. Ad me (*eſt*) clamans è Seir, Cuſtos, quid de nocte (*ſupereſt?*) Cuſtos, quid de nocte (*ſupereſt?*)

12. Dixit cuſtos; Venit mane, etiamque nox (*eſt:*) ſi quæritis, quærite: venite, redite.

13. Onus Arabiæ. In ſilva in Arabia pernoctabitis; turmæ Dedanim.

14. Obviam ſitienti adferte aquas, habitatores terræ Thema; cum pane ejus prævenite vagabundum.

15. Nam coram gladiis vagabuntur, coram gladio extenſo, & coram arcu tenſo, & propter gravitatem belli.

16. Sic namque dixit ADONAI ad me: Intra annum, juxta annos mercenarii, conſumetur omnis gloria Kedaris (*Arabiæ.*)

17. Et reliquiæ numeri arcus fortium filiorum Kedaris paucæ erunt: nam JEHOVAH, DEus Jiſraëlis locutus eſt.

CAP. XXII.

Pars hujus Capitis duæ ſunt. I. Habet prophetiam univerſalem contra vallem viſionis. à v. 1. II. Prophetiam particularem contra vallis viſionis principem, Schebnam. à v. 15.

Onus

ONus vallis viſionis. Quid tibi hic, quod aſcendiſti univerſa in tecta?

2. O tumultibus plena! urbs tumultuans; civitas hilaris! (*nec tamen*) confoſſi tui (*ſunt*) confoſſi gladio, neque occiſi bello.

3. (*Sed*) dominatores tui vagantur unà, præ arcu vincti ſunt: omnes, qui inventi ſunt in te, vincti ſunt unà; à longinquo fugerunt.

4. Propterea dixi; reſpicite à me, ut amarè me geram in fletu: ne inſtetis ad conſolandum me, ob vaſtationem filiæ populi mei.

5. Nam dies (*eſt*) tumultus, & conculcationis, & perplexitatis, ADONAIO JEHOVIH Zebaoth, in valle viſionis: (*qui eſt*) deſtruens murum, ut vociferatio (*ſit*) verſus montem.

6. Nam Elam ſuſtulit pharetram, cum curru hominis (&) equitibus: Kir autem denudavit ſcutum.

7. Unde factum eſt: ſelectio vallium tuarum impletæ ſunt curru: & equites ponendo poſuerunt (*caſtra*) uſque ad portam.

8. Denudavit autem tegumentum Jehudæ: ideò reſpicies (*ô Jehudah*) in die illo ad armamentarium domus ſilvæ.

9. Rupturas etiam urbis Davidis vidiſtis, quod plurimæ ſint: & congregaſtis aquas piſcinæ inferioris.

10. Domos verò Hieroſolymæ numeraſtis, ut deſtrueretis domos, ad muniendum murum.

11. Inſuper concepraculum (*aquarum*) feciſtis inter duos muros aquis piſcinæ veteris: ſed non ſpectaſtis ad Factores ejus, & Formatorem ejus è longinquo non vidiſtis.

12. Ideò vocabit ADONAI JEHOVIH Zebaoth, in die illo ad fletum, & ad planctum, & ad calvitiem, & ad induendum ſaccum.

13. Ecce enim (*nunc eſt vobis*) lætitia & gaudium; occidere bovem, & mactare pecudem; comedere carnem, & bibere vinum: (*dicitis namq;*) [a] comedendum & bibendum eſt; eras enim moriemur. a) *Eſa. 56, 12. Sap. 2, 6. 1. Cor. 15, 32.*

14. Quod revelatum eſt in auribus JEHOVAH Zebaoth: (*ideò*) ſi expiabitur iniquitas hæc vobis, uſque dum moriemini, dixit ADONAI JEHOVIH Zebaoth.

15. Sic dixit ADONAI JEHOVIH Zebaoth; Ito, intra ad Theſaurarium nunc, ad Schebnam, qui eſt ſuper domo Regis:

16. (*Et dic ad eum;*) Quid tibi hic? & quis tibi hic? quod excidiſti tibi hic ſepulchrum. O excidens (*in*) altitudine ſepulchrum ſuum; incidens in petram habitaculum!

17. Ecce, JEHOVAH (*eſt*) tranſportans te tranſportatione, ô vir, & obtegendo obtegens te.

18. Volutando volutabit te volutatione, (*ſicut*) pilam ad terram latam ſpatiis: ibi morieris; & ibi currus gloriæ tuæ (*erunt*) ignominia domus domini tui.

19. Depellam namque te de ſtatione tua; & de loco tuo evertam te.

20. Contra fiet in die illo: Vocabo ſervum meum Eljakimum, filium Chilkijæ:

21. Quem induam tunica tua; & cingulo tuo roborabo eum; dominiumque tuum dabo in manum ejus; ut ſit in patrem habitatori Hieroſolymæ, & domui Jehudæ.

22. Dabo etiam (*illi*) clavem [b] domus Davidis ſuper humerum ipſius; ut aperiat, & non (*ſit*) claudens; & claudat, nec (*ſit*) aperiens. b) *Apoc. 3, 7.*

23. Imò figam eum (*ſicut*) clavum in loco fideli, ut ſit in thronum gloriæ domui patris ipſius.

24. Super quo ſuſpendant omnem gloriam patris ipſius, filiorum & nepotum, (*quin*) omnia vaſa parvuli; de vaſis craterum uſque ad omnia vaſa nabliorum.

25. In die illo [dictum eſt JEHOVÆ Zebaoth] recedet (*tandem*) clavus hic fixus in loco fideli; quumque excideretur & cadet, excinderetur etiam onus, quod ſuper eo (*pependit:*) nam JEHOVAH locutus eſt.

CAP. XXIII.

Capitis hujus partes duæ ſunt. I. Habet Tyri devaſtationem. à v. 1. II. Verò Tyri reſtitutionem à v. 15.

Onus

a) *Ier. 47,4. Ez. 26,3 27,27. 28,7.*

ONus [a] Tyri. Ejulate naves Tharſchiſchi; quia devaſtata eſt (*Tyrus,*) ut non (*ſit illi*) domus, nec intret quiſquam: è terra Kitthim manifeſtè veniet (*hoc*) illis.

2. Silete habitatores inſulæ: (*ſilet*) mercator Zidonis, (&) tranſiens mare, qui impleverunt te:

3. Et per aquas multas ſemen Schichoris, (&) meſſis Nili (*erant*) proventus illius, ut eſſet mercatura gentium.

4. Erubeſce Zidon: dixit enim mare, (&) munimentum maris, dicendo; non parturivi, & non peperi, & non educavi juvenes, (*nec*) adoleſcere feci virgines.

5. Cum fama Ægypto (*venerit:*) dolore corripientur; ſicut ad famam Tyri.

6. Tranſite in Tharſchiſch: ejulate habitatores inſulæ.

7. Hæccine eſt vobis hilaris? (*ſi*) ejus (*eſſet*) antiquitas à diebus æternitatis; abducent (*tamen*) eam pedes ejus in longinquum ad exulandum.

8. Quis deliberavit hoc ſuper Tyrum ſeſe coronantem? cujus mercatores principes; negotiatores ejus, honorati terræ.

9. JEHOVAH Zebaoth deliberavit hoc, ad profanandum magnificentiam omnis decoris, (&) ad viles reddendos omnes honoratos terræ.

10. Tranſi per terram tuam (*ocius*) ſicut fluvius, ad filiam Tharſchiſchi: (*ita ut*) non (*tibi ſit ullum*) cingulum amplius.

11. Manum ſuam extendit ſuper mare, b) *Iob. 21,24* [b] commovit regna; JEHOVAH præcepit Mercatori ad perdendum munimenta ejus:

12. Dixitque: non adde amplius hilaris eſſe, oppreſſa virgo filiæ Zidonis: ad Kitthim (*enim*) ſurge, tranſi; (*attamen*) etiam ibi non erit quies tibi.

13. En, ô terra Chaldæorum! populus hic non eſt (*amplius,*) ô Aſchur; fundavit (*DEUS*) eam in acervos: erigent quidem ſpeculatorias turres ſuas, excitabunt palatia ſua (*Tyri ſcilicet;*) tamen ponet eam in ruinam.

14. (*Quare*) ejulate naves Tharſchiſchi; quia devaſtatum eſt munimentum veſtrum.

15. Fiet itaque in die illo: oblivioni tradetur Tyrus ſeptuaginta annos, juxta dies Regis unius: à fine (*autem*) ſeptuaginta annorum, erit Tyro juxta Canticum meretricis:

16. Accipe citharam, circumambula in urbe, ô meretrix oblivioni tradita: eleganter pulſa, multiplica cantum, ut in memoriam revoceris.

17. Fiet namque à fine ſeptuaginta annorum: viſitabit JEHOVAH Tyrum, ut redeat ad mercedem meretriciam ſuam; & ſcortetur cum omnibus regnis terræ ſuper faciebus orbis.

18. Tandem vero erit mercatura ejus & merces meretricia ejus ſanctum JEHOVÆ; non reponetur, neque detinebitur: ſed habitantibus coram JEHOVAH erit mercatura ejus, ad comedendum, (&) ad exſatiandum ſe, & tegenti ſe antiquo.

CAP. XXIV.

Caput hoc de Iudæa agit: & partes habet duas. Quarum I. continet commination em, tum contra terram; tum contra urbem Hieroſolymam; tum contra populum. à v. 1. II. Habet promiſſionem de liberatione, & regno Domini in Zyone. v. 14. 15. 22. 23.

ECce JEHOVAH (*erit*) evacuans terram, & exinaniens eam, & everret facies ejus, ac diſperget habitatores ejus.

2. Tum [a] erit ſicut populus, ita Sa- a) *Oſe. 4,9.* cerdos; ſicut ſervus, ita Dominus ejus; ſicut ancilla, ita domina ejus; ſicut emens, ita vendens; ſicut mutuo dans, ita mutuo accipiens; ſicut in uſuram dans, ita in uſuram accipiens.

3. Evacuando evacuabitur terra, & ſpoliando ſpoliabitur: quia JEHOVAH locutus eſt verbum hoc.

4. (*Ideò*) lugebit (&) confundetur terra habitabilis; langueſcet (&) confundetur orbis; langueſcen, (*qui ſunt*) altitudo populi terræ.

5. Ipſa autem terra profanabitur ſub habitatoribus ſuis: eò quod tranſgreſſi ſunt leges, tranſcenderunt ſtatutum, irritum reddiderunt fœdus æternitatis.

6. Propterea maledictio comedet terram, & reatum luent habitatores in ea: propterea exurentur habitatores terræ, & reliquus erit homo rarus.

7. Lugebit muſtum, langueſcet vitis, gement omnes læti corde.

8. Ceſſabit gaudium tympanorum, ceſſabit tumultus hilarium: ceſſabit gaudium citharæ.

9. Cum cantu non bibent vinum, amara erit ſicera bibentibus eam.

10. Frangetur urbs inanitatis; claudetur omnis domus, ut nemo intret.

11. Clamor (*eris*) ſuper vino in plateis, commiſcebitur omne gaudium, exulabit lætitia terræ.

12. Reliquum in Urbe (*erit*) vaſtitas, uſq; ad devaſtationem contundetur porta.

13. Sic namque erit in medio terræ, in medio populorum; ſicut ſtrictura oleæ, ſicut racemationes, quando conſummata eſt vindemia.

14. Illi extollent vocem ſuam, (&) jubilabunt; ob magnificentiam JEHOVÆ clamabunt (*alta voce*) à mari.

15. Propterea in Urim honorate JEHOVAM; in inſulis maris Nomen JEHOVÆ, DEI Iſraëlis.

16. Ab extremitate terræ cantica audivimus; Gloria (*erit*) Juſto. Tum dixi; Macies mihi! macies mihi! Væ mihi! (*Nam*) perfidi perfidè agunt, & perfidiam perfidorum perfidè faciunt.

17. (*Ideo*) pavor, & fovea & laqueus ſuper te (*venient,*) ô habitator terræ.

b) *Ier. 48,44. Am. 5, 19.* 18. Unde fiet: [b] fugiens à voce pavoris cadet in foveam, & aſcendens è fovea capietur laqueo: nam cataractæ ab alto (*cælo*) apertæ ſunt, & commota ſunt fundamenta terræ.

19. Confringendo confracta eſt terra, diſrumpendo diſrupta eſt terra: commovendo commota eſt terra.

20. Titubando titubabit terra, ſicut ebrius; & hinc inde commovebitur, ſicut tegillum: gravis namque erit ſuper ea prævaricatio ejus: ideò cadet, & non adder ſurgere.

21. Sed & erit in die illo: viſitabit JEHOVAH ſuper exercitum altitudinis in altitudine; & ſuper Reges terræ ſuper terra.

22. Colligenturque collectione vinctus ſuper fovea, ac claudentur ſuper claſtro: poſt tamen multitudinem dierum viſitabuntur.

23. Tum erubeſcet luna, & pudebit ſol: regnabit enim JEHOVAH Zebaoth in monte Zionis & in Hieroſolyma; & coram Senioribus Ejus (*erit*) gloria.

CAP. XXV.

Partes Capitis hujus ſunt duæ. I. Eſt Laus Iehova DEO dicta à populo Iudaico. à v. 1. II. Verò Laudis dictæ rationes: ſparſim.

JEHOVAH DEUS meus (*es*) Tu: (*ideò*) exaltabo Te; confitebor Nomini Tuo: quia feciſti mirabilia; conſilia (*Tua ſunt*) à longinquo, veritas (*Tua eſt*) fidelitas.

2. Poſuiſti enim de urbe in acervum; urbem munitam in ruinam: palatium alienorum de urbe, (*ut*) in perpetuum non ædificetur.

3. Propterea honorabunt Te populus validus, urbs gentium violentarum timebunt Te.

4. Quia factus es munimentum pauperi, munimentum egeno, cum anguſtum illi, refugium ab inundatione, umbra ab ardore: nam ſpiritus violentorum (*eſt*) ſicut inundatio parietis.

5. (*At*) ſicut ſiccitatem in loco arido, tumultum alienorum humiliabis: (*ſicut*) æſtum per umbram nubis propaginem violentorum reprimet.

6. Faciet enim JEHOVAH Zebaoth omnibus populis in monte hoc [a] convivium pinguedinum, convivium fecum: pinguedinum medullatarum, fecum defecatarum. a) *Matt. 22, 1. Luc. 14, 16.*

7. Et [b] abſorbebit in monte hoc faciem obvolutionis, obvolutionis ſuper omnibus populis; & velamen obvelatum ſuper omnes gentes. *Ap. 19, 7* b) *1. Cor. 15, 55.*

8. Abſorbebit (*inquam*) mortem in æternum, & abſterget ADONAI JEHOVIH [c] lachrymam deſuper omnibus faciebus, ac ignominiam populi Sui removebit deſuper omni terra: nam JEHOVAH locutus eſt. c) *Apoc. 7, 17. 21, 4.*

9. Tum

9. Tum dicet (*populus Jehovæ*) in die illo: Ecce, Deus noſter Hic, (*quem*) expectavimus, ut liberet nos: Hic (*eſt*) JEHOVAH, quem expectavimus: exultemus (*ergò*) & lætemur in ſalute Ejus!

10. Requieſcet enim manus JEHOVÆ in monte hoc: ideò triturabitur Moabus ſub Eum, ſicut conculcatur palea in ſterquilinio.

11. Unde expandet manus ſuas in medio ſui; ſicut expandit natans ad natandum; humiliabit enim ſuperbiam ejus cum obicibus manuum ejus.

12. Et munimentum refugii murorum tuorum deprimet, dejiciet, proſternet in terram, uſque in pulverem.

CAP. XXVI.

Partes hujus Capitis ſunt tres. Quarum I. habe Canticum Eccleſia Judaica ſub N.T. reſtitu. à v.1. II. Preces Eccleſiæ Judaicæ ſub N.T. profeſſa, à v.7. III. Divinam, ad Eccleſiam precantem conſolationem v.20.21.

IN die illo cantabitur Canticum hoc in terra Judæ. Urbs valida (*eſt*) nobis: ſalutem ponet muros & antemurale.

2. Aperite portas, ut ingrediatur gens juſta cuſtodiens fidelitates.

3. Figmentum ſuffultum (*quod attinet,*) ſervabis id, pacem (*pacatum,*) pacem (*pacatum inquam;*) quia in Te confiſum (*eſt.*)

4. Confidite (*itaq;*) in JEHOVAH in æternitatem, quia in JAH JEHOVAH petra æternitatis (*eſt.*)

5. Dejecit enim habitatores altitudinis, urbem exaltatam; humiliavit eam; humiliavit (*inquam*) eam in terram uſque; proſternit eam in pulverem uſque.

6. Calcat eam pes: pedes (*hominis*) afflicti, greſſus pauperum.

7. (*At*) via juſti (*eſt*) recta: recta (*eſt*) orbita juſti, (*quam DEUS*) probas.

8. Etiam (*quod ad*) viam judiciorum Tuorum, expectavimus Te, JEHOVAH; (*ad*) Nomen Tuum & memoriam Tuam (*ſunt*) deſiderium animæ (*noſtræ.*)

9. Animâ meâ deſideravi Te in nocte; etiam ſpiritu meo in medio mei expectavi Te mane: nam quando judicia (*ſiunt*) Tua terræ, juſtitiam diſcunt habitatores orbis.

10. (*Sed ſi*) parcitur impio, non (*tamen*) diſcit juſtitiam, (*ſed*) in terra rectitudinum perverse aget, nec videbit magnificentiam JEHOVÆ.

11. JEHOVAH, (*etſi*) exaltata manus Tua (*fuerit; tamen*) non videbunt: (*potius*) videbunt & erubeſcent in odium populi (*tui: ideò*) etiam ignis inimicos Tuos comedet.

12. O JEHOVAH, diſpones (*ergò*) pacem nobis: nam etiam omnia opera noſtra operatus es nobis.

13. JEHOVAH, Deus noſter, dominati (*quidem*) ſunt nobis Domini præter Te, tantum (*tamen*) per Te commemoravimus Nomen Tuum.

14. (*Impij*) mortui non vivent, Rephaim non reſurgent: eò quod viſitaſti, extinxiſti eos, & perdidiſti omnem memoriam illis.

15. (*Quando*) addidiſti (*bonum*) genti (*Tuæ,*) addidiſti (*inquam*) genti (*Tuæ,*) glorificatus es: removiſti (*autem*) omnes extremitates terræ.

16. JEHOVAH, in anguſtia quæſiverunt Te; clamarunt muſſitatione, (*cum venit*) caſtigatio Tua illis.

17. Sicut [a] gravida (*cum*) appropinquat ad pariendum, parturit, clamat in doloribus ſuis: ſic fuimus coram Te, JEHOVAH. a) *Ioh. 16,21.*

18. Concepimus (*quidem,*) parturivimus, (*ſed*) quaſi peperimus ventum: ſalutes (*enim*) non fecimus terræ, nec ceciderunt habitatores orbis.

19. Vivent (*tamen*) [b] mortui Tui: (*unde etiam*) cadaver meum (*qui ſunt,*) reſurgent: evigilate, & jubilate habitatores pulveris: nam ros Tuus (*ô DEUS*) ros (*eſt*) olerum; ſed terram Rephaim deturbabis. b) *Ez. 37,1-14*

20. Abi, populе mi, intra in cubicula tua, & claude januam tuam poſt te: occulta te ſicut parum momenti, uſque dum tranſeat ira.

21. Nam, ecce, JEHOVAH (*erit*) [c] exiens è loco ſuo, ad viſitandum iniquitatem habitatoris terræ ſuper illum: tum revelabit terra ſanguines ſuos, & non celabit amplius occiſos ſuos. c) *Mich. 1,3.*

CAP. XXVII.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Habet de liberatione populi ſeu Eccleſiæ DEI è captivitate ſuâ promiſſionem. à v.1. II. Deſcribit naturam caſtigationis populi DEI ſive Eccleſiæ. à v. 7.

IN die illo viſitabit JEHOVAH gladio ſuo duro, & magno, & forti ſuper Livjathanem, ſerpentem oblongum, & ſuper Livjathanem, ſerpentem tortuoſum, occidetque cetos, qui in mari.

2. In die illo reſpondete illi, (*quod ſit*) vinea meri.

3. Ego JEHOVAH (*ſum*) cuſtodiens eam: in momentis irrigabo eam: ne deſideret (*quis quid*) ſuper ea, noctu & interdiu cuſtodiam eam.

4. Ira (*inquit*) mihi non (*eſt:*) quis dabit mihi ſenticetum (*&*) vepretum in bello? invadam ea, ſuccendam ea unà.

5. Aut (*quis*) apprehendet robur meum? faciet (*enim*) pacem mihi; pacem (*inquam*) faciet mihi.

6. (*Unde*) venturos radicabit Jacobus; efflorescet, & florebit Iſraël, ita ut impleantur facies orbis proventu.

7. Num juxta plagam percutientis ipſum, percuſſit ipſum (*Jehovah?*) num juxta cædem occiſorum ejus occiſus eſt?

8. Cum menſura, dum dimiſit eam, contendit cum ea: meditatus eſt de vento ſuo duro in die Euri.

9. Quare per hoc expiabitur iniquitas Jacobi; & hic (*erit*) omnis fructus; removere (*ſcil.*) peccatum eorum, cum poſuerit omnes lapides altaris, ſicut lapides calcis diſperſos; non reſurrexerint luci & ſtatuæ ſolares.

10. Quia urbs munita (*erit*) ſolitaria; habitaculum dimiſſum & derelictum in deſerto: ibi paſcet vitulus, & ibi cubabit, & conſumet ramos ejus.

11. Quando exaruerit meſſis ejus, (*&*) confringentur mulieres, venientes illuminantes illam, non enim populus intelligentiarum ille: propterea non miſerebitur ejus Factor ejus; & Formator ejus non propitiabitur illi.

12. Erit porrò in die illo: excutiet JEHOVAH de ſpica fluvii uſque ad fluvium Ægypti: vos autem colligemini alteri unus, ô filii Iſraëlis.

13. Erit porrò in die illo: clangetur buccina magna, venientque pereuntes in terra Aſchuris, & expulſi in terra Ægypti: & incurvabunt ſe JEHOVÆ in monte ſanctitatis, in Hieroſolyma.

CAP. XXIIX.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Habet prophetiam contra regnum Samariæ ſive Iſraëliticum. à v.1. II. Habet prophetiam contra regnum Iehudæ ſive Hieroſolymam. à v.14.

VÆ coronæ ſuperbiæ; ebriis Ephrajimi; & (*væ*) flori accidenti gloriæque decoris ejus; qui (*eſt*) ſuper capite vallis pinguium, perturbatorum vino.

2. Ecce (*enim*) fortis & robuſtus eſt ADONAI (*Dominus*) (*qui*) ſicut inundatio grandinis, procella cædis: ſicut inundatio aquarum validarum inundantium dejiciet in terram manu.

3. Pedibus conculcabuntur corona ſuperbiæ, (*&*) ebrii Ephrajimi.

4. Eritque flos decidui, gloria decoris ejus, qui (*eſt*) ſuper capite vallis pinguium, ſicut ficus præcox, dum nondum æſtas: quam videbit videns illam, dumque adhuc in manu ejus, deglutiet eam.

5. In die illo erit JEHOVAH Zebaoth in coronam ornatus & cidarim decoris reliquis populi Sui.

6. Et in ſpiritum judicii, ſedenti ſuper judicio, & in fortitudinem iis, qui bellum à porta repellunt.

7. Sed etiam hi per vinum errant, & per ſiceram aberrant: Sacerdos & Propheta errant per ſiceram, abſorbentur à vino; aberrant per ſiceram, errant inter videntes, titubant in judicio.

8. Quinimò omnes menſæ plenæ ſunt vomitu egeſtionis, (*ut*) non (*ſuperſit*) locus.

9. Quemnam docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte? avulsos ab uberibus?

10. (*Dicunt enim;*) præceptum ad præceptum, præceptum ad præceptum, regula ad regulam, regula ad regulam (*sit;*) parum hic, parum ibi (*clama.*)

a) 1. Cor. 14, 21. 11. Ideò cum [a] irrisionibus labii, & cum linguâ aliâ loquitur (*Dominus*) ad populum hunc.

12. Ad quos dixerat; Hæc (*est*) requies, (*quam*) relinquetis fesso; & hoc est refrigerium; sed noluerunt audire.

13. Erit itaque illis verbum JEHOVÆ, præceptum ad præceptum, præceptum ad præceptum, regula ad regulam, regula ad regulam; parum hic, parum ibi: ut eant, & impingant retrò, frangaturque & illaqueentur & capiantur.

14. Propterea audite verbum JEHOVÆ, viri irrisionis, paraboliſantes populi hujus, qui in Hieroſolyma:

15. Quia dixiſtis; excidimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus viſionem (*pacis:*) (*unde*) quando flagellum inundationis tranſiverit, non veniet ad nos: poſuimus enim mendacium fiduciam noſtram, & in falſitate latebimus.

b) Pſal. 118, 22. Matth. 21, 42. Act. 4, 11. 1. Pet. 2, 6. Rom. 9, 33. 16. Propterea ſic dixit ADONAI JEHOVIH; ecce, [b] Ego (*ſum Is, qui*) fundabit in Zijone lapidem, lapidem probationis, angulum pretii, fundationis fundatæ: qui [c] crediderit, non feſtinabit (*cadere.*)

17. Tum ponam judicium in regulam, & juſtitiam in perpendiculum: ſed everret grando refugium mendacii, & latibulum aquæ inundabunt.

c) Rom. 10, 11. 18. Abolebitur fœdus veſtrum cum morte, & viſio (*pacis*) veſtra cum inferno non conſiſter: flagellum inundationis cum tranſiverit, eritis illi in conculcationem.

19 Ex quo tranſibit, auferet vos: nam ſingulis matutis tranſibit, in die, & in nocte: unde erit tantum commotio intelligere facere auditum.

20. Brevius enim erit ſtratum, quam ut quis extendat ſe; & tegumentum angustius, quam ut colligat ſe.

21. Siquidem [d] ſicut (*in*) monte Perazim ſurget JEHOVAH, ſicut (*in*) valle in [e] Gibeone indignabitur; ad faciendum opus Suum, [alienum (*autem erit*) opus Ejus,] & ad operandum operationem ſuam [aliena (*autem eſt*) operatio Ejus.]

d) 2. Sa. 5, 20. 1. Par. 14, 11. e) Joſ. 10, 10.

22. Quare ne irrideatis; ne forte invaleſcant caſtigationes veſtræ: quia conſummationem & deciſionem audivi à cum ADONAI JEHOVIH Zebaoth ſuper univerſam terram.

23. Auſcultate & audite vocem meam; attendite & audite ſermonem meum:

24. Num toto die arabit arator ad ſerendum? aperiet & occabit terram ſuam?

25. Nonne quando complanavit faciem ejus, diſpergit nigellam, & cuminum diſſeminat: ita reponit (*metens*) triticum menſuratum, & hordeum deſignatum; & zea (*eſt*) determinata ejus.

26. Ita caſtigat eum ad judicium; Deus ejus docet eum.

27. Non enim per tribulam trituratur nigella, aut rota currus ſuper cuminum circumagitur: ſed baculo excutitur nigella, & cuminum ſcipione.

28. (*Poſt*) in panem comminuitur: Non enim in perpetuum triturando triturabit ipſum, & (*qui*) quatiet rotam currus ſui & equitum ſuorum, non comminuet ipſum.

29. Etiam hoc à cum JEHOVAH Zebaoth exivit; (*qui*) mirificavit conſilium, magnificavit ſapientiam.

CAP. XXIX.

Partes hujus Capitis ſunt tres. I. Habet miſeriam populi Judaici ſub N. Teſt. à v. 1. II. Habet miſeria cauſas, à v. 23. III. Ex miſeria reliquias à v. 17.

VÆ, Ariel, Ariel, urbs, (*ubi*) ſedem fixit David! addite annum ad annum; feſta definite.

2. Attamen anguſtabo Arielem, ut ſit mœſtitia & mœror. Erit enim mihi ſicut Ariel (*h. e. Leo Dei.*)

3. Et [a] caſtra metabor (*cum*) acie contra te, & obſidebo te ſtationes, erigamque contra te munitiones.

4. Tum humiliaberis, è terra loqueris, & è pulvere humiliter ſonabit ſermo tuus: dum erit ſicut Pythonis è terra vox tua, & ex pulvere ſermo tuus muſſitabit.

5. Contra erit ſicut pulvis tenuis multitudo hoſtium tuorum, & ſicut gluma tranſiens multitudo violentorum; fieretque ſubito valdè.

6. A cum JEHOVAH Zebaoth viſitaberis, cum tonitru, & terræmotu, & voce magnâ, procellâ & tempeſtate, & flamma ignis comedentis.

7. Eritque ſicut ſomnium, viſio noctis, multitudo omnium gentium militantium contra Arielem; & quod ad omnes milites ejus & munitiones ejus, anguſtabunt eam.

8. Erit, inquam, ſicut cum ſomniat famelicus, quaſi eſſet comedens; ſed quando evigilat, jejuna eſt anima ejus; aut quando ſomniat ſitiens, quaſi eſſet bibens; ſed quando evigilat, ecce, laſſus eſt, & anima ejus appetens: ſic erit multitudo omnium gentium militantium contra montem Zijonis.

9. Cunctamini, & admiramini; obſtupeſcite, & vociferamini: inebriati ſunt ſine vino, titubant ſine ſicera.

10. Nam effudit ſuper vos JEHOVAH ſpiritum ſomnolentiæ, & occluſit oculos veſtros; Prophetas & capita veſtra, videntes, obtexit.

11. Unde facta eſt vobis viſio omnis, ſicut verba libri obſignati, quem (*ſi*) dant ſcienti literas, dicendo; lege, qua ſo, hunc, dicit (*ille;*) Non poſſum, quia obſignatus ille (*eſt.*)

12. Aut (*ſi*) datur liber (*ei,*) qui neſcit literas, dicendo, Lege, quæſo, hunc, dicit (*ille;*) non ſcio literas.

13. Porrò dixit ADONAI; propterea b) Matt. 15, 8. Marc. 7, 6. quod appropinquat [b] populus hic, (*&*) ore ſuo ac labiis ſuis honorat (*quidem*) Me; ſed cor ejus procul receſſit à Me, factuſque eſt timor eorum erga Me præceptum hominum doctum:

14. Ideo, ecce, Ego addam mirabiliter tractare populum hunc mirabiliter agendo, c) Obad. 1. & cum miraculo; ut pereat [c] ſapientia ſapientum ejus, & intelligentia intelligentium ejus ſe occultet. 1. Cor. 1, 19.

15. Væ illis, qui profunde ſapiunt præ JEHOVAH, occultando conſilium! & fiunt in tenebris opera eorum, dum dicunt; [d] Quis (*eſt*) videns nos? aut quis cognoſcens nos? d) Sir. 23, 25. Iob. 24, 15.

16. Subverſio (*veſtra*) veſtra eſt: num ſicut lutum figulus reputabitur? (*Num*) dixerit opus de factore ſuo, non fecit me; & figmentum de figulo ſuo dixerit; non intelligit?

17. Annon adhuc parum paululum, cum converteretur Libanus in [e] arvum, & arvum pro ſylva reputabitur? e) Eſa. 32, 15. 16

18. Tum audient in die illo ſurdi verba libri; & ex caligine, eque tenebris oculi cœcorum videbunt.

19. Addentque manſueti in JEHOVAH gaudium, & egeni hominis in Sancto Iſraëlis exultabunt.

20. Nam deſinet violentus & conſumetur irriſor, exciudenturque omnes maturantes iniquitatem.

21. Qui peccare faciunt hominem in verbo, & corripientem in porta illaqueant, ac declinate faciunt in inane juſtum.

22. Sed tamen ſic dixit JEHOVAH ad domum Jacobi, qui redemit Abrahamum; Non jam pudebit Jacobus, & non jam facies ejus palleſcent.

23. Quia quum videbit ille natos ſuos, opus manuum Mearum, in medio ejus ſanctificabunt Nomen Meum; & ſanctificabunt Sanctum Jacobi, Deumque Iſraëlis timebunt.

24. Scient namque errantes Spiritu intelligentiam, & obſtreperi diſcent diſciplinam.

CAP. XXX.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Eſt prophetica de Judæis incredulis querela. à v. 1. II. Prophetia Judæo credulis ſuiſque promiſſio. à v. 18.

VÆ filiis refractariis! dictum JEHOVÆ: (*qui faciunt*) faciendo conſilium, ſed non à me; & (*fundunt*) fundendo fuſile, ſed non à Spiritu meo: ut addant peccatum ſuper peccatum.

2. Qui abeunt ad deſcendendum in Ægyptum: ſed os meum non interrogarunt: ad roborandum ſe robore Pharaonis

nis, & ad confidendum in umbra Ægypti.

3. Ideò fiet vobis robur Pharaonis in pudorem, & fiducia in umbra Ægypti in ignominiam.

4. Cum (*enim*) fuerint in Zoan Principes ejus; & legati ejus (*in*) Chanes pervenerint:

5. Unusquisque (*totus*) pudefiet super populo, (*qui*) non proderunt illis, neque in auxilium, neque ut prosit, sed in pudorem, etiamque in opprobrium.

6. Onus bestiarum meridiei. In terra angustiæ & angoris, leo juvenis, & leo vetus (*sunt*) præ ipsis, vipera, & prester volans; (*ipsa*) portant super humero asinorum opes suas, & super dorso Camelorum thesauros suos, ad populum, qui non proderunt.

7. Nam quod ad Ægyptum; vanitas & inanitas est, (*quo*) auxiliabuntur: propterea clamavi de hac, Rahab (*superba Ægyptus*) illi (*sunt in sua*) sede.

8. Quare veni, scribe id super tabulam apud eos, & super librum exprime illud: ut sit in diem posterum, in perpetuum usque in æternum.

9. Quod (*nimirum*) populus rebellionis ille (*sit,*) filii mendaces; filii, (*qui*) non voluerunt audire legem JEHOVÆ.

10. Qui dixerunt videntibus (*Prophetis,*) ne videatis, & visionem habentibus, ne videatis nobis recta: (*contrà*) loquimini nobis blanditias videte illusiones.

11. Recedite a via, declinare facite à semita: cessare facite a faciebus nostris Sanctum Israëlis.

12. Propterea sic dixit Sanctus Israëlis; propterea quod repudiatis vos verbum hoc, & confiditis in oppressione, & perverso, super quo innitimini;

13. Ideò erit vobis iniquitas hæc sicut ruptura casura, tumens in muro alto: cujus fractura subito valdè venit.

14. Franget enim (*quis*) eum, sicut fractura (*est*) utris figulorum, contundendo ita, ut non parcat: unde non inveniatur in fragmento ejus, testa, ad accipiendum ignem de foco, aut ad hauriendum aquas è fovea.

15. Sic namque dixerat ADONAI JEHOVIH, Sanctus Israëlis; in requie & quiete salvabimini, in quiescendo & in fiducia erit virtus vestra; sed noluistis.

16. Dixistis enim; Non, sed super equo fugiemus; ideoque fugietis: & super veloce equitabimus; ideoque veloces redentur persequentes vos.

17. Unum [a] mille coram increpatione unius, coram increpatione quinorum (*omnes*) fugientes (*evitis:*) donec superetitis sicut malus in capite montis, & sicut signum super colle. a) Lev 26.36. Deuter. 28,24.

18. Propterea contrà etiam morabitur JEHOVAH propitius esse vobis, & propterea attollet se (*procul*) ad miserendum vestri: quia DEUS judicii (*est*) JEHOVAH: beati omnes (*tum*) confidentes Illi.

19. Nam, ô populе, (*qui*) in Zione habitat (&) in Hierosolyma; flendo non flebis: (*nam*) miserando miserabitur te ad vocem clamoris tui; quum audiverit, respondebit tibi.

20. Dedit enim (*quidem*) vobis ADONAI panem angustiæ, & aquas oppressionis; sed non avolare cogantur amplius doctores tui, sintque oculi tui respicientes doctores tuos:

21. Et aures tuæ audiant verbum à poste te, dicendo; Hæc est via; ite in ea, quando ad dextram discessistis, & quando ad sinistram.

22. Tum immundum judicabitis tegmen sculptilium argenti tui, & amictum fusilis auri tui; disperges ea sicut menstruatam; stercus vocabis id.

23. Tumque dabit (*Jehovah*) pluviam seminis tui, quo conseres terram, & panem proventus terræ; eritque pingue & opulentum; pascent (*etiam*) pecora tua in die illo (*in*) prato laro.

24. Boves autem & asini, laborantes, terram, farraginem meram comedent; quæ ventilata vanno & ventilabro.

25. Erunt quoque super omni monte alto & super omni colle claro rivi, ductus aquarum, in die (*quo*) cædis magnæ, quum cadent turres.

26. Erit namque lux lunæ, sicut lux solis, & lux solis erit septupla, sicut lux septem

septem dierum; in die, quo obligabit JEHOVAH fracturam populi sui, & vulnus plagæ ejus sanabit.

27. Ecce Nomen JEHOVÆ venit à longinquo (*in longinquum:*) ardens (*est*) ita Ejus: & gravitas (*est*) onus (*prophetiæ:*) labia Ejus plena sunt indignatione, & lingua Ejus, sicut ignis comedens.

28. Spiritus autem Ejus (*est*) sicut fluvius inundans, usque ad collum dimidiabit; ad cribrandum gentes cribro vanitatis; & frenum seducentis super maxillis populorum (*erit.*)

29. Cantus (*autem*) erit vobis sicut noctis sanctificandi festum, & gaudium cordis sicut incedentis cum fistula ad veniendum in montem JEHOVÆ, ad petram Israëlis.

30. Tum audiri faciet JEHOVAH gloriam vocis Suæ, & quietem brachium Ejus videbit, in indignatione iræ, & flamma ignis comedentis; dispersione & inundatione, & lapide grandinis.

31. Nam à voce JEHOVAH consternabitur Aschur; baculo percutiet (*eum.*)

32. Tum erit omnis (*transitus*) transitus virgæ fundamenti, super quo faciet requiescere JEHOVAH, cum tympanis & citharis: & in bellis agitationis pugnabit contra eum.

33. Nam paratum est ab heri Thopheth: etiam hoc Regi præparatum est, (*qui*) in profundum (&) latum descendet: rogus ejus (*est*) ignis & ligna multa; flatus JEHOVÆ sicut fluvius sulphuris, accendens est eum.

CAP. XXXI.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Est comminatio contrà Iudæos descendentes in Ægyptum. à v. 1. II. Promissio Iudæis Hierosolymitanis facta. à v. 4.

VÆ descendentibus in Ægyptum pro auxilio, & (*qui*) super equis innituntur, confidunt que super curru, quod multus; & super equitibus, quod validi sint valde: sed non respiciunt ad Sanctum Israëlis, & JEHOVAM non quærunt.

2. Quare etiam Ille erit sapiens & adducet malum, & verba Sua non retrahet; sed surget contra domum malignorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.

3. Nam Ægyptus homo (*est*) & non Deus; & equi ejus caro, non autem Spiritus: quum ergò JEHOVAH extendet manum Suam, impinget auxilians, & cadet adjutus, ut una omnes consumantur.

4. Sic namque dixit JEHOVAH ad me: quemadmodum rugit leo & juvenis leo super rapina sua; cum occurrit contra illum plenitudo pastorum: à quorum voce non consternatur & à tumultu eorum non affligitur: sic descender JEHOVAH Zebaoth, ad militandum super monte Zijonis, & super colle ejus.

5. Sicut aves (*sunt*) volantes: sic proteget JEHOVAH Zebaoth Hierosolymam; (*proteger, inquam,*) protegendo, & eripiet; transiliendo (*transiliet*) atque liberabit.

6. Revertimini (*modo*) ad eum, contra quem profundam fecerunt recessionem, filii Israëlis.

7. Nam in die illo rejicient vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ (*in*) peccatum.

8. Tum cadet Aschur [a] gladio non viri, & gladius non hominis comedet eum: qui vero effugiet sibi coram gladio, & juvenes ejus in tributum erunt. a) Esa. 37,36.

9. Etiam petra ejus præ formidine transibit, & consternabuntur à vexillo principes ejus: dictum (*hoc est*) JEHOVÆ, Cui focus in Zijone, & clibanus Illi in Hierosolyma.

CAP. XXXII.

Partes Capitis hujus duæ sunt. I. Est de regno Christi spirituali. à v. 1. II. Est prophetia contra mulieres otiosas & superbas.

ECce, ad justitiam regnabit Rex, & quod ad Principes, ad judicium principatum gerent.

2. Tum erit vir, sicut latibulum venti, & latebra inundationis; sicut rivuli aquarum in loco arido, sicut umbra petræ gravis in terra lassa.

3. Non enim connivebunt oculi videntium; & aures audientium auscultabunt.

4. Cor autem præcipitantium ſe intelliget ad ſciendum, & lingua balborum velox erit ad loquendum elegantia.

5. Non dicetur amplius ſtulto, ingenuus; & avaro non dicetur, nobilis.

6. Nam ſtultus ſtultitiam loquetur, & cor ejus faciet iniquitatem, ad faciendum hypocriſin, & ad loquendum contra JEHOVAM errorem; ad evacuandum animam famelicam, & (*ut*) potum ſitientis deficere faciat.

7. Et vaſa vaſorum ejus (*erunt*) mala; ipſe facinora conſulet ad perdendum afflictos per ſermones mendacii; quando etiam loquitur egenus judicium.

8. Sed ingenuus ingenua conſulit, idemque ſuper ingenuis perſiſtet.

9. O mulieres ſecuræ, conſiſtite, audite vocem meam: filiæ confidentes, auribus percipite ſermonem meum.

10. Annum ſupra annum, commovebitnini confidentes: quia conſumetur vindemia, (&) collectio non veniet.

11. Trepidate ſecuræ, commove te, confidentes; exue & denuda te, ac accinge te ſuper lumbis.

12. Super ubera (*erunt*) ſe pulſantes; ob agros meri, ob vitem frugiferam.

13. Super terra populi Mei ſpina (&) ſentis aſcendet: quin ſuper omnibus domibus lætitiæ, urbe hilari.

14. Nam palatium erit deſertum, multitudo urbis derelicta; clivus & ſpecula erunt ſuper ſpeluncis in æternum uſque, gaudium onagrorum, paſcuum gregum.

a) *Eſa.* 15. Donec effundetur ſuper nos [a] Spi-
32,15. ritus ex alto: tum (*enim*) deſertum erit in arvum, & arvum in ſilvam reputabitur.

XXXV.1 16. Habitabit tamen in deſerto judicium, & juſtitia in arvo conſidebit.

17. Erit verò opus juſtitiæ pax, & labor juſtitiæ quies, & ſecuritas uſque in æternum.

18. Ut habitet populus Meus in habitaculo pacis, & in tentoriis ſecuritatum, & in quietibus tranquillis.

19. Grandinabit enim, donec demittet ſe ſilva, & cum humilitate humiliabit ſe urbs.

20. Beati (*ergò*) vos ſeminantes ſuper omnes aquas, emittentes pedem bovis & aſini.

CAP. XXXIII.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Habet Aſſyriorum vaſtationem, verbis Prophetæ prædictam. à v. 1. II. Verò ſcandali ex eâ remotionem, à v. 14.

VÆ ô vaſtans, cum non (*eſſes*) vaſtatus, & ô perfide agens, cum non perfide egiſſent contra te: quando (*ergò*) abſolveris vaſtare, (*etiam*) vaſtaberis; & quando perfeceris perfidè agere, perfidè (*quoq;*) agent contra te.

2. JEHOVAH, miſerere noſtri, (*quia*) Te expectavimus: eſto brachium eorum ſingulis matutis, etiam ſalus noſtra in tempore anguſtiæ.

3. A voce tumultus (*ut*) divagentur populi, & præ celſitudine Tua diſpergantur gentes.

4. Colligaturque ſpolium veſtrum congregatione bruchi; juxta diſcurſum locuſtarum diſcurrens (*ſit*) ob illud.

5. Exaltatus eſt JEHOVAH, quia inhabitat altum, (&) implevit Zijonem judicio & juſtitia.

6. Unde futurum eſt (*ut ſit*) fides temporum tuorum (*ô Zijon*) robur ſalutum, ſapientia & ſcientia; timor (*autem*) JEHOVÆ ipſe theſaurus ipſius (*Zijonis erit.*)

7. Ecce, robuſtus (*robuſti*) eorum clamant foris; angeli pacis amare flent:

8. (*Dicentes;*) devaſtatæ ſunt ſemitæ, ceſſavit tranſiens (*per*) viam: irritum reddidit fœdus, faſtidivit urbes; non reputat hominem (*Aſſyrius;*)

9. (*Unde*) luget, langueſcit terra; erubuit Libanus, emarcuit; factus eſt Scharon ſicut deſertum, & excuſſus eſt Baſchan atque Carmel.

10. Nunc (*ergò*) ſurgam, dicit JEHOVAH; nunc extollam Me; nunc efferam Me.

11. Concipite (*ô Aſſyrij*) [a] quiſquilias; parite ſtipulam; quod ad Spiritum veſtrum, ignis comedet vos. a) *Pſ.7, 17*

12. Ita erunt populi combuſti (*in*) calcem; ſpinæ exciſæ (*erunt,*) quæ igne ſuccenduntur.

13. Audite longinqui, quid fecerim; & cognoſcite propinqui virtutem Meam.

14. Extimuerunt in Zijone peccatores, apprehendit tremor hypocritas, (*dicentes;*) quis manebit nobis (*coram*) igne comedente? quis manebit nobis (*coram*) focis æternitatis (*iræ DEI?*)

15. Qui ambulat [b] (*in*) juſtitiis, & b) *Pſal.* loquitur rectitudines: qui faſtidit propter *15, 2.* lucrum oppreſſiones; excutit manus ſuas, ne ſuſtineant munus; obturat aurem ſuam, ne audiat ſanguines; & occludit oculos ſuos, ne videant malum.

16. Hic (*in*) altis habitabit; (*in*) munitionibus petrarum (*erit*) refugium ejus; panis ipſius dabitur, aquæ ejus (*erunt*) fideles.

17. Regem in pulchritudine ſuâ videbunt oculi tui; ſpectabunt terram longinquitatum.

18. (*Unde*) cor tuum meditabitur ter- c) *1. Cor.* rorem: ubi [c] Scriba? ubi expendens? *1, 29.* ubi numerans turres?

19. Populum obfirmatum non videbis; populum profunditatum labii, ut non audias: barbarum lingua, ut non (*ſit ejus*) intelligentia.

20. Specta (*ô fidelis*) Zijonem, urbem feſti ſtati noſtri; oculi tui videant Hieroſolymam; habitaculum tranquillum, tabernaculum, quod non diſſipabitur; non removebuntur clavi ejus in perpetuum; & omnes funes ejus non avellentur.

21. Sed ibi magnificus (*eſt*) JEHOVAH nobis; (*unde*) locus fluviorum & flumi- num (*erit nobis,*) latitudinis ſpatiorum: non ibit (*autem*) in eo navis remi, & navis magnifica non tranſibit per eum.

22. Nam JEHOVAH (*eſt*) judex noſter; JEHOVAH (*eſt*) legiſlator noſter, JEHOVAH (*eſt*) Rex noſter: Ille ſalvabit nos.

23. Demiſſi (*enim*) ſunt funes tui: non confirmabunt probè malum ſuum; non expandent velum: tunc dividetur præda ſpolii, multiplicans (*erit quiſq;*) claudi cantes prædabuntur prædam.

XXXV.6. 24. Nec dicet vicinus, æger ſum, populus qui habitans in ea, remiſſionem habebit iniquitatis.

CAP. XXXIV.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Continet prophetiam contra varias gentes. à v. 1. II. Verò prophetiam contra Edom: cui horrendum bellum prædicitur, à v. 5.

APpropinquate gentes ad audiendum, & populi auſcultate; audiat terra & plenitudo ejus; orbis & omnes prognati ejus.

2. Nam ira (*eſt*) JEHOVÆ contra omnes gentes, & excandeſcentia contra omnem exercitum earum; devovit eas, tradidit eas ad mactationem.

3. Ira ut confoſſi earum projiciantur, & putor cadaverum earum aſcendat; montes autem liqueſcant à ſanguine earum.

4. Quin contabeſcat omnis exercitus cœlorum, convolvanturque, ſicut volumen, cœli, omniſque exercitus eorum decidat, ſicut decidit folium de vite, & ſicut decidens (*ficus*) de ficu. *Matth.*

5. Nam inebriatus eſt in cœlis gladius Meus: ecce, (*inprimis*) ſuper Edomum deſcendet, & ſuper populum retis Mei in judicium. *Ezech. XXXV.*

6. Gladius, (*qui eſt*) JEHOVÆ, plenus eſt ſanguine; pinguis factus eſt ab adipe, à ſanguine arietum & hircorum; ab adipe renum arietum: nam cædes (*eſt*) JEHOVÆ in Bozra, & mactatio magna in terra Edomi:

7. Ita ut deſcendant unicornes cum illis; & juvenci; cum robuſtis (*bobus:*) ut ebria fiat terra eorum à ſanguine, & pulvis eorum ab adipe pinguefiat.

8. Nam [a] dies vindictæ (*eſt*) JEHO- a) *Eſa.* VÆ; annus retributionum pro lite Zijonis. *63,4.*

9. Ideò convertentur torrentes ejus in picem, & pulvis ejus in ſulphur; eritque terra ejus in picem ardentem.

10. Noctu & interdiu non extinguetur, in æternum aſcendet fumus ejus; à generatione in generationem vaſtata erit; in perpetuitatem perpetuitatum non (*erit*) tranſiens per eam.

11. Poſſidebunt autem eam plátea, & anataria; & noctua atque corvus habitabunt

bunt in ea: extendet enim ſuper eam lineam inanitatis, & perpendicula vaſtitatis.

12. Nobiles ejus quod attinet; non (*erunt*) ibi, (*quos*) regnum vocent, omnesque principes ejus erunt nihil.

13. Unde aſcendent palatia ejus ſpinis; carduus & ſentis (*erit*) in munitionibus
c) *Eſa.* ejus: ut ſit [c] habitaculum draconum; atrium filiabus noctuæ.

14. Occurrantque Zijim cum Ijim, & Satyrus ſocio ſuo obviet; imo quieſcat ibi Lilith (*noctua,*) inveniatque ſibi requiem.

15. Ibi nidificabit merula, & ponet (*ova;*) excludetque & colliget in umbra ejus (*pullos:*) imò ibi congregabuntur picæ, una cum ſocia ſua.

d) *Deut.* 16. Quærite deſuper [d] libro JEHOVÆ; & legite: ullum de illis non deerit; unum (&) alterum non deſiderabunt; nam ore Ille præcepit, & Spiritus Ejus Ipſe colligit illa.

17. Idemque jecit illis ſortem, & manus Ejus diſtribuit illis per normam, uſque in æternum poſſidebunt eam, in generationem & generationem habitabunt in ea.

CAP. XXXV.

Partes hujus Capitis ſunt tres. I. *Habet adventus Meſſiæ promiſſionem. à v.1.* II. *Adventus Meſſiæ prædicationem. v.3.4.* III. *Adventus Meſſiæ effectus. à v.5.*

LÆtamini de iis deſertum & locus aridus; exultetque planities deſerti, floreatque ſicut roſa.

2. Florendo floreat, & exultet, etiam exultatione & cantando: (*nam*) gloria Libani data eſt illi, honor Carmeli & Scharonis. Illi (*enim*) videbunt gloriam JEHOVÆ, honorem DEI noſtri.

3. Confirmate manus remiſſas; & genua nutantia corroborate.

4. Dicite præcipitibus corde; confirmate vos, nec timete: Ecce, DEUS veſter
a) *Pſal.* (*in*) vindictam veniet; (*in*) retributionem
94, 1. DEI [a] Ille veniet, & ſalvabit vos.
b) *Mat.* 5. Tum aperientur oculi [b] cœcorum,
11,5. & aures ſurdorum aperientur.
15,30. *Luc.* 7, 22.

6. Tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & cantabit linguâ muti. Quin erumpent in deſerto aquæ, & fluvii in planitie deſerti.

7. Eritque aridus locus in ſtagnum, & ſitiloſus in ſcaturigines aquarum: in habitaculo draconum cubile ejus; gramen pro calamo & junco.

8. Erit etiam ibi ſemita & via, via ſanctitatis vocabitur ei: non tranſibit per eam immundus, ſed hæc illis (*erit;*) ambulans in via, & ſtulti non errabunt:

9. Non erit ibi leo, & rapax feratum non aſcendet in ea; non (*enim*) invenietur ibi: ſed ibunt (*ibi*) liberati.

10. Sic redempti JEHOVÆ reverterentur, & venient in Zijonem cum cantu; & gaudium æternitatis (*erit*) ſuper capite eorum; lætitia & gaudium aſſequentur; fugient autem triſtitia & gemitus.

CAP. XXXVI.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. In I. eſt Hiskiæ bello ab Aſſyrio petitus. v.1. In II. eſt Hiskiæ ad deditionem ab Aſſyrio ſolicitatus. à v.2.

FActum autem eſt in quarto decimo anno, (*qui*) Regi Hiskiæ: aſcendit
a) 2. Re- [a] Sancheribus; Rex Aſchuris, con-
gũ 18,13 tra omnes urbes Judæ munitas, & cepit
2. Par 32, eas.

2. Deinde miſit Rex Aſchuris Rabſchaken (*præfectum pincernarum*) de Lachiſch Hieroſolymam ad Regem Hiskiam cum exercitu gravi, ſteritque (*iſte*) in aquæductu piſcinæ ſuperioris in via ſtrata agri fullonis.

3. Exivit ergò ad eum Eljakimus filius Chilkijæ, qui ſuper domo (*Regis,*) & Schebna Scriba, & Joachus, filius Aſaphi, commemorator.

4. Ad quos dixit Rabſchakeh; dicite, agite, ad Hiskiam: ſic dixit Rex magnus, Rex Aſchuris; quæ confidentia hæc, quâ confidis?

5. Dixerim; Tantummodo verbum labiorum (*eſt: cum dicis:*) conſilium & virtus (*mihi*) ad bellum. Nunc (*ergò*) ſuper quo es confiſus, quod rebellaſti contra me?

6. Ecce confiſus es ſuper baculo calami contuſi hujus; (*nimirum*) ſuper Ægypto:

ſuper quo quando vir nititur, intrat in manum ejus, & perforat eam: ſic (*eſt*) Pharao, Rex Ægypti omnibus confidentibus ſuper ipſo.

7. Quod ſi dixeris ad me; ſuper JEHOVAH, DEO noſtro, confidimus: nonne hic (*eſt,*) cujus removit Hiskias excelſa, & altaria; dixitque Jehudæ & Hieroſolymæ; coram altari hoc incurvabitis vos?

8. Jam portò paciſcere, quæſo, cum Domino meo, Rege Aſchuris, ut dem tibi duo millia equorum; num poteris dare tibi equitantes ſuper iis?

9. Quomodo ergò avertes facies ducis unius ſervorum Domini mei minimorum? ſi maximè confidas tibi ſuper Ægypto, quoad currum & equites.

10. Inſuper num ſine JEHOVAH aſcendi contra terram hanc ad perdendum eam? (*Atqui*) JEHOVAH dixit ad me; aſcende contra terram hanc, & perde eam.

11. Tum dixit Eljakimus, & Schebna, & Joachus ad Rabſchakem; Loquere, quæſo, ad ſervos tuos Sytiacè; quia intelligentes nos (*ſumus:*) ne autem loquaris ad nos Judaicè in auribus populi, qui ſuper muro.

12. Sed dixit Rabſchakeh; Num ad dominum tuum, & ad te (*ſolum*) miſit me dominus meus, ad loquendum verba hæc? nonne (*etiam*) ad viros, ſedentes ſuper muro, ut comedant egeſtionem ſuam, & bibant utinam ſuam vobiſcum?

13. Stetit ergò Rabſchakeh & clamavit voce magna Judaicè, dixitque; audite verba Regis magni, Regis Aſchuris.

14. Sic dixit Rex, ne decipiat vos Hiſkias: non enim poterit eripere vos.

15. Neque confidere faciat vos Hiskias ſuper JEHOVAH, dicendo; Eripiendo eripiet nos JEHOVAH: non dabitur urbs hæc in manum Regis Aſchuris.

16. Ne obedite Hiskiæ: Sic enim dixit Rex Aſchuris; Facite mecum benedictionem, & exite ad me, ut comedatis vir vitem ſuam, & vir ficum ſuam, ac bibatis vir aquas putei ſui.

17. Donec venero, & accepero vos in terram juxta terram veſtram; terram (*ſcil.*) frumenti & muſti; terram panis & vinearum.

18. Ne perſuadeat vobis Hiskias, dicendo; JEHOVAH eripiet nos. Num eripuerunt [b] Dii gentium, vir (*quivis*) ter-
b) *Eſa.* ram ſuam è manu Regis Aſchuris?
10, 9-10.

19. Ubi (*ſunt*) Dii Chamathæ & Arpadis: ubi Dii Sepharvajim? Imo num eripuerunt Samariam à manu mea?

20. Quis inter omnes Deos terrarum iſtarum (*eſt,*) qui eripuerint terram ſuam è manu mea? ut eripiat JEHOVAH Hieroſolymam è manu mea.

21. Verum tacuerunt, nec reſponderunt illi verbum: nam mandatum Regis (*erat*) hoc, dicendo; ne reſpondete illi.

22. Venit autem Eljakimus, filius Chilkijæ, qui ſuper domum, & Schebna Scriba, & Joachus filius Aſaphi, qui à commentariis, ad Hiskiam, diſciſſi (*quoad*) veſtes, nuntiaruntque illi (*omnia*) verba Rabſchakes.

CAP. XXXVII.

Partes hujus Capitis ſunt quinq. Siſtitur enim in eo I. Hiskias minis Aſſyriacis perturbatus. à v.1. II. Reſponſo Eſaiæ confirmatus. à v.5. III. Minis Aſſyrij iterùm territus. à v.8. IV. Prophetiâ Eſaiæ iterum confirmatus. à v.21. V. Ab Aſſyrio liberatus. à v.36.

FActum verò eſt: quum audivit Rex
a) 2. Re- [a] Hiskias, diſcidit veſtes ſuas, & obtexit ſe ſacco, venitque in domum
gũ 19, 1. JEHOVÆ.

2. Miſit autem Eljakimum, qui ſuper domum, & Schebnam ſcribam, & ſeniores Sacerdotum, obtectos ſaccis ad Jeſchajam, filium Amozi, Prophetam:

3. Qui dixerunt ad eum; ſic dixit Hiskias; dies anguſtiæ & objurgationis, & contumeliæ (*eſt*) dies hic: venerunt enim filii ad os matricis, nec (*ſunt*) vires ad pariendum.

4. Fortè audiet JEHOVAH, DEUS tuus, verba Rabſchakes, quem miſit Rex Aſchuris, dominus ejus, ad blaſphemandum DEUM vivum, & ad objurgandum verbis, quæ audivit JEHOVAH DEUS tuus: ideò ſuſcipies preces pro reliquiis inventis.

5. Venerunt ergò ſervi Regis Hiskiæ ad Jeſchajam.

6. Dixit autem ad eos Jeſchaja: ſic dicetis

dicetis ad dominum veſtrum; ſic dixit JEHOVAH; ne time (*tibi*) propter verba, quæ audiviſti, quibus blaſphemarunt pueri Regis Aſchuris Me.

7. Ecce (*enim*) Ego (*ſum*) dans in eum ſpiritum; ut audiat famam, revertaturque in terram ſuam; cadere autem faciam eum gladio in terra ejus.

8. Interea reverſus eſt Rabſchake, invenitque Regem Aſchuris pugnantem contra Libnam, audiverat namque, quod profectus eſſet à Lachiſchâ.

9. Ideò quod audiviſſet de Thirhaka, Rege Cuſch, dicendo; exivit ad pugnandum tecum. Quum ergò [b] audivit, miſit legatos ad Hiskiam, dicendo:

b) 2. Reg. 19, 10.

10. Sic dicetis ad Hiskiam Regem Jehudæ, dicendo; ne decipiat te DEUS tuus, ſuper quo tu confidis, dicendo; non dabitur Hieroſolyma in manum Regis Aſchuris.

11. Ecce (*enim*) tu audiviſti, quid fecerint Reges Aſchuris omnibus terris, devovendo eas: tunc ergò eripieris?

12. Num eripuerunt illas Dii gentium, quas perdiderunt patres mei, Goſanem (*ſcil.*) & Charanem & Rezeph, & filios Edenis, qui in Thalaſſar?

13. Ubi eſt Rex Chamathæ, & Rex Arpadis, & Rex, qui (*erat*) urbi Sepharvajim, Henæ & Ivvæ?

14. Tum accepit Hiskias literas è manu legatorum, & legit illas: aſcendit autem (*in*) domum JEHOVÆ, expanditque eas Hiskias coram JEHOVAH.

15. Moxque precatus eſt Hiskias ad JEHOVAM, dicendo;

16. JEHOVAH Zebaoth, DEUS Iſraëlis, habitans (*ſuper*) Cherubim; Tu es DEUS ſolus ſuper omnia regna terræ; Tu feciſti cœlum & terram.

17. Inclina JEHOVAH aurem tuam, & audi: aperi JEHOVAH oculos tuos, & vide: audi inquam omnia verba Sancheribi, qui miſit ad blaſphemandum DEUM vivum.

18. Utique, JEHOVAH, devaſtarunt Reges Aſchuris omnes (*populos*) terrarum, & terram eorum;

19. Et dando (*dederunt*) Deos eorum in ignem; quia non (*ſunt*) Dii illi, ſed opus manuum hominis, lignum & lapis; unde perdiderunt illos.

20. Jam vero, JEHOVAH, DEUS noſter, libera nos è manu ejus, ut cognoſcant omnia regna terræ, quod Tu JEHOVAH (*ſis*) ſolus.

21. Mox miſit Jeſchaja, filius Amozi ad Hiskiam, dicendo; ſic dixit JEHOVAH, DEUS Iſraëlis: (*Quod ad id,*) quod precatus es ſuper Sancheribo, Rege Aſchuris:

22. Hoc (*eſt*) verbum, quod locutus eſt JEHOVAH ſuper eum; contemſit te, ſubſannavit te virgo filia Zijonis, poſt te caput movit filia Hieroſolymæ.

23. Quem blaſphemaſti, & calumniatus es? & contra quem extuliſti vocem tuam, & ſublevaſti (*in*) altum oculos tuos? contra Sanctum Iſraëlis.

24. Per manum ſervorum tuorum blaſphemaſti (אדני) ADONAI; dixiſtique per multitudinem currus mei ego aſcendi (*in*) altitudinem montium, (*in*) latera Libani; ubi excindam proceritatem cedrorum ejus, electionem abietum ejus; deinde veniam (*ad*) altitudinem finis ejus, ſilvam arvi ejus.

25. Ego fodi, & bibi aquas; & exiccabo volâ greſſuum meorum omnes fluvios Mazoris (*Ægypti.*)

26. Annon audiviſti (*id*) quod à longinquo, (*quòd*) illud fecerim; (*& quod*) à diebus antiquitatis, quòd formaverim illud? Nunc ergò adduxi illud, ut fiat, ad devaſtandum (*in*) acervos vaſtos urbes munitas.

27. Habitatores autem earum (*facti ſunt*) breves manu; conſternati ſunt, & erubuerunt; facti ſunt (*ſicut*) herba agri, & olus graminis, [c] fœnum tectorum, & arvum adultum ante ſegetem ſtantem.

c) Pſal. 129, 6.

28. Jam ſedere tuum, & exire tuum, & irritare tuum novi, & commoveri tuum contra Me.

29. Propterea (*itaq;*) quod commoveri tuum contra Me, & ſecurè agere tuum (*contra Me*) aſcendit in aures Meas, ponam hàmum meum in naſum tuum, & frenum Meum in labia tua, ut reducam te per viam, per quam veniſti.

30. Hoc vero tibi (*ô Hiskia*) ſignum (*eſto:*) comedere (*te*) hoc (*in*) anno ſponte naſcens, & in anno ſecundo, ultrò creſcens; at in anno tertio ſerite, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum.

31. Inſuper addet evaſio domus Judæ reſidua radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum.

32. Nam ex Hieroſolyma exibunt reliquiæ, & evaſio è monte Zijonis: zelus JEHOVÆ Zebaoth faciet hoc.

33. Quare ſic dixit JEHOVAH de Rege Aſchuris; Non veniet ad urbem hanc, neque jaculabitur eò telum; neque præveniet eam ſcuto, neque fundet contra eam vallum:

34. Sed per viam, per quam venit, revertetur: ad urbem autem hanc non veniet; dictum JEHOVÆ.

35. Protegam enim urbem hanc ad ſervandum eam, propter Me & propter Davidem ſervum Meum.

36. Exivit itaque Angelus JEHOVÆ, & percuſſit in caſtris Aſchuris, centum & octoginta ac quinque millia: unde cum ſurgerent ſub auroram: ecce, omnes illi (*erant*) cadavera mortua.

37. Quare profectus eſt, & abivit, reverſuſque eſt Sancheribus, Rex Aſchuris, & manſit in Ninive.

38. Ubi factum eſt; cum incurvaret ſe (*in*) domo Niſroch, Dei ipſius, Adrammelech & Scharezer, filii ejus, percuſſerunt eum gladio; ipſi vero evaſerunt (*in*) terram Ararat; ac regnavit Aſar-Chaddon, filius ejus, loco ejus.

CAP. XXXIIX.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. In I. habemus Hiſkiam ægrotantem, & ex morbo convaleſcentem, à v. 1. In II. habemus Hiskiam ob convaleſcentiam gratum ſe præſtantem. à v. 9.

a) 2. Reg. 20, 1 Paral. 32, 24.

IN diebus illis ægrotavit [a] Hiskias uſque ad mori (*lethaliter:*) venit ergò ad eum Jeſchaja, filius Amozi, Propheta, dixitque ad eum: ſic dixit JEHOVAH; præcipe domui tuæ, quia moriens (*eris*) tu, & non vives.

2. Convertit itaque Hiskias facies ſuas ad parietem, & precatus eſt ad JEHOVAM:

3. Dixitque; quæſo, JEHOVAH, recordare, quæſo, hujus, quod ambulaverim coram Te in veritate, & in corde perfecto, &, quod bonum in oculis Tuis, fecerim: flevit ſimul Hiskias fletum magnum.

4. Quare factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jeſchajam: dicendo;

5. Eundo (*ito,*) & dicito ad Hiskiam; ſic dixit JEHOVAH, DEUS Davidis Patris tui; Exaudivi preces tuas, vidi lachrymam tuam: (*ideò*) ecce, Ego addam ad dies tuos quindecim annos:

6. Inſuper ô manu Regis Aſchuris eripiam te & urbem hanc; protegamque urbem hanc.

7. Hocque tibi (*erit*) ſignum à cum JEHOVAH, quod facturus ſit JEHOVAH verbum hoc, quod locutus eſt:

8. Ecce, Ego (*ero*) retrahens umbram graduum, quæ deſcendit in gradibus Achaſi pro Sole, retrorſum decem gradus, ut retrocedat Soli decem gradus in gradibus, (*per*) quos deſcenderat.

9. Scriptum Hiskiæ, Regis Jehudæ, quum ægrotaſſet, & convaluiſſet è morbo ſuo.

10. Ego dixeram; per exciſionem dierum meorum abiturus ſum, ad portas inferni: viſitatus ſum quoad reſiduum annorum meorum.

11. Dixeram; non videbo JAH, JAH (*inquam*) in terra viventium: Non ſpectabo hominem amplius cum habitatoribus mundi.

12. Tempus meum profectum eſt, abiit à me, ſicut tentorium paſtoris: abſcidi ſicut textor vitam meam; à ſtamine abſcindet me, à die uſque ad noctem conſummabis me.

13. Diſpoſui (*tamen*) me uſque ad maturam, (*ſed*) ſicut leo, ita confringit omnia oſſa mea, à die uſque ad noctem conſummabis me.

14. Sicut (*itaq;*) grus & hirundo, ita pipivi; gemui ſicut columba: ſublati ſunt oculi mei in altum; (*dixi;*) ô JEHOVAH, opprimit (*peccatum*) me, ſponde pro me.

15. Quid (*ergò*) loquar? cum dixerit mihi, idemque fecerit; Abibo (*itaq; in*

domum

domum Jehovæ) omnibus annis meis pro amaritudine animæ meæ.

16. (*Dicamq;*) ADONAI, per illa (*verba Tua*) vivent; & unicuique de illis (*est*) vita ſpiritus mei; & ſanum ſervabis me, & vivificaturus es me.

17. Ecce pro pace ſolicitudo amara (*erat*) mihi, ſolicitudo, (*inquam,*) amara: ſed Tu amplexus es animam meam præ fovea, (*ubi*) nihil; nam abjeciſti poſt tergum Tuum omnia peccata mea.

18. Non enim infernus confitebitur Tibi, (*nec*) mors laudabit Te; non ſperabunt deſcendentes in foveam ſuper veritate Tua:

19. (*Sed*) vivus, vivus, ille confitebitur Tibi, ſicut ego hodie; pater filiis notificabit de veritate Tua.

20. O JEHOVAH, (*eſto*) ad ſervandum me: nam cantica mea pulſabimus omnibus diebus vitæ noſtræ, in domo JEHOVÆ.

21. Dixerat autem Jeſchaja; adferant maſſam ficuum, & conterant ſuper ulcus, ut vivat.

22. At Hiskias dixerat; quodnam ſignum? quod aſcenſurus ſim in domum JEHOVÆ.

CAP. XXXIX.

Partes hoc Caput habet duas. In I. habemus Hiſkiam à Babylonio per legatos viſitatum. à v. 1. II. A DEO per Prophetam Eſaiam reprehenſum. à v. 3.

IN tempore illo miſit Merodach Baladan, filius Baladan, Rex Babelis, literas & munus ad Hiskiam: audiverat enim, quod ægrotaſſet & convaluiſſet.

2. Lætatus verò eſt Hiskias ſuper illis: ideò oſtendit illis domum theſaurorum ſuorum; argentum, & aurum, & aromata, & oleum bonum, & totam domum vaſorum ſuorum, & omne, quod inventum eſt in theſauris ejus: non fuit quicquam, quod non oſtenderit illis Hiskias, in domo ipſius, & in toto regno ipſius.

3. Sed venit Jeſchaja Propheta ad Regem Hiskiam, dixitque ad illum; Quid dixerunt viri iſti? & unde venerunt ad te? Dixit autem Hiskias; è terra longinqua venerunt ad me, è Babel.

4. Dixit porrò; quid viderunt in domo tua? cui dixit Hiskias; Omne, quod eſt in domo mea, viderunt; non fuit quicquam, quod non oſtenderim illis in theſauris meis.

5. Dixit ergò Jeſchaja ad Hiskiam; Audi verbum JEHOVÆ Zebaoth;

6. Ecce, dies (*ſunt*) venientes, quibus abſportabitur omne, quod in domo tua, & quod repoſuerunt partes tui uſque ad diem hunc, Babelem: non relinquetur quicquam, dixit JEHOVAH.

7. Quin de filiis tuis, qui exibunt ex te, quos generabis, ſument, ut ſint eunuchi in palatio Regis Babelis.

8. Dixit autem Hiskias ad Jeſchajam: Bonum (*eſt*) verbum JEHOVÆ, quod locutus es: dixit porrò; utique erit pax & veritas in diebus meis.

CAP. XL.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Eſt inſignis de temporibus N. T. & adventu Meſſiæ prophetia: inprimis etiam de præcurſore Meſſiæ. à v. 1. II. Eſt tentationis fidelium diſcuſſio. à v. 12.

CONſolamini, conſolamini populum Meum, dixit DEUS veſter:

2. Loquimini ſuper cor Hieroſolymæ, & clamate ad eam, quod impleta ſit militia ejus; eo quod expiata ſit iniquitas ejus; accepit namque è manu JEHOVÆ duplum (*expiationis*) in omnibus peccatis ejus.

3. Vox [a] clamantis (*eſt*) in deſerto; parate viam JEHOVÆ, complanate in ſolitudine ſemitam DEO noſtro. a) *Matth. 3, 3. Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. Joh. 1, 23.*

4. Omnis vallis extollatur, & omnis mons & collis humilientur: fiat etiam curvum in rectitudinem, & ſalebroſa in planitiem.

5. Revelabitur enim gloria JEHOVÆ, & videbunt (*eam*) omnis caro ſimul: quia os Domini locutum eſt. b) *1. Pet. 1, 24. Jac. 1, 10. 11.*

6. Vox dicit; Clama: dixit ergò, quid clamabo? [b] omnis caro (*eſt*) gramen, & omnis ſanctitas ejus ſicut flos agri *Sir. 14. 18.*

Spiritus

Spiritus JEHOVÆ ſpiravit in illud: verè gramen (*eſt*) populus.

8. Exaruit (*inquam*) gramen, decidit flos: at verbum DEI noſtri conſiſtit in æternum.

9. Super montem altum aſcende tibi, Evangelizatrix Zijon; extolle cum virtute vocem tuam, Evangelizatrix Hieroſolyma; extolle (*vocem,*) nec time; dic urbibus Jehudæ; Ecce, DEUS veſter.

10. Ecce, ADONAI JEHOVIH in forti venit, & brachium Ejus dominabitur Ipſi: Ecce merces Ejus (*eſt*) cum Ipſo, & pretium operis Ejus coram Ipſo.

c) *Pſ. 23, 2. Ezech. 34, 12. 37, 24. Iſa. 40, 11.* 11. Sicut [c] paſtor gregem ſuum paſcet, in brachium ſuum colliget agnos, & in gremio ſuo portabit: lactantes leniter ducet.

12. Quis menſus eſt pugillo ſuo aquas, & cœlos ſpithama exæquavit, complexuſque eſt in trientali pulverem terræ, ac appendit in lance montes, colleſque in libra?

d) *Sap. 9, 17. Rom. 11, 34. 1. Cor. 2, 16.* 13. Quis [d] direxit Spiritum JEHOVÆ, aut vir (*fuit*) conſilii Ejus, (*qui*) notum (*quid*) fecit Illi?

14. Cum quo deliberavit, ut intelligentem redderet Eum, & inſtrueret Illum viam judicii; doceretque Illum ſcientiam, & viam intelligentiæ oſtenderet Illi?

15. Ecce gentes (*ſunt*) ſicut gutta de ſitula, & ſicut ſcoriæ libræ reputantur: Ecce, inſulas ſicut minutiſſimum tollet.

16. Libanus autem non ſufficit ad incendendum, & fera ejus non ſufficit (*in*) holocauſtum.

17. Omnes gentes (*ſunt*) ſicut nihil erga Ipſum, minus quam nihil & inane reputantur Illi.

e) *Act. 17, 29.* 18. Cui ergò [e] aſſimilabitis DEUM, & quam imaginem componetis cum Eo?

f) *Eſa. 44, 12. 13.* 19. (*Equidem*) ſculptile fundit [f] artifex, & conflator auro obducit illud; & catenas argenti (*eſt*) conflans.

20. Deſtitutus (*autem*) oblatione, lignum quod non putreſcat, eligit; (*deinde*) artificem ſapientem quærit ſibi, ad præparandum ſculptile, (*quod*) non commoveatur.

21. Annon ſcitis? annon auditis? annon indicatum eſt ab initio vobis? annon intelligitis fundamenta terræ (*à Me eſſe facta?*)

22. (*Ego ſum*) qui habitat ſuper circulo terræ; at habitatores ejus (*ſunt*) ſicut locuſtæ: qui extendit ſicut tenue cœlos, & expandit eos ſicut tentorium ad habitandum.

23. Qui dat Principes in nihilum; judices terræ ſicut inane facit.

24. Etiam non plantantur, etiam non ſeruntur, etiam non radicatur in terra truncus eorum: etiamque ſpirat in eos, ut exareſcant, ut procella ſicut ſtipulam tollat eos.

25. Cui ergò aſſimilabitis Me, cui ſimilis ſim? inquit Sanctus.

26. Tollite (*in*) altum oculos veſtros, & videte; quis creavit hæc? (*Ego ſum,*) qui educit in numero exercitum eorum; omnes [g] nomine vocat, (*ut*) de multitudine potentium & fortium robore vir non deficiat. g) *Pſal. 147, 4.*

27. Quare (*ergò*) dicit Jacob, & loquitur Iſraël? occultata eſt via mea à JEHOVAH, & à DEO meo judicium meum præterit.

28. Nonne ſciviſti? annon audiviſti? DEUS æternitatis, JEHOVAH creans fines terræ, non fatigatur, neque delaſſatur: non (*eſt*) inveſtigatio intelligentiæ Ejus.

29. (*Ille eſt,*) qui dat defatigato vires, & cui non (*ſunt*) vires, robur multiplicat.

30. Contra defatigantur juvenes, & delaſſantur; adoleſcentes impingendo impingunt.

31. Sed expectantes JEHOVAM, innovantur robore, aſcendunt alâ ſicut aquilæ: cuttunt, & non delaſſantur; ambulant, & non defatigantur.

CAP. XLI.

Partes hujus Capitis ſunt tres. In I. habetur gentilium ad Chriſtum converſio. à v. 1. II. Habet Eccleſiæ Judaicæ conſummationem. à v. 8. III. Habet gloriationis gentilium adverſus DEUM & Eccleſiam confutationem. à v. 21.

Tacete

TAcete erga Me, ô insulæ; & populi innovent vires: appropinquent, tunc loquantur; una ad judicium accedamus.

a) Gen. 12,1. 14,8. 15,1. 2. Quis [a] excitavit ab oriente, quem in justitia vocavit ad sequelam Sui, (&) dedit coram ipso gentes, Regibusque dominari fecit eum; (dum) dedit (cor) sicut pulverem gladio suo, sicut stipulam impulsam arcu suo.

3. Persequutus est eos, transivit (cum) pace, (per) viam pedibus suis non rediit.

4. Quis operatus est, & fecit? qui vocat generationes ab initio; Ego JEHOVAH primus, & cum postremis Ego (sum) Idem.

5. Viderunt (itaq;) insulæ, & timuerunt; fines terræ trepidarunt; accesserunt & venerunt.

6. (Qui jam) Vir socium suum adjuvant; & fratri suo dicit, confirma te.

7. Sic confirmat faber conflatorem, levigat malleo id, quod ictu pulsandum, dicens de junctura; bona illa (est,) deinde firmat eam clavis, (ut) non dimoveatur.

b) Luc. 1,54. 8. Tu autem (es) [b] Jisraël, servus Meus; Jacobus, quem elegi; semen Abrahami, amici Mei.

9. Quem apprehendi à finibus terræ, & ab extremitatibus eius vocavi te; dixique tibi; servus Meus tu (es:) elegite, & non repudiavi te.

10. Ne timeto; quia tecum Ego: ne respice; quia Ego (sum) DEUS tuus: corroboravi te, etiam adjuvi te, etiam sustentavi te per dextram justitiæ Meæ.

11. En pudefient, & erubescent omnes incalescentes contra te: fient sicut nihil, & peribunt viri litis tuæ.

12. Quæres eos, sed non invenies, viros (inquam) contentionis tuæ; fient sicut quod non (est,) & sicut nihil viri belli tui.

13. Ego enim JEHOVAH DEUS tuus (sum) confirmans dextram tuam; dicens tibi, ne timeto, (quia) Ego adjuvo te.

14. Ne (itaq;) timeto, vermis Jacob, moribundi Jisraëlis: Ego (enim) adjuvo te, dictum JEHOVÆ, & Redemtor tuus (est) Sanctus Jisraëlis.

15. Ecce, posui te in tribulam tribulæ recentis, præditæ aculeis: (ut) tritures montes, & conteras; & colles sicut glumam ponas.

16. Disperges eos, ut ventus auferat eos, & procella dissiper eos: tu autem exultabis in JEHOVAH, in Sancto Jisraëlis gloriaberis.

17. Pauperes (quidem tui) & egeni (sunt) quærentes aquam, sed non (est;) lingua eorum siti deficit: (sed) Ego JEHOVAH exaudiam eos; DEUS Jisraëlis non deseram eos.

18. Aperiam (enim) super clivis fluvios, & in medio vallium fontes ponam: desertum (etiam) in stagnum aquarum, & terram siccam in scaturigines aquarum.

19. Dabo in deserto cedrum Schittæ, & myrtum & lignum olei: ponam in solitudine abietem, tædam, & buxum simul.

20. Ut videant, & cognoscant, & attendant, & intelligant unà; quod manus JEHOVÆ fecerit hoc; & Sanctus Jisraëlis creaverit hoc.

21. Adferte (gentiles) litem vestram, dicit JEHOVAH; adducite robora (idola) vestra, dicit Rex Jacobi.

22. Adducant, & annuntient nobis ea, quæ contingunt; priora, quæ fuerint illa, indicate, ut ponamus ad cor nostrum, & sciamus posterionem eorum; aut ventura audire facite nos.

23. Indicate signa in futurum, ut sciamus, quod Dii vos (sitis:) etiam bonum facite, aut malum facite, ut spectemus & videamus simul.

24. En! vos (estis) ex nihilo, & opus vestrum de eo, quod non est: (unde est) abominatio, (quisquis) elegerit vos.

25. Excitabo à Septentrione, qui veniet; ab ortu solis, (qui) invocabit Nomen Meum: venient enim antistites sicut lutum, & sicut figulus calcat cœnum.

26. Quis indicat ab initio, ut sciamus? & (quæ) ante (nos,) ut dicamus, justus (est?) Tàm non (est) judicans, quàm non (est) audire faciens, quàm non (est) audiens sermones vestros.

27. (Atqui Ego) primus (dico) Zijoni; ecce, ecce illos; & Hierosolymæ Evangelistam do.

28. Video autem, sed non (est) vir (quisquam,) & de illis, sed non (est) consiliarius: nam interrogarem illos, ut responderent verbum.

29. Ecce (ergò) omnes, iniquitas (sunt,) nihil opera eorum; ventus & inanitas fusilia eorum.

CAP. XLII.

Partes hujus Capitis sunt quinq. In I. est Messiæ commenditio. à v. 1. In II. Messiæ celebratio. à v. 10. In III. Messiani adventus descriptio. à v. 13. In IV. Surdorum & cæcorum consolatio. à v. 18. In V. Desperandorum erectio. à v. 21.

a) Matt. 12,18. (Contra) ecce, [a] Servus Meus, in quem incumbo (animo;) Electus Meus, (in quo) beneplacitum habet anima Mea: (nam) dedi Spiritum Meum super Illum; (unde) judicium gentibus proferet.

2. Non clamabit, neque tollet (vocem suam;) neque audiri faciet in platea vocem suam.

3. Calamum contusum non confringet; & linum fumigans non extinguet: in veritatem autem proferet judicium.

4. Non (inquam) extinguet, neque confringet; donec ponet in terra judicium; & in lege Ejus insulæ sperabunt.

5. Sic dixit DEus, JEHOVAH, creans cœlos, & expandens illos; extendens terram, & producta ejus: dans animam populo super ea; & spiritum ambulantibus in ea.

6. Ego JEHOVAH vocavi Te in justitiâ, & apprehendam manum Tuam, quin custodiam Te, & dabo Te in fœdus

b) Esa. 49,6. populo, [b] in lucem gentium.

7. Ad aperiendum oculos cœcos, ad educendum è carcere vinctum; è domo claustri sedentes (in) tenebris.

8. Ego JEHOVAH, hoc (est) Nomen Meum: [c] & gloriam Meam alteri non

c) Esa 48,11 dabo, nec laudem Meam sculptilibus.

9 Priora, (quæ annuntiavi,) ecce venerunt: & nova Ego (fum) annuntians; antequam efflorescant, audite facio vos.

10. Cantate JEHOVÆ canticum novum, laudem Ejus extremitas terræ: descendentes (in) mare, & plenitudo ejus; insulæ & habitatores earum.

11. Extollant (vocem) desertum & urbes ejus; villæ, (quas) inhabitat Arabia: cantate habitatores petræ, è capite montium clamate.

12. Ponant JEHOVÆ gloriam, & laudem Ejus in insulis annuntient;

13. JEHOVAH (nam,) sicut heros exibit; sicut vir bellorum excitabit zelum; vociferabitur, etiamque clamabit; super hostes suos invalescet.

14. Tacui ab æterno, silui, continui Me: (nunc verò) sicut patiens exclamabo; desolabo & absorbebo simul.

15. Vastabo montes ac colles; & omnem herbam eorum arefaciam: ponam etiam fluvios in insulas, & stagna exsiccabo.

16. Ut ducam cœcos in via, (quam) non noverunt; in semitis, (quas) non noverunt, deducam eos: ponam tenebras coram eis in lucem, & contorta in rectitudinem: hæc verba (sunt,) quæ faciam, & non omittam ea.

17. Recedent (ergò) retrò, & pudefient pudore confidentes sculptili; dicentes fusili; vos (estis) Dii nostri.

18. (Etiam vos) surdi audite, & cœci spectate videndo.

19. Quis (est) cœcus, nisi Servus Meus; aut surdus, sicut Angelus Meus, (quem) mittam? Quis cœcus sicut consummatus, & cœcus sicut Servus JEHOVÆ?

20. Videndo (vidisti) magna, non tamen custodis; aperiendo (aperuit) aures, non tamen audit.

21. Placuit (nihilominus) bene JEHOVÆ propter justitiam Ipsius: (ideò) magnificabit legem Suam, & magnifica faciet.

22. Atqui ille (est) populus spoliatus, & direptus; illaqueando (illaqueantur) juvenes omnes, & in domibus carcerum absconduntur: facti enim sunt in prædam, nec (fuit) eripiens; (in) prædam, nec (est) dicens, reduc.

23 (Verum) quis inter vos, (qui) auribus

bus percipiat hoc; auscultet, & audiat, (*quæ*) terrorsum?

24. Quis dedit in prædam Jacobum, & Israëlem spoliantibus? nonne JEHOVAH, cui peccavimus? nec voluerunt in viis Ejus ambulare, neque audiverunt legem Ejus.

25. Ideò effudit super illum exandescentiam (&) iram Suam & violentiam belli; inflammavitque eum circumcirca, nec agnovit (*tamen*) & incendit eum, nec tamen posuit super cor.

CAP. XLIII.

Partes hujus Capitis sunt Quatuor. I. Promissionem habet divinam præstantissimam. à v. 1. II. Gloriæ divinæ assertionem. à v. 11. III. Promissionis iterationem, & ulteriorem explicationem. à v. 14. IV. Causa impulsiva omnium beneficiorum fertur inculcationem. à v. 22.

Jer. XXIII. 6. JAm verò sic dixit JEHOVAH, Creator tuus, ô Jacob, & Formator tuus, ô Israël; ne timeto: nam redemi te, vocavi nomine tuo; Mihi tu (*es:*)

2. Quum transibis per aquas, tecum Ego (*ero;*) & (*quum* per fluvios, non submergent te: quum ibis per ignem, non (*tamen*) aduretis, & flamma non incendet te.

3. Nam Ego (*sum*) JEHOVAH Deus tuus; Sanctus Israëlis, Salvator tuus: XLV. 14. (*qui*) dedi expiationem tui Ægyptum; Kusch (*Æthiopiam*) & Sebam loco tui.

4. Propterea quod pretiosus fuisti in oculis Meis, gratiosus factus es, ut Ego amem te: ideò dabo hominem loco tui, & populos pro anima tua.

5. Ne *itaq;*) timeto, quia tecum Ego (*sum: imò*) ab oriente adducam semen tuum & ab occidente colligam te.

6. Dicam septentrioni, da; & meridiei, ne inhibe: adduc filios meos è longinquo, & filias meas ab extremitate terræ.

7. Omnem (*inquam*) vocatum à Nomine Meo, & (*quem*) in gloriam Meam creavi; formavi eum, etiamque feci eum.

8. Educ populum cœcum, cui (*tamen*) oculi sunt, & surdos, quibus (*tamen*) aures.

9. Omnes gentes congregentur unà, & conveniant populi: quis inter eos indicabit hoc, & priora audire faciet nos? dent testes suos, ut justificentur; audiantque & dicant veritatem.

10. (*At*) vos (*estis*) testes Mei, dictum JEHOVÆ, & servus Meus, quem elegi, ut sciatis, & credatis Mihi; & intelligatis, quod Ego (*sim*) idem; ante Me non formatus sit Deus, & post Me non futurus sit.

11. Ego, [a] Ego (*sum*) JEHOVAH, & a) *Os. 13.* præter Me non (*est*) Salvator. *9*

12. Ego indico, & salvo; & audiri facio, nec inter vos alienus: Vos ergò (*estis*) testes Mei, dictum JEHOVÆ, & Ego (*sum*) Deus.

13. Etiam ex quo dies (*est,*) Ego (*sum*) idem; nec (*est*) eripiens è manu Mea. facio, & quis retractabit?

14. Sic dixit JEHOVAH, Redemtor vester, Sanctus Israëlis; propter vos misi in Babelem, & dejiciam vectes omnes; & Chaldæos, quorum in navibus (*audietur*) clamor. *Cap. XLIII*

15. Ego JEHOVAH, Sanctus vester; Creator Israëlis (*sum*) Rex vester.

16. Sic dixit JEHOVAH, qui [b] dedit b) *Exod.* in mari viam, & in aquis validis semitam. *14, 22.*

17. Qui eduxi currum & equum, exercitum & fortem; (*ut*) simul jacerent, nec resurgerent; succenderentur, (&) sicut linum extinguerentur.

18. Ne (*verò*) memineritis priorum, & antiquorum ne recordemini.

19. Ecce enim Ego (*sum*) faciens [c] novum, nunc progerminabit; nonne c) *2. Cor. 5, 17. Ap 21, 4.* agnoscitis illud? (*Quin*) etiam in deserto ponam viam, in solitudine fluvios,

20. (*Unde*) honorabit Me fera agri, dracones & filiæ noctuæ; eò quod dederim in deserto aquas, (&) fluvios in solitudine, ad potandum populum Meum, electum Meum.

21. Populus, quem formavi Mihi, laudem Meam enarrabunt.

22. Cæterum non vocasti Me, ô Jacob, ut fatigatus sis pro Me, ô Israël.

23. Non adduxisti Mihi pecudem holocaustorum tuorum, & sacrificiis tuis non honorasti Me; non servire te feci per Mincham, nec defatigavi te per thus.

24. Non emisti Mihi argento calamum, & adipe sacrificiorum tuorum non implevisti Me: tantùm servire fecisti Me per peccata tua, laborare fecisti Me per iniquitates tuas.

25. Ego, Ego Ipse (*sum*) delens iniquitates tuas propter Me, & peccatorum tuorum non recordor.

26. (*Aut*) fac Me recordari (*quæ feceris Mihi, ut*) disceptemus unà: recense tu, ut justificeris.

27. (*Atqui*) pater tuus primus peccavit, & interpretes tui prævaricati sunt contra Me.

28. Ideò profanos reddam principes sanctitatis, & dabo in devotionem Jacobum, & Israëlem in opprobria.

CAP. XLIV.

Partes hujus Capitis sunt tres. I. Habet Israëlis per promissionem N.T. erectionem. à v. 1. II. Israëlis per comparationem Jehovæ cum sculptilibus confirmationem. à v. 6. III. Iteratam de liberatione è captivitate Babylonica prophetiam. à v. 24.

POrrò tamen audi, Jacob serve Mi; & Israël, quem elegi:

2. Sic dixit JEHOVAH, Factor tuus, & Formator tuus ab utero, (*qui*) adjuvat a) *Jer. 30, 10. 46, 27.* te: ne [a] time, serve Mi Jacob; & Jeschurun, quem elegi.

3. [b] Quia effundam aquas super sitientem, & rivulos super aridam: fundam b) *Joh. 7, 38.* (*inquam*) spiritum Meum super semen tuum, & benedictionem Meam super natos c) *Joël. 2, 28. Act. 2, 17.* tuos.

4. Ut germinent in medio graminis, & sicut salices juxta rivos aquarum.

5. Hic dicet; JEHOVÆ (*sum*) Ego, & iste vocabitur nomine Jacobi; & ille scriber manu sua, JEHOVÆ; & nomine Jisraëlis cognominabit se.

XLIV 6. Sic dixit JEHOVAH, Rex Israëlis, & Redemptor ejus, JEHOVAH Zebaoth; d) *Esa. 41, 4. 48, 12. Apoc. 1, 17. 22, 13.* [d] Ego primus, & Ego novissimus, & præter Me non (*est*) Deus.

7. Quis enim (*est*) sicut Ego? qui vocabit, & indicabit hoc, & disponet illud Mihi, ex quo posui populum æternitatis? aut signa, & quæ futura sunt, indicent illi.

8. (*Quare*) ne timete, neque extimescite: nonne ex tunc audire feci te, & annuntiavi? vos ergò (*estis*) testes Mei, Num (*enim*) est Deus præter Me? (*Non:*) nec (*est*) petra, non (*enim ullam*) novi.

9. (*Quare*) Formatores sculptilis omnes (*sunt*) vanitas, & desideratissima eorum non prosunt: & testes sibi (*sunt*) ipsi, (*quòd*) non videant, nec cognoscant, adeò ut pudefiant.

10. Quis formavit Deum, & fusile fudit, ut non prosit?

11. En! omnes socii ejus pudefient, & fabri ipsi, (*qui*) ex homine (*sunt:*) congregabuntur omnes, stabunt, pavebunt, pudefient unà.

12. Fabricat (*enim*) ferrum forcipe, & operatur carbone, & malleis acuris formar. Sic operatur illud per brachium roboris sui; (*ita ut*) etiam esuriat, usque dum non (*est illi*) robur, neque bibat aquas, usque dum fatigatur.

13. (*Aut*) fabricat [e] ligna, extendit c) *Esa. 40, 19. 20. 41, 7.* filum (*mensorium,*) & describit illud amussi, facit illud in angulos suos, & circulo definit illud, ut faciat in forma viri, juxta *Jer. 10, 3.* pulchritudinem hominis, ad habitandum (*in*) domo.

14. (*Postquam abiit*) ad excindendum sibi cedros, aut accepit buxum, aut quercum, aut firmam elegit sibi inter arbores silvæ; (*aut*) plantavit ornum, ut pluvia crescere faceret (*eam,*)

15. Et quamvis sit (*naturâ*) homini ad comburendum, & (*ipse*) accipiat de iis, ut calefiat; etiamque accendat, ut coquat panem: tamen (*reliquum*) facit Deum, & incurvat se; facit ex eo sculptile, & adorat illud.

16. (*Atq; sic*) partem ejus combussit igne; super parte ejus comedit carnem, (*aut*) assavit assatum, ut saturaretur; etiam calefactus est, dixitque; heach; calefactus sum, (*dum*) vidi ignem:

17. Nihilominus residuum ejus in Deum fecit, in sculptile suum; adorat illud, incurvatque se, & precatur ad illud, dicitque; Eripe me, quia Deus meus tu.

18. (*Certe*) non cognoscunt, neque intelligunt:

telligunt: quia obliti ſunt, ut non videant, oculi eorum, &, ut non intelligant, corda eorum.

19. Neque (*enim*) inducit in cor ſuum, neque ſcientia, aut intelligentia (*illi eſt,*) ut dicat; Partem ejus combuſſi igne, etiamque coxi ſuper prunis ejus panem: aſſavi carnem, & comedens (*fui:*) ergone reſiduum ejus in abominationem fecerim? ramum ligni adoraverim?

20. (*Heu*) paſcentem pulverem! cor eluſum decerpere fecit illum: ut non eripiat animam ſuam, nec dicat; nonne mendacium (*eſt*) in dextera mea?

21. Memento horum Jacob & Iſraël: nam ſervus Meus (*es*) tu: formavi (*enim*) te, (*ideò*) ſervus Mihi (*es*) tu: (*quare*) Iſraël non obliviſceris Mei.

22. (*Tùm*) delebo ſicut nubem prævaricationes tuas, & ſicut nubem peccata tua: revertere (*ergò*) ad Me; quia redemi te.

23. Cantate (*itaq;*) cœli, quia fecit (*hæc*) JEHOVAH; jubilate inferiora terræ, perſonate montes cantu; ſilva & omne lignum in ea: quia redemſit JEHOVAH Jacobum, & in Iſraële glorioſum Se exhibuit.

24. Sic dixit JEHOVAH, Redemptor tuus, & Formator tuus ab utero; Ego (*ſum*) JEHOVAH faciens omnia, expandens cœlos ſolus, extendens terram à Me Ipſo.

25. Irrita reddens ſigna mendacium, & (*qui*) divinatores inſanos reddit: rejiciens ſapientes retrò, & (*qui*) ſcientiam eorum ſtultam facit:

26. Stabiliens (*autem*) verbum ſervi Sui & (*qui*) conſilium legatorum Suorum perficit: dicens Hieroſolymæ, habitaberis; & urbibus Jehudæ, ædificabimini; & vaſtitates ejus erigam.

27. Dicens abyſſo, exicceare; & fluvios tuos arefaciam:

28. Dicens Koreſcho, paſtor Meus (*es;*) & (*qui*) omnem voluntatem Meam perficiet; & (*dicens*) dicendo Hieroſolymæ, ædificare; & templo, fundare.

CAP. XLV.

Partes hujus Capitis ſunt tres. I. Eſt prophetia de Koreſcho ſeu Cyro, & bonorum liberationem Iudæorum conſequentium, ulterior explicatio. à v. 1. II. Eſt populi Iudaici ab impatientia dehortatio à v. 9. III. Majeſtatis Meſſiæ, tum per Prophetam, tum per Ipſum Meſſiam, deſcriptio. à v. 15.

Sic (*enim*) dixit JEHOVAH uncto Suo, Coretcho, cujus apprehendi dextram, ad ſubjiciendum coram ipſo gentes, ut lumbos Regum ſolvam; ad aperiendum coram illo portas, ut non claudantur.

2. Ego ante te ibo, & tortuoſa rectificabo; januas æris confringam, & vectes ferri concidam.

3. Daboque tibi theſauros tenebrarum, & occultas opes latibulorum; ut cognoſcas, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH, qui vocaverim (*te*) nomine tuo; DEUS Iſraëlis:

4. Propter ſervum Meum Jacobum, & Iſraëlem electum Meum: vocavi, inquam, te nomine tuo; cognominavi te, cum non noſceres Me.

5. Ego (*ſum*) JEHOVAH, & non (*eſt ullus*) præterea: præter Me non (*eſt*) DEUS: accinxi (*itaq;*) te, cum nondum cognoſceres Me:

6. Ut cognoſcant ab ortu ſolis, & ab occaſu, quod non (*DEUS*) prætet Me; Ego (*ſim*) JEHOVAH, & non (*ullus*) præterea:

7. Formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: Ego (*inquam, ſim*) JEHOVAH, faciens omnia hæc.

8. Stillate (*inprimis*) cœli deſuper, & nubes defluant juſtitiâ; aperiat ſe terra, ut (*habitatores ejus*) fructificent ſalutem; & juſtitia germinet unà; Ego (*enim*) JEHOVAH creabo hoc.

9. Væ litiganti cum Formatore ſuo, teſta cum teſtis terræ! num [a] dicet lutum figulo ſuo; quid facis? aut opus tuum; non (*ſunt*) manus ipſi. a) *Ier. 18, 6. Rom. 9, 20.*

10. Væ dicenti patri; quare generas? aut mulieri; quid parturis?

11. Sic dixit JEHOVAH, Sanctus Iſraëlis, & Formator Ejus; ſigna petitunt

Me; ſuper filiis Meis, & ſuper opere manuum Mearum præcipiunt Mihi.

12. (*Atqui*) Ego feci terram, & hominem ſuper ea creavi; Ego (*ſum;*) manus Meæ expanderunt cœlos, & omni exercitui eorum præcepi, (*ut eſſet.*)

13. Ego excitavi eum in juſtitia, & omnes vias ejus rectificabo: ille ædificabit urbem Meam, & captivitatem Meam dimittet, non pretio, neque munere; dixit JEHOVAH Zebaoth.

14. (*Imò*) ſic dixit JEHOVAH; labor Ægypti, & merces Kuſchi (*Æthiopiæ*) & Sabæorum, virorum longitudinis, apud te præteribunt, & tibi erunt; poſt te ibunt; in vinculis præteribunt: ita ut erga te incurvent ſe, erga te orent (*dicentes;*) Tantummodo inter te (*eſt*) DEUS, & non (*eſt ullus*) præterea; non (*eſt alius*) Deus.

15. Profecto Tu (*es*) DEUS occultus: DEUS Iſraëlis, Salvator.

16. Erubeſcite (*ergò,*) & pudore afficiantur omnes: una abeant in ignominiam, fabri dolorum (*idolorum;*)

17. Iſraël (*enim*) ſalvatus eſt per JEHOVAM ſalute æternitatum: non erubeſcent, nec pudore afficientur uſque in æternitates æternitatis.

18. Sic namque dixit JEHOVAH; creans cœlos, (*Ille qui eſt*) DEUS formans terram, & faciens eam, idem præparans eam; non inanitatem creavit eam; (*ſed*) ad habitandum formavit eam; Ego JEHOVAH, & non *eſt ullus*) præterea.

b) *Ioh. 14, 20.* 19 Non [b] in occulto locutus ſum; in loco terræ tenebrarum non dixi ſemini Jacobi; fruſtra quærite Me: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH loquens juſtitiam, indicans rectitudines.

20. (*Itaq;*) congregamini, & venite; accedite una erepti gentium; (*qui*) non cognoſcunt portantes lignum ſculptilis ſui, & orantes ad DEUM, (*qui*) non ſalvat.

21. Indicate, & appropinquate, etiam deliberate una: Quis audire fecit hoc ab antiquo, (&) ex tunc indicavit id? Nonne Ego JEHOVAH, & non (*eſt*) amplius DEUS præter Me? DEUS juſtus, & Salvator non eſt præter Me.

22. Reſpicite (*ergò*) ad Me, ut ſalvemini omnes fines terræ: quia Ego (*ſum*) DEUS, & non (*eſt ullus*) præterea.

23. Per Me (*enim*) juravi; exivit ex ore Meo juſtitia, verbum, quod non revocabitur: quod (*nimirum*) [c] Mihi ſe incurvaturum ſit omne genu, (&) juratuta omnis lingua. c) *Rom. 14, 11. Phil. 2, 10.*

24. Tantummodo in JEHOVAH, dicet Mihi, juſtitiæ (*ſunt*) ac robur; ad Ipſum venient, & pudefient omnes, qui excanduerunt contra Illum.

25. In JEHOVAH (*autem*) juſtificabuntur, & gloriabuntur omne ſemen Iſraëlis.

CAP. XLVI.

Partes hujus Capitis ſunt duæ. I. Eſt comparatio DEI veri cum idolis Babyloniorum. à v. 1. II. Autem eſt ſevera admonitio ad reliquias Iſraëlis in Babel captivas. à v. 8.

INcurvatus eſt Bel, inflexus eſt Nebo: (*tradita*) ſunt idola eorum feræ & beſtiæ: portanda veſtra impoſita, (*ſunt*) onus defeſſæ (*beſtiæ.*)

2. Reflexi ſunt, incurvati ſunt ſimul: non potuerunt eripere onus, & anima eorum in captivitatem abut.

3. Attendite ad Me, domus Jacobi, & omnes reliquiæ domus Iſraëlis: portati ab utero, lati à vulva.

4. Uſque etiam ad ſenectutem Ego idem (*ſum,*) & uſque ad canitiem Ego: portabo; Ego feci, & Ego portabo, & Ego feram, atque eripiam.

5. Cui [a] aſſimilabitis Me, & compa- a) *Eſa. 40, 18. 41, 7. 44, 9.* rabitis? & ſimilem reddetis me, ut ſimilis reddar?

6. Prodigi aurum è loculis; & argentum càlamo (*libræ*) ponderant: conducunt conflatorem, qui formet illud (*in*) Deum; (*quem*) adorant, & ſe incurvant.

7. [b] Portant illud ſuper humero, ferunt illud; mox deponunt ſubter ſe; tum ſtat in loco ſuo, nec diſcedit: etſi clamaverit ad illud, non reſpondebit, nec ex anguſtia ejus ſalvabit eum. b) *Bar. 6, 25. 26.*

8. Recordamini hujus, & viros præſtate vos; revocate, ô prævaricatores, ſuper cor.

9. Recordamini priorum ab æterno:

quia Ego *(sum)* DEUS, & non *(est)* amplius DEUS, & non *(quisquam)* sicut Ego.

10. Indicans ab initio *(mundi)* finem, & ab antiquitate *(ea,)* quæ nondum facta sunt: dicens; consilium Meum stabit, & omnem voluntatem meam faciam.

11. Vocans ab ortu avem, è terra longinquitatis virum consilii Mei: & locutus sum, & adducam illud; formavi, etiamque faciam illud.

12. Attendite ad Me, obstirmati corde; longinqui à justitia.

13. Appropinquare feci justitiam Meam, non procul est; & salus mea non morabitur: dabo enim in Zijone salutem, Israëli decus Meum.

CAP. XLVII.

Partes hoc Caput habet duas. Quarum I. est, Babylonis eversio. à v.1. II. Autem habet eversionis Babylonicæ causas. à v.6.

DEscende & sede super pulvere, virgo, filia Babelis; sede in terra, *(quia)* non *(est)* thronus, filia Chaldæorum: non enim addes, *(ut)* dicant tibi; ô mollis, ô delicata?

2. Sume molam, & mole farinam; revela crines tuos, denuda *(te)* ad semitam, revela femur, *(ut)* transiens flumina.

a) Ezech. 23,5. 3. Reveletur [a] nuditas tua, etiamque videatur opprobrium tuum; *(nam)* vindictam sumam, nec intercedere sinam hominem.

4. Redemtorem nostrum quod attinet; JEHOVAH Zebaoth *(est)* Nomen Ejus, Sanctus Israëlis.

5. Sede in silentio, & intra in tenebras, ô filia Chaldæorum: quia non addes, *(ut)* vocent te dominam regnorum.

6. Succensui *(quidem)* populo Meo; profanavi hereditatem Meam, dedique eos in manum tuam: *(sed)* non exhibuisti illis misericordias; supra *(etiam)* senem aggravasti jugum tuum valdè.

7. Dixisti enim; in æternum ero domina: adeo ut non posueris hæc super cor tuum; non recordata sis finem ejus.

b) Ap. 18,7. 8. Jam ergò audi hoc, ô delicata, sedens secure, [b] dicens in corde suo: Ego *(sum,)* & non *(est ulla)* sicut ego præterea: non sedebo vidua, nec cognoscam orbitatem.

c) Esa. 51,19. 9. Atqui [c] venient tibi duo ista momento in die uno, orbitas & viduitas: in perfectione sua venient super te, propter multitudinem præstigiarum tuarum, ob magnitudinem incantationum tuarum plurimam.

10. Confisa enim es in malitia tua; dixisti: Non *(est)* videns me, sapientia tua & scientia tua seduxit te; dum dixisti in corde tuo; Ego *(sum,)* & non *(est ulla)* sicut ego præterea.

11. Ideo veniet super te malum, quod non scies deprecari; cadetque super te calamitas, quam non poteris expiare; veniet, inquam, super te subitò devastatio, *(quam)* non scies.

12. Persta namque in incantationibus tuis, & in multitudine præstigiarum tuarum, in quibus laborasti à juventute tua: fortè poteris prodesse, fortè terribilis fies.

13. *(Sed)* defatigata es multitudine consilii tui: stent nunc, & servent te observatores cœlorum; spectantes stellas; divinantes in menses; ab *(illis,)* quæ venient super te.

14. Ecce facti sunt sicut stipula, quam ignis adussit; non eripiunt animam suam è manu flammæ; ne *(quidem ex iis est)* pruna ad incalescendum, *(aut)* ignis ad sedendum coram eo.

15. Tales facti sunt tibi, pro quibus fatigata es; negotiatores tui à juventute tua, vit è regione sui aberraunt; non *(est)* salvans te.

CAP. XLIIX.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Habet querelam Messiæ de Judæis in liberatione è captivitate Babylonica. à v.1. II. Habet querelam Messiæ de Judæis in liberatione Novi Testamenti. à v.16.

(VErum) audite hoc, ô domus Jacobi, *(qui sunt)* vocati nomine Israëlis, (&) qui ex aquis Jehudæ exiverunt: qui jurant per nomen JEHOVÆ, & DEI Israëlis *(jurantes)* meminerunt, *(sed)* non in veritate, neque in justitia.

2. Nam ab urbe sanctitatis vocantur, & super DEO Israëlis nituntur; JEHOVAH Zebaoth *(est)* Nomen Ejus.

3. Priora ex tum indicavi, éque ore Meo exiverunt, & auditi feci ea: subitò feci, ut venirent.

4. De scientia Mea *(est,)* quod durus tu *(sis;)* nam nervus ferri *(est)* cervix tua, & frons tua ænea,

5. Ideò indicavi tibi ex tunc; antequam venit, audite feci te: ne diceres; idolum meum fecit hæc, & sculptile meum & fusile meum præcepit ea.

6. Audivisti, vide, omne: vos verò annon indicabitis? Audite feci te nova ex nunc; & abscondita, quæ non novisti.

7. Nunc creata sunt, & non ex tunc; & ante diem, quæ non audivisti; ne dicas, ecce novi ea.

8. Tam non audivisti, quam non novisti, quam ex tunc non aperuit se auris tua: Novi enim, *(quod)* perfidè agendo perfidè acturus esses; & prævaricatoris ab utero vocatum est *(nomen)* tibi.

9. *(Sed)* propter Nomen Meum prolongabo iram Meam, & *(propter)* laudem Meam differam tibi, ut non exeindam te.

10. Ecce, probabo te, sed non pro argento; seligam te in fornace miseriæ,

11. Propter Me, propter Me faciam: nam quomodo profanaretur *(Nomen Meum?)* & [a] gloriam Meam alii non dabo.

a) Esa. 42,8. b) Esa. 41,4. 44,6. Apoc. 1, 17. 22,13. 12. Attende Mihi, Jacob, & Israël vocate à Me; Ego idem, [b] Ego primus, etiam Ego novissimus.

13. Etiam manus Mea fundavit terram, & dextra Mea pugillavit cœlos; vocans *(sum)* Ego ea, (&) stant una.

14. Congregamini vos omnes, & audite; Quis inter vos indicavit hæc? JEHOVAH amat eum, *(ideò)* faciet voluntatem Suam in Babele, & brachium Ejus in Chaldæis.

15. Ego, Ego locutus sum, etiam vocavi eum; adducam eum, & prosperabit viam suam.

16. Accedite ad Me, audite hoc: non c) Ioh. 18, 20. ab initio [c] in occulto locutus sum; *(quia)* a tempore, quo factum illud est, ibi Ego *(sui;)* at nunc ADONAI JEHOVIH misit me, & Spiritus Ejus.

17. Sic dixit *(porro)* JEHOVAH Redemtor tuus, Sanctus Israëlis; Ego *(sum)* JEHOVAH DEus tuus, docens te, ut proficias; ducens te in via, *(qua)* eas.

18. Utinam auscultasses præceptis Meis; futura enim fuisset sicut fluvius pax tua, & justitia tua, sicut fluctus maris,

19. Futurum fuisset semen tuum sicut arena, & nati viscerum tuorum sicut lapilli Ejus; non excisum, neque perditum fuisset nomen ejus coram Me.

d) Apoc. 18,4. 20. (*Dicebam enim tibi*;) exite [d] è Babele, fugite è Chaldæis cum voce cantus; indicate, audiri facite hoc, profette id usque ad extremitatem terræ: dicite; Redemit JEHOVAH servum Suum, Jacobum,

e) Exod. 17,6. Numer. 20,11. 21. Tum non sitient; in vastitatibus *(enim)* ducet eos; [e] aquas è petra effluere faciet illis, dum findet petram, ut effluant aquæ.

f) Esa 57,21. 22. *(Sed)* non *(erit)* pax, inquit JEHOVAH, [f] impiis.

CAP. XLIX.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Est missionis Messiæ descriptio. à v.1, II. Ecclesiæ querulantis consolatio. à v.14.

ATtendite insulæ ad Me, & auscultate populi, *(qui estis)* è longinquo: JEHOVAH ab utero vocavit Me, à visceribus matris Meæ meminit Nominis Mei,

2. Posuit autem os Meum sicut gladium acutum; in umbra manus Suæ abscondidit Me: posuitque Me in telum expurgatum, in pharetra Sua occultavit Me;

3. Ac dixit Mihi, servus Meus Tu *(es)* Israël, in quo glorioſus reddar.

4. Ego verò dixi; in vanum laboravi; in inanitatem & vanitatem vires Meas insumsi: veruntamen judicium Meum *(est)* apud JEHOVAM, & operæ pretium Meum apud DEum Meum.

5. Jam verò dixit JEHOVAH, Formator Meus

Meus ab utero in servum Suum, ad reducendum Jacobum ad Ipsum, & (*ut*) Jisraël Ipsi congregetur: tum pretiosus ero in oculis JEHOVÆ; & DEUS Meus erit robur Meum.

6. Imò dixit; Leve est, ut sis Mihi servus ad erigendum tribus Jacobi, & a) *Esa. 42,7. Luc. 2, 32. Act. 13, 47.* [a] servatos Jisraëlis ad reducendum; sed dedi Te in lucem gentium, ut sis salus Mea usque ad extremitatem terræ.

7. Sic dixit JEHOVAH Redemtor Jisraëlis, Sanctus ejus, *(promto)* ad contemnendum animam, abominanti gentem, servo dominantium: Reges videbunt & subsistent, principes (*etiam,*) & incurvabunt se: propter JEHOVAM, Qui fidelis; *(propter)* Sanctum Jisraëlis, Qui elegit te.

b) *2. Cor. 6, 2.* 8. Sic dixit JEHOVAH; [b] in tempore beneplaciti respondi Tibi, & in die salutis adjuvi Te; custodivi etiam Te, & dedi in fœdus populi, ad restituendum terram, ad dividendum hereditates devastatas:

9. Ad dicendum vinctis, exite; eis, qui in tenebris, revelamini: super viis pascent, & in omnibus clivis (*erit*) pascuum eorum.

c) *Apoc. 7, 16.* 10. [c] Non esurient, neque sitient, neque percutiet eos æstus, aut Sol: nam miserescens eorum ducet eos, ita ut etiam super scaturiginibus aquarum ducturus sit eos.

11. Ponam etiam omnes montes Meos in viam, & semitæ Meæ exaltabuntur.

12. Ecce, hi è longinquo venient; & ecce, isti ex septentrione, & à mari; & illi è terra Sinim.

13. (*Quare*) cantate cœli, & exulta terra, ac personate montes cantu: quia consolatus est JEHOVAH populum Suum, & afflictorum Suorum miserebitur.

14. Dicit quidem Zijon; deseruit me JEHOVAH; & ADONAI oblitus est mei?

15. (*Verùm*) num obliviscitur mulier infantis sui, ut non misereatur filii ventris sui? Etiamsi (*verò*) hæ obliviscerentur; Ego tamen non obliviscar tui.

16. Ecce (*enim*) super manus insculpsi te; muri (*etiam*) tui ante Me (*sunt*) jugiter.

17. Festinabunt filios tuos, (*nam*) destructores tui, & devastatores tui ex te exibunt.

18. [d] Tolle circumeirca oculos tuos, & vide, omnes (*namq;*) congregantur, (*&*) veniunt tibi: vivus (*sum*) Ego, dictum JEHOVÆ, quod omnes sicut ornatum indutura sis, & circumligatura eos sicut sponsa. d) *Esa. 60,4.*

19. Nam quod ad vastationes tuas, & desolationes tuas, & terram destructionis tuæ; nam, (*inquam,*) angustior eris, quam pro habitatore; procul autem aberunt absorptores tui.

20. Adhuc (*enim*) dicent in auribus tuis filii orbitatum tuarum; angustus est mihi locus; recede mihi, (*& da,*) ut habitem.

21. Tu verò dices in corde tuo; quis genuit mihi hos, cum tamen ego orba & solitaria (*fuerim?*) exul (*etiam*) & remota (*fui:*) quis ergò hos educavit? ecce, ego relicta fui sola: hi (*ergò*) ubi fuerunt?

22. Sic dixit ADONAI JEHOVIH: Ecce, tollam erga gentes, manum Meam, & erga populos attollam signum Meum; ut adferant filios tuos in sinu, & filias tuas super humero apportent.

23. Sintque Reges nutritii tui; & Principes eorum lactatrices tuæ: [e] in facies, (*imò*) ad terram incurvent se tibi, & pulverem pedum tuorum lingant: quo scias, quòd Ego (*sim*) [f] JEHOVAH, (*in*) quo sperantes in Me non pudefiant. c) *Psal. 72,9.* f) *Psal. 25,3.*

24. (*Sed*) num sumetur à forti captura? aut num captivitas justi (*violento*) eripietur?

25. (*Vtiq;*) Nam sic dixit JEHOVAH; etiam captivitas fortis sumetur: & captura violenti eripietur: nam cum litigatore tuo Ego litigabo, & filios tuos Ego salvabo.

26. Cibabo autem oppressores tuos carne ipsorum; & sicut musto sanguine ipsorum inebriabuntur: ut sciant omnis caro, quod Ego JEHOVAH (*sim*) Salvator tuus, & Redemptor tuus (*sit*) Fortis Jacobi.

CAP. L.

Partes Capitis hujus sunt tres. I. Habet Messias cum Judæis contentiones. à v. 1. II. Messias ad judicium DEI Patris provocationem sive appellationem. à v. 8. III. Messias ad Judæos incredulos adhortationem. à v. 10.

SIc dixit JEHOVAH; ubi est libellus repudii matris vestræ, quam dimiserim? aut quis est de usuratiis Meis, cui venditerim vos? Ecce, ob peccata vestra venditi estis, & ob prævaricationes vestras dimissa est mater vestra.

2. Quare (*namq;*) veni, & non (*ad fuit*) vir; clamavi, nec (*erat*) respondens? num [a] abbreviando abbreviata est manus Mea, ut non sit redemtio? aut num non est virtus in Me ad eripiendum? En! per [b] increpationem Meam exicco mare; pono fluvios in desertum; (*ut*) putrescat piscis eorum, eo quod non (*sit illis*) aqua, & moriatur siti. a) *Num. 11,23. Esa. 59,1* b) *Exod. 14,22.*

3. Vestio cœlos atrore, & saccum facio velamen eorum.

4. ADONAI JEHOVIH (*idem*) dedit Mihi [c] linguam doctorum, ut sciam tempestivè loqui cum fesso verbum: excitabit (*etiam*) singulis matutis; excitabit (*inquam*) Mihi autem ad audiendum quasi à doctis. g) *Matt. 7,29. Marc. 1, 22. Luc. 4, 32.*

5. ADONAI JEHOVIH aperuit Mihi autem, & Ego non rebellavi; retrò non recessi.

6. [d] (*Adeò ut*) tergum Meum dedi in percutientibus, & maxillas Meas vellicantibus: facies Meas non occultavi à calumniis & sputo. d) *Matt. 26,67.*

7. (*Ideò*) ADONAI JEHOVIH auxiliabitur Mihi; ut (*tamen*) non pudefiam: ideò posui facies Meas sicut petram; quia scio, quod non pudefaciendus sim.

8. Propinquus (*enim*) est justificans Me: quis (*ergò*) contendet Mecum? stemus una! Quis (*erit*) autor judicii Mei? accedat ad Me.

9. Ecce (*enim*) ADONAI JEHOVIH auxiliatur Mihi: quis (*ergò*) ille, (*qui*) condemnet Me? En! [e] omnes sicut vestis veterascent; tinea comedet eos. e) *Psal. 102,27.*

10. Quis (*est, ergò*) inter vos timens JEHOVÆ? audiens vocem servi Ipsius? qui ambulat (*in*) tenebris, nec (*est*) illi splendor? confidat in Nomine JEHOVÆ: & innitatur DEO suo.

11. (*Sed*) ecce, omnes vos, qui accenditis ignem, succingitis vos, scintillis: ite (*ergò*) in focum ignis vestri; & in scintillas, quas incendistis! à manu Mea factum est hoc vobis; in dolore jacebitis.

CAP. LI.

Partes hujus Capitis sunt tres. I. Continet piorum ad expectationem adhortationem. à v. 1. II. Spiritualis Zijonis in expectatione ardens desiderium. à v. 9. III. Spiritualis Zijonis in expectatione erectionem. à v. 17.

ATtendite (*tamen*) ad Me sectantes justitiam, quærentes JEHOVAM: respicite ad petram, ex qua excisi estis: & ad effossionem foveæ, ex qua effossi estis.

2. Respicite ad Abrahamum patrem vestrum, & ad Saram, (*qua*) parturivit vos. Nam unicum [a] vocavi eum; sed benedicam illi, & multiplicabo eum. a) *Gen. 12, 1.*

3. Nam (*ita*) consolabitur JEHOVAH Zijonem; consolabitur omnes vastitates ejus: adeò ut ponat desertum ejus sicut Eden, & solitudinem ejus sicut hortum JEHOVÆ: lætitia & gaudium inveniatur in ea; confessio & vox cantus.

4. Attendite (*ergò*) ad Me, populе Mi; & gens Mea, ad Me advertite aures: Nam lex exibit à Mecum, & judicium Meum in lucem populorum excitabo.

5. Propinqua est justitia Mea, exivit salus Mea, & brachia Mea populos judicabunt: in Me insulæ sperabunt, & super brachio Meo confident.

6. Tollite (*ergò*) in cœlos oculos vestros, & spectate ad terram desubter: nam [b] cœli sicut fumus evanescent, & terra sicut vestis veterascet, habitatoresque ejus, sicut sic, morientur: sed salus Mea in æternum erit, & justitia Mea non infringetur. b) *Psal. 102,27.*

7. Attendite (*porrò*) ad Me, scientes justitiam; populе, in quorum [c] corde lex Mea c) *Psal. 37,*

d) Mat. 5,11. Mea (*eſt:*) Ne [d] timete opprobrium hominis; & à caluminiis eorum ne conſternemini:

8. Quia ſicut veſtem comedet eos tinea: & ſicut lanam comedet eos blatta: ſed juſtitia Mea in æternum erit; & ſalus Mea in generationem generationum.

9. (*Quare*) expergiſcere, expergiſcere, indue robur, ô brachium JEHOVÆ; e) Exod. 14,14. 15,7. expergiſcere [e] juxta dies antiquitatis, generationes æternitatum! Nonne Tu illud (*es,*) quod excidit Rahabam, parturire fecit Balænam?

10. Nonne Tu illud (*es,*) quod exiccavit mare, aquas abyſſi magnæ? quod poſuit profunditates maris (*in*) viam, ut tranſirent redemti?

11. Sic (*jam quoque*) redemti JEHOVÆ revertantur, veniantque (*in*) Zijonem f) Ioh. 16,22. cantu; ita ut [f] gaudium æternitatis (*ſit*) ſuper capite eorum; lætitia & gaudium aſſequantur (*eos,*) fugiant (*autem*) triſtitia & gemitus.

12. Ego, Ego Is (*ſum,*) Qui conſolatur vos, (*dicens;*) quæ tu (*es,*) quod times, g) Mat. 10,28. tibi [g] ab homine, (*qui*) moritur? & à h) Eſa. 40,6. 1.Pet. 1, 24. filio hominis, (*qui ſicut*) gramen datur?

13. Et (*quare*) obliviſceris JEHOVÆ; Factoris tui, qui expandit cœlos, & fundat terram; adeò ut timeas jugiter omni die coram ira anguſtatoris; quando ſe parat ad perdendum? ubi enim eſt ira anguſtatoris?

14. (*Atqui*) feſtinabit educens, ut aperiatur (*anguſtatus:*) non autem moriatur in fovea, nec deficiat panis ejus.

15. Ego enim JEHOVAH DEUS tuus, qui commovens (*ſum*) mare, ut perſtrepant fluctus ejus: JEHOVAH Zebaoth (*eſt*) Nomen Ejus:

16. Ponam verba Mea in os tuum, & umbrâ manus Meæ obtegam te; ad plantandum cœlos, & ad fundandum terram, i) Eſa. 49,18. & ad dicendum [i] Zijoni, populus Meus tu (*es.*)

17. (*Quare*) excitare, excitare, ſurge, Hieroſolyma, quæ bibiſti è manu JEHOVÆ calicem iræ Ejus; feces calicis trepidationis bibiſti, exuxiſti;

18. Non (*erat*) ducens eam, de omnibus filiis, (*quos*) peperit; neque apprehendens manum ejus, de omnibus filiis, (*quos*) educavit.

19. Duo [k] hæc obvenerunt tibi; quis k) Eſa. 47,9. (*horninum*) condoleat (*ergò ſatis*) tibi? devaſtatio, & confractio, fames & gladius; quis (*ergò ſim,*) ut conſoler te (*ſatis?*)

20. (*Unde*) filii tui defecerunt, jacuerunt in capite omnium platearum, ſicut bubalus (*in*) reti: pleni excandeſcentia JEHOVÆ, increpatione DEI tui.

21. Propterea audi, age, hoc, ô afflicta; & ebria, ſed non à vino.

22. Sic dixit Dominus tuus, JEHOVAH, & DEUS tuus, (*qui*) contendet (*pro*) populo Suo: Ecce, ſumſi è manu tua calicem trepidationis, feces calicis excandeſcentiæ Meæ; non addes bibere eum amplius.

23. Sed ponam eum in manum contriſtantium te, qui dixerunt animæ tuæ; deprime te, ut tranſeamus; ac pone ſicut terram tergum tuum, & ſicut plateam tranſeuntibus.

CAP. LII.

Partes hujus Capitis ſunt tres. I. Habet Spiritualis Zijonis iteratam erectionem. à v. 1. II. Spiritualis Zijonis per ſpeculatores compellationem. à v. 7. III. Zijonis ad juſtum excundi modum inſtructiſſimum, à v. 11.

EXcitare, excitare, indue robur tuum; ô Zijon: indue veſtes decoris tui, ô Hieroſolyma, urbs ſanctitatis; quia non addet, (*ut*) veniat in te amplius præputiatus & immundus.

2. Excute te è pulvere, ſurge, ſede, ô Hieroſolyma; aperire (*ex*) vinculis colli tui, ô captiva filia Zijonis.

3. Sic namque dixit JEHOVAH; gratis venditi eſtis; ideò non per argentum redimemini.

4. Nam ſic dixit ADONAI JEHOVIH; a) Gen. 46,6. in Ægyptum [a] deſcendit populus Meus prius, ad peregrinandum ibi: ſed [b] Aſſhur (*poſt Ægyptium*) ob nihilum oppreſſit b) 2.Regū 15,19. eum.

5. Jam verò quid Mihi hic (*faciendum,*) Ecce cc 2 dictum

dictum JEHOVÆ, (*quia*) abreptus eſt populus Meus gratis; dominatores ejus ejulant, dictum JEHOVÆ, & jugiter toto die c) Exec. 36,20. Rom. 2, 24. [c] Nomen Meum contemnitur:

6. Ideò cognoſcet populus Meus Nomen Meum; in die, inquam, illo (*cognoſcet,*) Ego Ille, Qui (*ſum*) loquens; Ecce Me, (*adſum.*)

d) Nah. 1, 15. Rom. 10, 15. 7. Quam (*nimirum*) [d] jucundi ſunt ſuper montibus pedes evangelizantis, audire facientis pacem; evangelizantis bonum, audire facientis ſalutem; dicentis Zijoni; Regnavit DEUS tuus.

8. Vox ſpeculatorum tuorum, (*qui*) tollent vocem (*ſuam,*) ſimul cantabunt: quum oculo ad oculum viderint, quod reducat JEHOVAH Zijonem, hæc erit:

9. Perſonate, cantate ſimul, vaſtitates Hieroſolymæ, quia conſolatus eſt JEHOVAH populum Suum, redemit Hieroſolymam.

10. Denudavit JEHOVAH brachium Sanctitatis Suæ, in oculis omnium gen- e) Pſal. 98, 3. tium, videruntque [e] omnes fines terræ ſalutem DEI noſtri.

f) 2. Cor. 6, 17. 11. (*Ergò*) diſcedite, diſcedite, [f] exite inde, immundum ne tangite; exite è medio ejus, purificamini portantes vaſa JEHOVÆ.

12. Sed non cum feſtinatione exibitis, & cum fuga non abibitis: ibit enim co- g) Exod 23, 13. ram vobis [g] JEHOVAH, & colligens vos (*in ultimo agmine*) DEUS Iſraëlis (*eſt.*)

13. Ecce (*tum*) prudenter aget Servus Meus; extolletur & exaltabitur, & evehetur valdè.

14. Quemadmodum (*autem*) obſtupeſcent ſuper te (*ô Iſraël*) multi: ita corruptus erit magis, quam viri, aſpectus Ejus (*Servi Mei,*) & forma Ejus magis, quam filiorum hominis.

15. (*Sed*) ſic aſperget gentes multas, (*&*) ſuper eo claudent os ſuum Reges: h) Eſa. 65, 1. Rom. 15, 21. quia, [h] quod non enarratum erat illis, viderunt, & quod non audiverunt, intellexerunt.

CAP. LIII.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. Quarum I. habet ſcandali ab exinanitione Meſſiæ ſumti remotionem. à v. 1. II. Majeſtatis per exaltationem Meſſiæ data celebrationem. à v. 7.

(*AT de populo Tuo, ô Jehovah!*) Quis [a] credidit audito verbo noſtro? a) Iohā 12,38. Rom. 10, 16. & brachium JEHOVÆ ſuper quo revelatum eſt?

2. Quia aſcendit (*tamtum*) ſicut ſurculus coram eo (*populo,*) & ſicut radix è terra ſiccitatis: non forma Illi, neque honor, vidimus (*quidem*) Eum, ſed non (*Illi*) aſpectus; ergone deſideraremus Eum?

3. Contemtus (*potius fuit,*) & ceſſans virorum; vir dolorum, & notus morbi: unde (*fuit*) quaſi occultatio facierum ab Ipſo; contemtus (*eſt,*) ut non reputaverimus Eum.

b) Mat. 8, 17. 4. Veruntamen [b] morbos noſtros Ile tulit, & dolores noſtros portavit; nos verò reputavimus Eum afflictum, percuſſum à DEO, & attritum.

5. Atqui Ille confoſſus (*fuit*) ob prævaricationes noſtras; contuſus ob iniquitates noſtras: caſtigatio pacis noſtræ ſuper Eo (*fuit,*) & [c] vulnere Ejus ſanitas d) 1. Pet. 2, 24. data eſt nobis.

6. Omnes (*enim*) nos, ſicut grex, erravimus; vir ad viam ſuam reſpeximus: ideò JEHOVAH incurrere fecit in Eum iniquitatem omnium noſtrum.

d) Matt. 27, 14. e) Act. 8, 32. Ioh 1, 29. 7. (*Hinc Ille*) exactionem ſuſtinuit, idemque afflictus eſt: [d] non tamen aperuit os ſuum, ſicut [e] agnus, (*qui*) ad mactationem ducitur; & ſicut ovis, (*quæ*) coram conſoribus ſuis obmutuſcit; non, inquam, aperuit os ſuum.

8. (*Sed*) poſtquam ex anguſtia & ex judicio acceptatus eſt: generationem Ejus quis enarrabit? quia excilus (*quidem*) eſt [f] è terra viventium, (*&*) ob prævaricationem populi Mei, plagam (*quæ*) illis. f) 1. Cor. 15, 3.

9. Ut daret impios (*etiam*) in ſepulcro ſuo, & divites in mortibus ſuis; per hoc, quod [g] non violentiam fecit, nec dolus g) 1 Pet. 2, 22. 1. Ioh. 3, 5. in ore Ejus (*fuit.*)

10. Sed JEHOVAH voluit conterere Eum; (*&*) infirmavit; (*dicens*) ſi poſueris (*Poſuerit in*) reatum animam Suam, videbit ſemen, prolongabit dies, & voluntas JEHOVÆ per manum Ejus proſperabitur.

11. Ex labore (*itaque*) animæ Suæ, (*quem*) videbit, ſaturabitur; (*&*) per ſcientiam Sui juſtificabit juſtus Servus Meus multos

multos; eo quod iniquitates eorum Ipse portaverit.

12. Ideò (*etiam*) dividam Illi inter multos, ut cum fortibus dividat spolium; pro
h) *Mar.* 15,28. *Luc.* 22, 37. 23,33. Eo, quod exinanivit ad mortem usque animam Suam, & [h] cum prævaricatoribus numeratus est: idemque peccatum multorum tulit, & pro prævaricatoribus intercessit.

CAP. LIV.

Habet hoc Caput duplicem promissionem. I. Est Ecclesiæ multiplicatio. à v. 1. II. Est Ecclesiæ exornatio. à v. 11.

a) *Gal.* 4,27. (Quare) canta, ô [a] sterilis, (*quæ*) non pepereras; persona cantu, & jubila, (*quæ*) non parturivit: quia multi (*sunt*) filii desolatæ, præ filiis maritatæ, dixit JEHOVAH. *C. LVI. 3. not.*

2. Amplifica locum tentorii tui, & (*qui*) cortinas habitaculorum tuorum expandant, ne prohibeas; longos fac funes tuos, & firma clavos tuos.

3. Quia (*ad*) dextram & (*ad*) sinistram erumpes, & semen tuum gentes hereditabit, ac urbes desolatas habitari facient.

4. Ne timeto; non enim pudefies; neque pudore afficiaris; quia non erubesces: quia (*etiam*) pudoris juventutis tuæ oblivisceris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

5. Quia mariti tui (*sunt*) Factores tui; JEHOVAH Zebaoth (*est*) Nomen Ejus, & Redemtor tuus, Sanctus Israëlis, (*qui*) Deus totius terræ vocabitur.

6. Nam quasi mulierem (*quidem*) desertam & afflictam spiritu, vocavit te JEHOVAH, & (*quasi*) mulierem juventutis, cum repudiatur, dixit (*te*) Deus tuus:

7. (*Verùm*) in momento parvo deserui te; sed cum miserationibus magnis recolligam te.

8. (*Et*) in inundatione iræ abscondi
b) *Psal.* 30. 6. [b] facies Meas momento à te; sed cum misericordia æternitatis misebor tui; dixit Redemtor tuus JEHOVAH.

9. Nam (*sicut*) aquæ Noachi (*erit*)
c) *Gen.* 9, 11. hoc mihi: quemadmodum (*enim*) [c] juravi, non transituras aquas Noachi amplius super terram: sic juravi non succensurum tibi, & non increpaturum te.

10. Montes namque recedent, & colles dimovebuntur: sed misericordia Mea à-tecum non recedet, & fœdus pacis Meæ non dimovebitur; dixit miserator tuus JEHOVAH.

11. O afflicta, (*quæ es*) procellis jactata, nec consolationem nacta! Ecce, Ego (*ero*) disponens cum stibio lapides tuos, & fundamenta ponam tua in Sapphitis.

12. Ponamque carbunculum soles (*fenestras*) tuos, & portas tuas in lapides pytopi; omnemque finem tuum in lapides desiderii.

13. Omnes autem [d] filii tui (*erunt*) d) *Joh.* 6, 45. docti à JEHOVAH, multaque [e] pax filiorum tuorum. e) *Rom.* 13, 1.

14. In justitia firmaberis: (*ideò*) procul abesto ab oppressione, quia non timebis; & à consternatione, quia non accedet ad te.

15. En! (*namq; si quis*) formidando formidabit, non (*erit*) à-mecum: quis (*ergò*) formidabit apud te? propter te (*ille*) cadet.

16. En! (*namq;*) Ego (*quidem*) creabo fabrum: qui flabit in ignem carbonis, & educet vas operis sui; sed Ego creabo (*illi etiam*) corruptorem ad perdendum.

17. Omne (*etiam*) vas, (*quod*) formabitur contra te, non prosperabitur; & omnem linguam, (*quæ*) surget tecum in judicium, condemnabis. Hæc (*est*) hereditas servorum JEHOVÆ, & (*hæc est*) justitia eorum à-mecum; dictum JEHOVÆ.

CAP. LV.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Est Messiæ eram mundo præsentatio. à v. 1. II. Verò est scita ad Messiam præsentatum acceptandum exhortatio. à v. 6.

HEus, [a] omnis sitiens, ite ad aquas; a) *Joh.* 7. 37. & cui non (*est*) argentum; ite, emite, & comedite; ite, inquam, emite sine argento & sine pretio, vinum & lac.

2. Quare appenditis argentum pro eo, quod non (*est*) panis; & laborem vestrum pro eo, quod non (*est*) ad satietatem? Ecce ee 3 Attendite (*itaque*) atrendendo ad Me; & comedite bonum, ut delicietur in pinguedine anima vestra.

3. Inclinate aurem vestram, & ite ad Me; audite, ut vivat anima vestra: ita excindam vobis fœdus æternitatis, miseb) *2. Sam.* 7, 12. *1. Reg.* 8, 24. *Act.* 13, 34. ricordias Davidis [b] firmas.

4. En! testem populis dedi Eum; principem, & Legislatorem gentibus.

5. En! gentem, (*quam*) non novisti, vocabis; & gens, (*qui*) non noverant Te, ad Te current: propter JEHOVAM DEUM Tuum, & ob Sanctum Israëlis, quod exornaverit Te.

6. Quærite (*tamen*) JEHOVAM; dum inveniri poterit: invocate Eum, dum prope est.

7. Deserat impius viam suam, & vir iniquitatis cogitationes suas: tum revertatur ad JEHOVAM, qui miserebitur ejus; & ad DEUM nostrum, quia [c] multipli-
c) *Psal.* 130, 7. cabit condonare.

8. Non enim cogitationes Meæ (*sunt*) cogitationes vestræ, nec viæ vestræ viæ Meæ; dictum JEHOVÆ:

9. Sed (*sicut*) alti sunt cœli præ terra; sic altæ (*sunt*) viæ Meæ præ viis vestris, & cogitationes Meæ præ cogitationibus vestris.

10. Quia sicut descendit pluvia & nix è cœlo, nec eo revertitur; sed irrigat terram, & parere facit eam, ac germinare facit eam, ut det semen seminanti, & panem comedenti:

11. Sic erit verbum Meum, quod exibit ex ore Meo; non (*enim*) revertetur ad Me frustra: sed faciet id, quod volo; & prospere aget id, ad quod misi illud.

12. Nam cum gaudio exibitis, & cum pace ducemini: montes & colles personabunt coram vobis cantu, & omnia ligna agri complodent manum.

13. Pro vepreto ascendet abies, & pro paliuro ascendet myrtus. Erit autem JEHOVÆ in Nomen; in signum æternitatis, (*quod*) non excinderur.

CAP. LVI.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Habet seriam ad piam vitam exhortationem. à v. 1. II. Verò, severam Dictorum reprehensionem. à v. 13.

SIc (*ergò*) dixit JEHOVAH; [a] custodi- a) *Sup.* 1, 1. te judicium, & facite justitiam; quia prope est salus Mea, ut veniat; & justitia Mea, ut revelerur.

2. Beatus (*itaque*) homo, (*qui*) fecerit hoc, & filius hominis, (*qui*) tenuerit illud; custodiens Sabbathum, ut non profanet illud, & custodiens manum suam, ut non faciat ullum malum.

3. Neque dicat filius alienigenæ, (*etiam*) qui adhæsit JEHOVÆ, dicendo; separando separat me JEHOVAH à-cum populo Suo: neque Eunuchus dicat; Ecce, ego (*sum*) lignum aridum.

4. Nam sic dixit JEHOVAH Eunuchis, qui custodiunt Sabbatha Mea, & eligunt, quo delector; ac tenentes (*sunt*) fœdus Meum:

5. Dabo illis in domo Mea, & intra muros meos locum & nomen, bonum præ filiis & filiabus: nomen æternitatis dabo illi, quod non excindetur.

6. Filios autem alienigenæ quod attinet, qui adhærent JEHOVÆ ad ministrandum Illi, & ad diligendum Nomen JEHOVÆ, ut sint Illi in servos: quisquis custodit Sabbathum, ut non profanet id, & qui tetinent fœdus Meum;

7. Introducam eos super montem sanctitatis Meæ, & exhilarabo eos in domo precationis Meæ, (*ut sint*) holocausta eorum & sacrificia eorum in beneplacitum super altari Meo: nam [b] domus Mea b) *1. Reg.* 8, 41. *Matth.* 21, 13. *Marc.* 11, 17. *Luc.* 19, 46. domus precationis vocabitur omnibus populis.

8. Dictum (*porrò*) ADONAI JEHOVIH, congregantis expulsos Israëlis: Adhuc congregabo ad illum, ad congregatos (*scil.*) ejus.

9. Omnis (*namque*) fera agrorum meorum; venite ad comedendum, omnis fera in silva.

10. (*Verùm*) speculatores ejus cœci (*sunt*) omnes, (*qui*) non sciunt (*quicquam;*) omnes (*sunt*) canes muti, (*qui*) non possunt latrare; spectantes (*tantum sunt,*) cubantes, amantes dormitare.

11. Aut (*sunt*) canes obfirmati animæ, (*qui*) non sciunt satietatem; iidemque (*sunt*) pastores, (*qui*) non sciunt intelligere;

te: omnes (*enim*) in viam ſuam reſpiciunt,
c) Ier. 6, 13. 8, 10. vir ad [c] lucrum ſuum ab extremo eorum:
12. (*Dicentes;*) venite, [d] ſumam vinum, & inebriabimur ſicera: fiatque ſicut
d) Sap. 2, 6. 1. Cor. 15, 32. hoc, die craſtini; (*eſt enim*) magna abundantia valdè.

CAP. LVII.

Partes hujus Capitis ſunt duæ. Quarum I. continet impœnitentium hominum reprehenſionem. à v. 1. II. Autem habet pœnitentium conſolationem. à v. 17.

AT (*verò*) juſtus periit; nec (*eſt*) vir, ponens ſuper cor (*ſuum;*) & viri ſanctitatis colliguntur, ut non (*ſit*) intelligens: nam propter malum (*venturum*) colligitur juſtus.

2. Intrat (*in*) pacem, quieſcunt ſuper cubilibus ſuis, ambulans in rectitudine ſua.
a) Matt. 23, 29. 3. Vos autem accedite huc, filii [a] præſtigiatricis; ſemen adulteri, & (*ejus quæ*) ſcortata eſt.

4. Contra quem oblectatis vos? contra quem dilatatis os, elongatis linguam? Nonne vos (*eſtis*) nati prævaricationis, ſemen mendacii?

5. Qui incaluiſtis in diis (*falſis*) ſub omni arbore viridi: qui mactatis natos in fluviis, ſub ſcopulis petrarum.

6. In lævitatibus fluvii (*eſt*) portio tua: illæ, illæ (*ſunt*) ſors tua: etiam illis effudiſti libamen, aſcendere feciſti munus: num ſuper his conſolationem acciperem?

7. Super (*porrò*) monte alto & elato poſuiſti cubile tuum; etiam eo aſcendiſti ad ſacrificandum ſacrificium.

8. Atque poſt januam & poſtem poſuiſti memoriale tuum: nam à-mecum (*abiens*) retegis, & aſcendis, dilatas cubile tuum, & excindis (*fœdus*) tibi (*cum illis, qui ſunt*) de iis, quorum amas cubile, ſpatium (*occaſionemque*) circumſpexiſti.

9. Interim offers munus (*ſervituris*) Regi in oleo, & multiplicas aromata tua, mittiſque legatos tuos uſque in longinquum, ac humilias te uſque ad infernum.

10. In multitudine viæ tuæ laboraſti; non dixiſti; deſperatum eſt: vitam manus tuæ inveniſti, ideò non infirmata es.

11. Quem verò adeò ſolicitè timuiſti, & paviſti, quod mentiris (*blandiendo?*) cum tamen Mei non recordata ſis, nec poſueris ſuper cor tuum. Nonne (*verò*) Ego (*ſum*) tacens, & (*qui*) ab æterno? cum (*tamen*) Me non timueris?

12. Ego (*itaque*) indicabo juſtitiam tuam, & opera tua, quæ non proſunt tibi.

13. Quum clamaveris, etipiant te congregationes tuæ: ſed omnes auferet ventus, abſportabit vanitas: qui verò confidit in Me, poſſidebit in hereditatem terram, & hereditario accipiet montem ſanctitatis Meæ.

14. Dicetque (*Dominus;*) [b] ſternite, a) Eſai. 62, 10. ſternite, expurgate viam, removete offendiculum e via populi Mei.

15. Sic namque dixit Altus & Excelſus, habitans (*in*) æternum, & cujus Nomen Sanctus: (*Equidem*) in alto, & ſancto (*loco*) habito; attamen cum contrito (*corde*) & humili ſpiritu (*ſum,*) ad vivificandum ſpiritum humilium, & ad vivificandum cor contritorum. c) Pſal. 34, 19. Eſa. 66, 2

16. Non [d] enim in æternum litigabo, & non in perpetuum ſuccenſebo: quia Spiritus à-coram Me deficeret, & animæ, (*quas tamen*) Ego feci. d) Pſal. 103, 9.

17. Propter (*itaque*) iniquitatem avaritiæ ejus ſuccenſui, ut percuſſerim ipſum; occultando (*occultavi Me*) & ſuccenſui; tum ivit perplexus in via cordis ſui.

18. Viam (*tamen*) ejus videbo, & ſanabo eum, ducamque eum, & retribuam conſolationes illi, & lugentibus ejus.

19. Creans (*ero*) proventum labiorum (*hunc;*) pax, pax, ei, qui procul, & ei, qui prope; dixit JEHOVAH, atque (*ita*) ſanabo eum.

20. At [e] impii (*erunt*) ſicut mare impulſum: quando quieſcere non poteſt, ſed ejiciunt aquæ ejus cœnum & lutum. e) Eſai. 48, 22.

21. Non (*enim erit*) pax, inquit DEUS meus impiis.

CAP. LIIX.

Capitis hujus partes duæ ſunt. I. Agit de jejunio Judæorum hypocritico à v. 1. II. Verò, de Jejunio Judæis præſcripto vero. à v. 6.

Clama

CLama (*itaque*) gutture (*tuo,*) nec inhibe; ſicut buccinam extolle vocem tuam, ut indices populo Meo prævaricationem eorum, & domui Jacobi peccata eorum.

4. Et Me (*tamen*) ſingulis diebus quærunt, & ſcientiam viarum Mearum deſiderant: quaſi gens, quæ juſtitiam facit, & judicium DEI ſui non deſeruit, (*ut*) rogent Me judicia juſtitiæ; appropinquationem DEI deſiderent.

e) Matt. 7, 16 ſeq. 3. (*Inquientes;*) quare [a] jejunavimus, & non vidiſti; affliximus animam noſtram, & non agnoviſti? Ecce (*inquam*) in die jejunii veſtri inveniti deſiderium, & omnia debita veſtra exigitis.

4. Ecce, ad litem & contentionem jejunatis, & ad percutiendum pugno malitiæ: ne (*autem*) jejunate ſicut hodie, ut audiri faciatis (*in*) alto vocem veſtram.

b) Zach. 7, 5. 5. Num (*verò*) ſicut hoc, [b] erit Jejunium, quod eligam; dies, quo affligit homo animam ſuam? Num, ut incurvet, ſicut juncus, caput ſuum, & (*ut in*) ſacco & cinere cubet? Num hoc vocabis jejunium, & diem beneplaciti JEHOVÆ?

6. Nonne hoc (*eſt*) jejunium, quod eligo? aperire (*ſcilicet*) vincula malitiæ, c) Exec. 18, 7. ſolvere [c] nodos jugi; & dimittere contuſos liberos, & omne jugum ut avellatis?

d) Mat. 25, 35. 7. Nonne [d] frangere famelico panem tuum, & ut afflictos exules introducas (*in*) domum? quum videris nudum, & obtexeris eum, & à carne tua non abſconderis te?

8. Tum (*ergò*) erumpet ſicut aurora lux tua, & ſanitas tua ocyus progerminabit: ambulabit enim ante te juſtitia tua; gloria JEHOVÆ colliget te (*à tergo.*)

9. Tunc clamabis, & JEHOVAH reſpondebit; vociferaberis, & dicet, ecce Me, ſi (*mimirum*) removeris è medio tui jugum emittere (*irriſorium*) digitum, loqui iniquitatem.

10. Et (*ſi*) expromſeris famelico animam tuam, ac animam afflictam ſaturaveris. Exorietur enim in tenebris lux tua, & caligo tua (*erit*) ſicut meridies.

11. Ducetque te JEHOVAH jugiter, & in ariditatibus ſaturabit animam tuam, ac oſſa tua expedita reddet: ut ſis ſicut hortus itriguus, & ſicut exitus aquarum, cujus non mentientur aquæ.

12. Et (*ut*) [e] ædificent ex te vaſtitates mundi; fundamenta generationis & generationis erigas, dicaturque tibi, reparans rupturam, reducens ſemitas ad habitandum. e) Eſai. 61, 4.

13. Si (*porrò*) avertes à Sabbatho pedem tuum, ut non facias voluntates tuas in die Sanctitatis Meæ; ſed vocaveris Sabbathum, delicias Sancto JEHOVÆ (*honorabiles;*) atque (*adeò*) honoraveris illud, ut non facias vias tuas, nec invenias deſiderium tuum, aut loquaris verbum (*hypocriticè.*)

14. Tunc deliciaberis ſuper JEHOVAH; & (*Ego Jehovah*) eveham te in excelſa terræ, & cibabo te hæreditate Jacobi Patris tui: quia os JEHOVÆ locutum eſt.

CAP. LIX.

Habet Caput hoc partes duas. Quarum I. eſt reprehenſionis Judæorum concluſio. à v. 1. II. Autem eſt pœnitentiam ex reprehenſione divina orta confeſſio. à v. 9.

ECce (*ergò*) non abbreviata eſt [a] manus JEHOVÆ, ut non poſſit ſalvare; a) Num. 11, 23. Eſ. 50, 2. nec gravis (*eſt*) auris Ejus, ut non poſſit audire.

2. Sed iniquitates veſtræ fuerunt dividentes inter vos, & inter DEUM veſtrum; & peccata veſtra abſconderunt facies (*Ejus*) à vobis, ut non audiverit.

3. Nam [b] manus veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate: labia veſtra locuta ſunt mendacium; lingua veſtra perverſitatem meditata eſt. b) Eſa. 1, 15.

4. Non (*erat*) clamans in juſtitia, neque judicatus in veritate: (*ſed hoc fiebat*) confidere ſuper inanitate, & loqui vanitatem; concipere [c] laborem, & parere iniquitatem. c) Pſal. 7, 15. Job. 15, 35

5. Ova aſpidis ponebant, & telas araneæ texebant; (*unde*) qui comedit de ovis eorum, moritur, & quando quis exprimit, excluditur vipera.

6. Telæ eorum non ſunt ad veſtem, neque teguntur operibus eorum: (*ſed*) opera

corum

eorum (*sunt*) opera iniquitatis, & factum violentiæ (*est*) in manibus eorum.

d) Prov. 1, 16. Rom. 3, 15. 7. [d] Pedes eorum ad malum currunt; & festinant ad effundendum sanguinem innocentem: cogitationes eorum (*sunt*) cogitationes iniquitatis; vastatio & confractio (*est*) in semitis eorum.

8. Viam pacis non noverunt, neque (*est*) judicium in orbitis eorum; semitas suas sibi perverterunt; (*unde*) omnis qui calcat eam, non cognoscet pacem.

9. Propterea procul est judicium à nobis, & non assequitur nos justitia; expectamus lucem, sed ecce tenebræ (*sunt*;) & splendores, (*sed*) in caliginibus ambulamus.

e) Deut. 29, 28. 10. [e] Palpamus sicut cœci parietem; & sicut (*cæci*) non (*sunt*) oculi, palpitamus; offendimus in meridie sicut (*in*) crepusculo; inter vivos (*sumus,*) sicut mortui.

11. Fremimus sicut ursi omnes nos; & sicut columbæ gemendo gemimus: expectamus judicium, sed non (*est,*) salutem, (*sed*) procul est à nobis.

12. Nam multiplicatæ sunt prævaricationes nostræ coram Te, & peccata nostra respondent contra nos: prævaricationes namque nostræ (*sunt*) nobiscum, & iniquitates nostras agnoscimus.

13. (*Commissa nimirum*) prævaricando & mentiendo contra JEHOVAM, & (*dum*) recessimus à post DEum nostrum: loquendo oppressionem, & rebellionem, concipiendo & meditando ex corde verba mendacii.

14. Dum rejectum est retrò judicium, & justitia à longinquo steterit: nàm impegit in platea veritas, & rectitudo non potest advenire;

15. Dum veritas sublata est; & recedens à malo (*haberur*) insanus. Vidit ergò JEHOVAH, & malum fuit in oculis Ejus, quod non (*esset*) judicium.

16. Vidit, inquam, quod non (*esset*) vir (*judicij*;) & quasi obstupuit, quod non esset intercedens: ideò salutem præstitit Ipsi brachium Ipsius, & justitia Ipsius sustentavit Ipsum.

f) Eph. 6, 17. 1 Thes. 5, 8. 17. Unde [f] induit justitiam sicut loricam, & galeam salutis super caput Suum: induit etiam vestes vindictæ (*sicut*) vestitum, & texit Se sicut pallio zelo.

18. Tanquam super retributionibus, tanquam super eo, ut retaliet, itam (*scilicet*) inimicis Suis, retributionem hostibus Suis; insulis (*itidem*) retributionem ut retaliet.

19. Ideò timebunt ab occasu Nomen JEHOVÆ, & ab ortu solis gloriam Ejus: quamvis (*enim*) venerit sicut flumen angustum, Spiritus (*tamen*) JEHOVÆ signum inferet in illo.

g) Rom. 11, 26. 20. Tunc (*ergò*) veniet [g] Zijoni Redemtor, & recedentibus (*à*) prævaricatione in Jacobo; inquit JEHOVAH.

21. Me autem quod attinet: Hoc (*erit*) fœdus Meum cum illis, inquit JEHOVAH, Spiritus Meus, qui super te, & verba Mea, quæ posui in os tuum, non recedent ex ore tuo, & ex ore seminis tui, & ex ore seminis seminis tui, inquit JEHOVAH, ex nunc & usque in æternum.

CAP. LX.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Est Ecclesia Novi Testamenti Lux. à v. 1. II. Verò, Ejusdem Ecclesia Majestas. à v. 17.

SUrge (*ergò,*) illuminare, quia venit lux tua, & gloria JEHOVÆ super te exorta est.

2. Nam, ecce, tenebræ (*quidem*) obtegunt terram, & caligo populos: sed super te exorietur JEHOVAH, & gloria Ejus super te videbitur.

3. Ambulabuntque gentes ad lucem tuam, & Reges ad splendorem ortus tui.

a) Esa. 49, 18. 4. [a] Attolle (*ergò*) oculos tuos circumcirca, & vide: omnes (*enim*) congregantur, (*&*) veniunt ad te, filli tui è longinquo venient, & filiæ tuæ ad latus à nutricibus apportantur.

5. Tunc videbis & affluës, stupebitque & dilatabit se cor tuum, quod converratur ad te multitudo (*instar*) matis, exercitus gentium veniant ad te.

6. Turma (*etiam*) camelorum obteget te, dromades Midianis & Ephæ; omnes è Scheba venient, aurum & thus portabunt, & laudes JEHOVÆ annuntiabunt.

7. Omnia pecora Arabiæ congregabuntur tibi, arietes Nebajoth ministrabunt tibi, ascendent ad beneplacitum (*super*) altare Meum; ita domum decoris Mei decorabo.

8. (*Tum inquies;*) Qui (*sunt*) illi, (*qui*) sicut nubes volant; & sicut columbæ ad fenestras suas?

9. Mihi namque insulæ confident, navesque Tharschisch in principio, ad adducendum filios tuos è longinquo, argentum eorum & aurum eorum cum illis; Nomini JEHOVÆ DEI tui, & Sancto Jisraëlis, quod glorioſam reddiderit te.

10. Ædificabunt autem filii alienigenæ muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi: quia in [b] ira (*quidem*) Mea percussi te; sed in beneplacito Meo misertus sum tui.

b) Esa. 54, 7. 8.

c) Apoc. 21, 25. 11. [c] Aperient verò portas tuas jugiter, interdiu & noctu non claudentur, ad adducendum ad te exercitum gentium, & (*ut*) Reges earum deducantur.

12. Nam gens aut regnum, quæ non servient tibi, peribunt; & gentes vastando vastabuntur.

d) Esa. 35, 2. 13. [d] Gloria Libani ad te veniet; abies, tæda & buxus simul, ad decorandum locum Sanctuarii Mei, & (*ut*) locum pedum Meorum honorabilem reddam.

14. Ibunt autem ad te ad incurvandum se filii affligentium te, & incurvabunt se ad volas pedum tuorum omnes contemnentes te, vocabuntque te, urbs JEHOVÆ, Zijon Sancti Jisraëlis.

15. Pro eo, quod fuisti deserta, & exosa, (*ut*) non (*fuerit*) transiens: ponam te in magnificentiam æternitatis, gaudium generationis & generationis.

16. Suges autem lac gentium, imò ubera Regum suges: ut scias, quod Ego (*sim*) JEHOVAH, Salvator tuus, & Redemtor tuus, potens Jacobi.

17. (*Insuper*) pro ære adducam aurum; & pro ferro adducam argentum; & pro lignis æs; & pro lapidibus ferrum; ponamque præfecturam tuam pacem, & exactores tuos justitiam.

18. (*Unde*) non audietur amplius violentia in terra tua, vastatio & confractio in terminis tuis: sed vocabis salutem muros tuos, & portas tuas laudem.

c) Apoc. 21, 23. 22, 5. 19. Non erit tibi [c] amplius Sol in lucem interdiu, & in splendorem luna non lucebit tibi; sed erit tibi JEHOVAH in lucem æternitatis, & DEUS tuus in decus tuum.

20. Non occidet Sol tuus, & luna tua non colligetur: quia JEHOVAH erit tibi in lucem æternitatis, implebunturque dies luctus tui.

21. Tecum autem populus tuus (*erunt*) omnes justi; in æternum possidebunt terram, surculus plantarum Mearum, opus manuum Mearum, ut glorioſum reddam Me.

22. Minimus erit in mille, & pauciſſimus in gentem numeroſam. Ego JEHOVAH in tempore suo festinabo illud.

CAP. LXI.

Partes hujus Capitis sunt duæ. Quarum I. est Concio Messiæ: partim de Seipso. à v. 1. partim de fidelibus. à v. 4. II. Pars est fides Ecclesiæ, quæ concioni Messiæ respondet, eamq; fiducialiter acceptat. v. 20. 21.

(NAm) [a] Spiritus ADONAI JEHOVIH (*est*) super Me: unxit JEHOVAH Me, ad evangelizandum [b] pauperibus misit Me, ad obligandum fractos corde, ad prædicandum captivis libertatem, & vinctis, (*&*) oculis capto (*dimissionem & visus receptionem.*)

a) Luc. 4, 18. b) Matt. 11, 5. seqq. aperitur oculus Caroli 9.

2. Ad proclamandum annum beneplaciti JEHOVÆ, & diem vindictæ DEO nostro; ad consolandum omnes lugentes.

3. Ad imponendum lugentibus Zijonis, (*&*) ad dandum illis cidarim pro cinere, oleum gaudii loco luctus, pallium laudis loco spiritus contracti, diceturque illis, quercus justitiæ, planta JEHOVÆ, ad reddendum se glorioſum.

vulg. 11

4. Tunc [c] ædificabunt vastitates æternitatis (*antiquas,*) desolationes priores priscas erigent, & renovabunt urbes vastitatis, desolationis generationis & generationis.

c) Esa. 58, 12

5. Stabunt verò alieni, & pascent gregem vestrum; & filii alienigenarum (*erunt*) agricolæ vestri, & vinitores vestri.

6. Verum vos Sacerdotes JEHOVÆ vocabimini; ministri DEI nostri, dicetur vobis: opes gentium comedetis, & in gloria eorum gloriabimini.

7. Pro pudore vestro (*erit*) duplum; & (*pro*) ignominia cantabunt (*super*) parte ipsorum: propterea in terra eorum duplum possidebunt, (&) gaudium æternitatis erit illis.

8. Ego enim JEHOVAH (*sum*) amans judicium; odio habens (*autem*) raptum per iniquitatem: ideò dabo mercedem operis eorum in veritate, & fœdus æternitatis exeidam illis.

9. Unde notum fiet in gentibus semen eorum, & nati eorum in medio populorum: omnes videntes illos, agnoscent eos, quod illi (*sint*) semen, (*cui*) benedixit JEHOVAH.

10. (*Quare*) lætando lætabor in JEHOVAH; exultabit anima mea in DEO meo: quia induit me vestibus salutis, amiculo justitiæ texit me; sicut sponsus imponit cidaris, & sicut sponsa ornat se vasis suis.

11. Quemadmodum enim terra producit germen suum; & quemadmodum hortus semina sua progerminat: sic ADONAI JEHOVIH progerminare faciet justitiam & laudem, coram omnibus gentibus.

CAP. LXII.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Est promissio DEI Filij sive Messiæ de propaganda Ecclesiæ gloria. à v. 1. II. Autem est promissio DEI Patris de adventu Filij in carne. à v. 8.

PRopter (*itaq;*) Zijonem non tacebo, & propter Hierosolymam non quiescam; usque dum exeat sicut splendor justitia ejus, & salus ejus sicut lampas (*quæ*) ardet.

2. Tum videbunt gentes justitiam tuam, & omnes Reges gloriam tuam: vocabiturque tibi nomen novum, quod os JEHOVÆ enuntiabit.

3. Etisque corona decoris in manu JEHOVÆ, & cidaris regni in manu DEI tui.

4. Non (*inquam*) dicetur tibi (*nomen*) amplius, deserta; & terræ tuæ, non dicetur amplius, vastitas; sed tibi vocabitur (*nomen,*) Beneplacitum Meum in ea; & terræ tuæ, maritata: nam beneplacebit JEHOVÆ in te, & terra tua maritabitur.

5. Nam (*sicut*) maritat juvenis virginem, (*ita*) maritabunt te filii tui; & (*sicut est*) gaudium sponsi super sponsa, (*sic*) gaudebit super te DEUS tuus.

6. Super muros tuos, ô Hierosolyma, constitui custodes; (*qui*) tota die & tota nocte jugiter non tacebunt, commemorantes JEHOVAM; ne (*sit*) silentium vobis.

7. Et ne dent silentium illi; donec reparaverit, & donec posuerit Hierosolymam (*in*) laudem in terra.

8. Juravit (*enim*) JEHOVAH per dextram Suam, & per brachium roboris Sui; si dedero frumentum tuum amplius (*in*) cibum hostibus tuis; & si biberint filii alienigenæ mustum tuum, pro quo laborasti:

9. Sed qui colligent illud, comedent illud, & laudabunt JEHOVAM: & qui congregabunt illud, bibent illud in atriis Sanctitatis Meæ.

10. Transite, transite [a] in portas; parate viam populo: sternite, sternite semitam, elapidate à lapide, tollite signum super populis. a) *Esa. 57,14.*

11. (*Nam*) ecce JEHOVAH audiri fecit usque ad extremitatem terræ; [b] dicite filiæ Zijonis, ecce salus tua venit! ecce, merces Ejus cum Illo, & pretium operæ coram Ipso. b) *Zach. 9,9. Matth. 21, 5. Joh. 12,15.*

12. Vocabunt ergò illos, populus sanctitatis, redemti JEHOVÆ: te autem vocabunt, Quæsita, urbs, (*quæ*) non deserta (*erit.*)

CAP. LXIII.

Arctè cohæret hoc Caput cum sequenti. Tollimus tamen ita distinguere, ut huic demu duas partes. Quarum I. est Ecclesiæ sive piorum cum Messia colloquium, constans duabus quæstionibus, & responsionibus ad eas. à v. 1. II. Autem incipit Ecclesia sive piorum ad DEUM oratorium. à v. 7.

(SEd) quis hic (*est,*) qui venit ex Edom, [a] conspersus vestes, ex Bozra: hic (*inquam*) honorabilis in vestitu suo, incedens in multitudine roboris sui? Ego (*sum,*) qui loquor in justitia; (&) magnus ad salvandum. a) *Apoc. 19,13.*

2. Quare (*verò*) rubicundus (*es*) quoad vestem Tuam; & vestes Tuæ (*sunt*) sicut calcantis in torculari?

3. Torcular calcavi solus, & de populis non (*fuit*) vir Mecum: propterea calcavi eos in ira Mea, & conculcavi eos in excandescentia Mea; unde sparsa est victoria (*sanguis*) eorum super vestes Meas, & omne vestimentum Meum pollui.

b) *Esa. 34, 8.* 4. Nam [b] dies vindictæ (*erat*) in corde Meo, & annus redemtorum Meorum venerat.

5. Circumspexeram (*iraſci,*) sed non (*erat*) auxilians; & obstupui, sed non (*erat*) suffulciens: ideò salutem præstitit Mihi brachium Meum, & excandescentia Mea sustentavit Me.

6. Atque (*sic*) conculcavi populos in ira Mea, & inebriavi eos in excandescentia Mea; descendere feci in terram victoriam (*sanguinem*) eorum.

7. (*Ergò*) misericordias JEHOVÆ commemorabo, laudes JEHOVÆ; juxta omne, quod retribuit nobis JEHOVAH, & (*quod*) multus (*est*) bonitate domui Israëlis: quippe qui retribuit illis juxta miserationes suas, & juxta multitudinem misericordiarum Suarum.

8. Dum dixit, certè populus Meus illi, filii, (*qui*) non mentientur; ideoque factus est illis in Salvatorem.

c) *Exod. 23,20. 14,19. 23,20.* 9. In omni (*quidem*) angustia eorum, ipsi (*fuit*) angustia, & [c] Angelus faciei rum Ejus liberavit eos: ob amorem (*autem*) suum, & indulgentiam suam hic redemit eos; & assumsit eos, & portavit eos omnibus diebus æternitatis.

10. Illi tamen rebellaverunt, & exacerbarunt Spiritum Sanctitatis Ejus, unde conversus illis est in hostem, (*ita ut*) Ipse pugnaverit contra illos.

11. Sed recordatus est dierum antiquitatis, Mosis, (&) populi ipsius: (*dixit*) d) *Exod. 24,30.* Ubi (*est*) qui [d] ascendere fecit eos è mari cum pastore gregis sui? Ubi (*est,*) qui posuit in medio ejus Spiritum Sanctitatis Suæ?

12. Qui duxit ad dextram Mosis brachio decoris Sui: qui discidit aquas coram illis, ad faciendum sibi Nomen æternitatis.

13. Qui duxit eos per abyssos; sicut equus in deserto non offenderunt.

14. Sicut bestia in valle descendit; Spiritus JEHOVÆ duxit eum: sic (*enim*) duxisti populum Tuum, ad faciendum Tibi Nomen decoris.

15. [e] Prospice (*ergò*) è cœlis, & vide; ex habitaculo Sanctitatis Tuæ, & decoris Tui. Ubi (*enim*) est zelus Tuus, & virtutes Tuæ? nam commotio viscerum Tuorum & miserationes Tuæ erga me se continuerunt. e) *Deut. 26,15. Bar. 2, 16.*

16. Tu namque (*es*) Pater noster, Abraham enim non cognovit nos, & Israël non agnoscit nos: Tu (*verò*) JEHOVAH (*es*) Pater noster, Redemtor noster, à seculo (*est*) Nomen Tuum.

17. Quare errare facies nos, JEHOVAH, à viis Tuis; indurabis cor nostrum, ut non (*sit*) illi timor Tui? Revertere propter servos Tuos, (*qui sumus*) tribus hæreditatis Tuæ.

18. Parum abest, quin possederint populum sanctitatis Tuæ: hostes nostri conculcarunt [f] Sanctuarium Tuum. d) *Psal. 79, 1.*

19. Facti sumus, (*sicut ij, quibus*) ab æterno non dominatus, nec vocatum est Nomen Tuum super eos. Utinam (*ergò*) rumperes cœlos, (&) descenderes; (*ut*) coram Te montes diffluerent.

CAP. LXIV.

Continuat hoc Caput Ecclesia sive piorum orationem ad DEUM: ita ut duo prioribus addat membra. I. De adventu Messiæ suo tempore ostendendo petitam in fide confirmationem. à v. 1. II. Liberationis è Babel iteratam petitionem. à v. 7.

SIcut cum accendit ignis stipulas, aquas ebullire facit ignis, sic notum facies Nomen Tuum hostibus Tuis, coram Te gentes commovebuntur.

2. Quando (*inquimus*) facies formidabilia, (*quæ*) non expectavimus; descendes, (*ut*) coram te montes diffluant.

3. Et (*quæ*) ab [a] æterno non audiverunt, non percepernnt auribus; (*quæ*) oculus a) *1. Cor. 2,9.*

oculus non vidit, (ô) Deus, præter Te; faciet (*facies*) ſperanti in Ipſum (*Te,*)

4. Occurriſti gaudenti & facienti juſtitiam; (*qui*) in viis Tuis recordantur Tui: (*jam*) ecce, Tu ſuccenſuiſti, & peccaveramus: (*quin*) in illis (*peccatis*) mundus (*totus erat;*) ſed tamen ſalvati ſumus.

5. Certè fuimus ſicut immundus omnes nos, & ſicut veſtis menſtruorum (*fuerunt*) juſtitiæ omnes noſtræ; & decidimus omnes ſicut folium; & iniquitates noſtræ ſicut ventus abſtulerunt nos.

6. Quia (*ergò*) non (*erat*) invocans Nomen Tuum; excitans ſe ad apprehendendum Te: (*ideò*) quando abſcondiſti facies Tuas à nobis, contabeſcere feciſti nos propter iniquitates noſtras.

7. Jam verò, ô JEHOVAH, Pater noſter Tu (*es;*) nos [b] lutum, Tu autem figulus noſter; & opus manuum Tuarum omnes nos. b) *Rom. 9, 20.*

8. Ne (*ergò*) ſuccenſeas, ô JEHOVAH, uſque adeò; & ne in æternum recorderis iniquitatis: en! reſpice, quæſo, (*quod*) populus Tuus (*ſimus*) omnes nos. c) *Pſ. 79, 8.*

9. (*Atqui*) urbes Sanctitatis Tuæ factæ ſunt deſertum: ipſa Zijon facta eſt deſertum, (&) Hieroſolyma vaſtitas.

10. Domus Sanctitatis noſtra, & decus noſtrum; ubi laudaverunt Te patres noſtri, facta eſt in incendium ignis, & omnia deſiderabilia noſtra facta ſunt in vaſtitatem.

11. Num ſuper his continebis Te, ô JEHOVAH? tacebis, & affliges nos uſque adeo?

CAP. LXV.

Caput hoc agit de impiorum & impœnitentium infelicitate & pœnitentia, ut I. proponantur variæ eorum pœnæ ipſæ. à v. 1. II. Panarum iſtarum cauſa multa: & quidem ſparſim.

a) *Rom. 10, 20.* QUæſitus [a] ſum iis, (*qui*) non interrogarunt (*de Me:*) inventus ſum iis, (*qui*) non quæſiverunt Me: dixi: Ecce Me, Ecce Me, ad gentem, quæ non vocata eſt de Nomine Meo.

2. (*Contra*) expandi manus Meas toto die ad populum rebellem, qui ambulant (*in*) via non bona, poſt cogitationes ſuas.

3. Populum; qui ad iram provocant Me coram faciebus Meis jugiter: qui ſacrificant in hortis, & ſuffiunt ſuper lateribus.

4. Qui ſedent in ſepulchris, & in vaſtitatibus pernoctant: qui comedunt carnem ſuis, & fruſtum abominationum (*eſt in*) vaſis eorum.

5. Qui dicunt; mane apud Te; ne (*verò*) accede ad me; quia ſanctus ſum præ Te. Hæc (*ſunt*) fumus in naſo Meo, & ignis ardens tota die.

6. (*Ideò*) ecce ſcriptum (*eſt hoc*) coram Me: non tacebo; ſed retribuam, retribuam, inquam, ſuper ſinum eorum.

7. Iniquitates veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum ſimul, inquit JEHOVAH: qui ſuffiverunt ſuper montibus, & ſuper collibus probro affecerunt Me: ideò admetiar pretium operæ eorum primum ſuper ſinum eorum.

8. Sic (*tamen*) dixit JEHOVAH: quemadmodum (*quando*) invenitur muſtum in botro, dicit (*quis,*) ne perde illum, quia benedictio (*eſt*) in illo: ſic (*deinde*) faciam propter ſervos Meos, ut non perdam omnes.

9. Sed producam ex Jacobo ſemen, ex Jehudah heredem montium Meorum, ut poſſideant eum electi Mei; & ſervi Mei habitent ibi.

10. Tum erit Scharon in habitaculum gregis, & vallis Achoris in cubile armenti; populo Meo, qui quæſiverint Me.

11. Vos autem (*eſtis,*) qui deſeritis JEHOVAM; qui obliviſcimini montis ſanctitatis Meæ, qui diſponitis Gadi menſam, & qui impletis Menio libamen.

12. Ideò [b] numerabo vos pro gladio, ut omnes vos mactationi incurvetis; propterea quod vocavi, ſed non reſpondiſtis; locutus ſum, ſed non audiviſtis; feciſtis autem malum in oculis Meis, & quod non volui, elegiſtis. b) *Prov. 1, 24. Eſ. 66, 4. Ier. 7, 13.*

13. Propterea ſic dixit ADONAI JEHOVIH: Ecce, ſervi Mei comedent; vos autem eſurietis: ecce, ſervi Mei bibent; vos autem ſitietis: ecce, ſervi Mei lætabuntur; vos autem pudefietis:

14. Ecce, ſervi Mei cantabunt præ bonitate

nitate cordis; vos autem clamabitis præ dolore cordis, & præ confractione Spiritus ejulabitis.

15. Linquetis adeò nomen veſtrum in juramentum electis Meis, (*ut dicant;*) occidat verò te ADONAI JEHOVIH; at ſervis Suis vocabit nomen aliud.

16. Ut qui benedicit ſibi in terra, benedicat ſibi in DEO veritatis; & qui jurat in terrâ, juret in DEO veritatis; quia oblivioni tradentur anguſtiæ priores; & quia occultabuntur ab oculis Meis.

17. Nam, ecce, Ego (*ſum*) creans [c] cœlos novos, & terram novam: ideò non commemorentur priora, neque aſcendant ſuper cor. c) *Eſa. 60, 22. 2. Pet. 3, 13. Apocal. 21, 1.*

18. Sed lætamini, & exultate, in æternitates, (*iis*) quæ Ego (*ſum*) creans: ecce, enim Ego (*ſum etiam*) creaturus Hieroſolymam exultationem, & populum ejus lætitiam:

19. Ut (*ipſe*) exultem ſuper Hieroſolyma, ut lætet ſuper populo Meo. Tum non audietur (*itaq;*) in ea amplius vox fletus, aut vox clamoris.

20. Non erit inde amplius infans dierum, aut ſenex, qui non impleverit dies ſuos: nam puer filius centum annorum morietur, & peccatori filio centum annorum maledicetur.

21. Ædificabunt quoque domos, & inhabitabunt; & plantabunt vineas, comedentque fructum earum.

22. Non (*autem*) ædificabunt, ut alius inhabitet; non plantabunt, ut alius comedat: nam ſicut [d] dies arboris (*erunt*) dies populi Mei, & opus manuum ſuarum veteraſcere facient electi Mei. d) *Pſ. 1, 3*

23. Non laborabunt in vanum; & non generabunt in terrorem: nam ſemen benedictorum JEHOVÆ illi (*erunt,*) & nati illorum cum illis.

24. Tum fiet: antequam invocabunt, Ego reſpondebo; adhuc illi (*erunt*) loquentes, cum Ego auditurus ſum.

25. [e] Lupus (*autem*) & agnus paſcent ſimul, & leo ſicut bos comeder palcam; ſerpentis verò panis (*erit*) pulvis: non (*enim*) malum facient, aut perdent in toto monte ſanctitatis Meæ, inquit JEHOVAH. e) *Eſ. 11, 6.*

CAP. LXVI.

Caput hoc continuat deſcriptionem infelicitatis impiorum, ac felicitatis & gloriæ piorum & pœnitentium, ſuperiori capite captam; tum ex Judæis, tum ex gentilibus.

SIc dixit JEHOVAH; [a] cœli (*ſunt*) thronus Meus, & terra ſcabellum pedum Meorum: quæ (*ergò erit*) domus, quam ædificabitis Mihi? & quis locus quietis Meæ? a) *2. Par. 6, 18. Act. 7, 49.*

2. Atqui omnia iſta (*quidem*) manus Mea fecit, ut facta ſint omnia hæc, inquit JEHOVAH: ad [b] hunc verò reſpicio; ad miſerum (*ſcil.*) & afflictum ſpiritu, & timentem ſibi ſuper verbo Meo. b) *Iſai. 57, 19. Eſ. 57, 15*

3. (*Contra*) qui mactat bovem, eſt (*quaſi*) percutiens virum; ſacrificans pecudem, (*quaſi*) decollans canem; aſcendere faciens Mincham, (*quaſi offerens*) ſanguinem ſuis; offerens thus (*quaſi*) benedicens iniquitati: (*nihilominus*) etiam iſta elegerunt in viis ſuis, & abominationibus ſuis anima eorum delectatur.

4. (*Quare*) etiam Ego eligam ludificationes eorum, & formidines eorum adducam iis; propterea (*inprimis,*) quia [c] clamavi, ſed non (*fuit*) reſpondens; locutus ſum, ſed non audiverunt, fecerunt verò malum in oculis Meis, & quæ non volui, elegerunt. c) *Prov. 1, 24. Eſ. 65, 12. Ier. 7, 13.*

5. Audite verbum JEHOVÆ, ô timentes ad verbum Ejus: dixerunt fratres veſtri oſores veſtri, excommunicantes vos: propter Nomen Meum glorificabitur JEHOVAH, & videabimus gaudium veſtrum: ſed iſti (*ludificatores*) pudefient.

6. VOX (*enim eſt*) tumultus ab urbe, vox à templo, VOX JEHOVÆ reddentis retributionem hoſtibus Suis.

7. Antequam (*verò*) parturiat; parit: antequam veniat dolor illi (*Zijoni Meæ,*) eniza eſt maſculum.

8. Quis audivit ſicut hoc? quis vidit ſicut iſta? num (*enim*) parturiet terra die uno? num generabitur gens vice una? quod concepit, etiamque peperit Zijon filios ſuos.

9. Num (*verò*) Ego frangam (*matricem,*)

cem) & non generem, inquit JEHOVAH? num Ego (*ſim*) generare faciens, & concluſerim, inquit DEUS tuus?

10. Gaudete (*itaq;*) cum Hieroſolyma, & exultate in ea omnes amantes eam, lætamini cum ea lætitiam omnes lugentes ſuper ea.

11. Ut ſugatis, & ſaturemini ex ubere conſolationum ejus, ut exprimatis & deliciemini ex ſplendore gloriæ ejus.

12. Sic namque dixit JEHOVAH; Ecce, Ego ſum expandens ſuper eam, ſicut fluvium, pacem, & ſicut torrentem inundantem, gloriam gentium, ut ſugatis: ad latus ſuſcipiemini, & ſuper genubus delectabimini.

13. Sicut vir, quem mater ejus conſolatur, ſic Ego conſolabor vos, & in Hieroſolyma conſolationem habebitis.

14. Tum videbitis, & lætabitur cor veſtrum, & oſſa veſtra ſicut herba germinabunt; ut nota fiat manus JEHOVÆ cum ſervis Ipſius: iraſcetur autem hoſtibus Suis.

15. Nam, ecce, JEHOVAH in igne veniet, & ſicut procella currus Ejus, ad retribuendum in excandeſcentia, itaque Sua; & increpatio Ejus (*erit*) ſicut flammæ ignis.

16. Nam in igne JEHOVAH diſceptabit, & in gladio Suo cum omni carne: multiplicabunturque confoſſi JEHOVÆ.

17. (*Tum*) ſanctificantes & purificantes ſe ſuper hortis, poſt unam (*arborem*) in medio; comedentes carnem ſuis, & abominabile, & murem, una conſumentur, inquit JEHOVAH.

18. Me verò (*quod attinet*) operáque illorum, & cogitationes illorum: veniet (*tempus*) ad congregandum omnes gentes & linguas: ut veniant videantque gloriam Meam.

19. Ponam enim inter illos ſignum, & mittam ex illis evaſores ad gentes, (*ad*) Tharſchiſch, Pul & Lud, trahentes arcum, Thubal & Javan; (*in*) inſulas longinquas; quæ non audiverunt famam Meam, nec viderunt gloriam Meam: annuntiabunt itaque gloriam Meam in gentibus.

20. Tum adducent omnes fratres veſtros ex omnibus gentibus, munus JEHOVÆ, ſuper equis, & ſuper curru, & ſuper rhedis cameratis, & ſuper mulis, & ſuper veredariis ad montem ſanctitatis Meæ, Hieroſolymam, inquit JEHOVAH; quemadmodum adducent filii Iſraëlis munus in vaſe mundo (*in*) domum JEHOVÆ.

21. (*Quoſdam*) etiam de iis ſumam in Sacerdotes (*&*) in Levitas; inquit JEHOVAH.

22. Quemadmodum enim [d] cœli novi & terra nova, quæ Ego (*ſum*) facturus, ſtabunt coram Me, inquit JEHOVAH: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum. d) *Eſai 65,17. 2.Pet.3, 13. Apocal. 21,1.*

23. Tandem fiet de menſe in menſem ſuum, & de Sabbatho in Sabbathum ſuum; veniet omnis caro ad incurvandum ſe coram Me, inquit JEHOVAH.

24. Exibunt deinde, & videbunt cadavera virorum prævaricantium contra Me: nam [e] vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, eruntque faſtidium omni carni. e) *Mars. 9,44.*

JERE-

JEREMIÆ.

CAPUT I.

Partes hoc Caput habet duas. I. Eſt titulus Libri. In quo Prophetæ nomen: Auctor primarius, & ſecundarius: ut & terminus Prophetationis & Miniſterij. à v. 1. II. Prophetæ Vocatio, ſecundum ſuas circumſtantias. à v. 4.

VErba Jeremiæ, filii Chilkijæ, de Sacerdotibus, qui in Anathoth, in terra Benjaminis.

2. Ad quem factum eſt verbum JEHOVÆ in diebus Joſijæ, filii Amonis, Regis Judæ: in tertio decimo anno, ex quo regnavit.

3. Factumque eſt per dies Jojakimi, filii Joſijæ, Regis Judæ, uſque dum impleti ſunt undecim anni Zedekijæ, filio Joſijæ, Regi Judæ; (*hoc eſt,*) uſque dum migravit Hieroſolyma, in menſe quinto.

4. Factum eſt itaque verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

5. Priuſquam formarem te in utero, noveram te: & priuſquam exires ex utero, ſanctificabam te; prophetam (*inquam*) gentibus dabam te.

6. Sed dixi; Ah, Domine JEHOVAH, en, non novi loqui; juvenis enim ego (*ſum.*)

7. At dixit JEHOVAH ad me; ne dicito; juvenis ego: ſed ad quoſcunque miſero te, ito: & quodcunque præcepero tibi, loquitor.

8. Ne timeto tibi ab illis; quoniam tecum Ego: ad eripiendum te, dictum JEHOVÆ.

9. Simul emiſit JEHOVAH manum Suam, tetigitque os meum: ac dixit JEHOVAH ad me; ecce, do verba Mea in os tuum.

10. Vide, præfeci te die hoc gentibus & regnis [a] ad extirpandum, & ad deſtruendum, & ad perdendum, & ad devaſtandura; ad ædificandum (*contra,*) & ad plantandum. *Ier. 18,7.*

11. Deinde factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo; quid tu (*es*) videns, Jeremia? Dixi verò; Baculum amygdali, (*vigilans dicta.*) ego (*ſum*) videns.

12. Tum dixit JEHOVAH ad me; probe feciſti videndo: quia vigilans Ego (*ero*) ſuper verbo Meo, ut faciam illud.

13. Porrò factum eſt verbum JEHOVÆ ad me ſecundum, dicendo; Quid tu (*es*) videns? Dixi verò; ollam exſufflatam ego (*ſum*) videns: cujus facies verſus ſeptentrionem.

14. Tum dixit JEHOVAH ad me; A ſeptentrione aperietur malum ſuper omnes habitatores terræ. b) *Ier. 4,6.*

15. En! namque, Ego (*ſum*) vocans omnes familias regnorum verſus ſeptentrionem, [dictum JEHOVÆ!] ut veniant, deintque vir thronum ſuum (*ad*) oſtium portarum Hieroſolymæ, & ad muros ejus circumquaque, & ad omnes urbes Judæ.

16. Et loquar judicia Mea cum illis, ſuper omni malitia illorum; quod deſeruerunt Me, & ſuffiverunt Diis aliis, incurvaruntque ſe operi manuum ſuarum.

17. Tu itaque [c] accinges lumbos tuos, ſtabiſque, & loqueris ad eos omne, quod Ego præcepero tibi: ne conſternaris coram iis, ne te proſternam coram eis. c) *Luc. 12,35. 1.Pet. 1. 13*

18. Ego verò, ecce, dedi te hodie [d] in urbem munimenti, & in columnam ferri, & in muros æris, contra univerſam terram, contra Reges Judæ, contra Principes ejus, contra Sacerdotes ejus, & contra populum terræ. d) *Ier. 6. 27. 15,20.*

19. Ut pugnent (*quidem*) contra te; ſed non prævaleant tibi: quia tecum Ego [dictum JEHOVÆ!] ad eripiendum te.

CAP.

CAP. II.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Habet primam Jeremiæ adversus populum Judaicum concionem Legalem, in quâ ipsi futurum DEI judicium & pœnam indicat. à v. 1. II. Habet populi Judaici objectionum quinq; solutionem. à v. 10.

PORRÒ factum est verbum JEHOVÆ ad me, dicendo;

2. Eundo (*ito,*) & clamato in auribus Hierosolymæ, dicendo: Sic dixit JEHOVAH; Recordatus sum tibi misericordiam Juventutis tuæ, amorem desponsationum tuarum: quum iveris post Me in deserto, in terra non consita.

3. (*Ubi erat*) Sanctum Israël JEHOVÆ, primitiæ proventus hujus: omnes comedentes eum rei fiebant, malum veniebat super eos; dictum JEHOVÆ!

4. Audite verbum JEHOVÆ, domus Jacobi, & omnes familiæ domus Israëlis.

5. Sic dixit JEHOVAH; Quid invenerunt patres vestri in Me iniquitatis? quod procul recesserunt à Me; iveruntque post vanitatem, ut vani redderentur.

6. Nec dixerunt; ubi (*est*) JEHOVAH, qui ascendere fecit nos è terra Ægypti; qui duxit nos in deserto, in terra solitudinis & foveæ, in terra siccitatis & umbræ densæ, in terra, per quam non transiit vir, neque habitavit homo ibi.

7. Ac duxi vos ad terram frugis, ad comedendum fructum ejus, & bonum ejus: sed veniſtis & polluistis terram Meam, & hereditatem Meam posuistis in abominationem.

8. Sacerdotes non dixerunt; ubi (*est*) JEHOVAH? & tenentes legem non agnoverunt Me: & pastores prævaricati sunt contra Me: & Prophetæ prophetarunt per Baalem: post eos verò, qui non prosunt, iverunt.

9. Propterea amplius litigabo vobiscum, dictum JEHOVÆ! imò cum filiis filiorum vestrorum litigabo.

10. Transite namque (*in*) insulas Kitthæorum, ac videte; ac (*in*) Arabiam mittite, & attendite probè: videte, inquam, num factum (*ibi*) sit, sicut hoc?

11. Num mutaverit (*ulla*) gens Deos: cum tamen isti non (*sint*) dii? At populus Meus permutavit gloriam suam cum eo, quod non prodest.

12. Obstupescite cœli super hoc, & cohorrescite, trepidate valdè (*quasi desolandi,*) dictum JEHOVÆ!

13. Duo namque mala fecit populus Meus: Me deseruerunt, fontem aquarum vivarum, ad excitandum sibi foveas, foveas confractas, quæ non continent aquas.

14. Num servus (*est*) Israël? num natus domus (*verna*) ille? Quare (*ergò*) factus est in prædam?

15. Contra eum rugiunt leones juvenes; edunt vocem suam; redigunt terram ejus in vastitatem, urbes ejus incenduntur adeò, ut non (*sit*) habitator.

16. Etiam filii Noph & Thachpanehes depascunt tibi verticem.

17. Annon hoc (*est, quod*) facit tibi? quod deseruisti JEHOVAM DEUM tuum, quo rempore duxit te in viam.

18. Quamobrem, quid tibi cum via Ægypti, ut bibas aquas Schichoris? aut, quid tibi cum via Assyriæ, ut bibas aquas fluvii (*Euphratis?*)

19. Castigabit te malitia tua; & aversiones tuæ reprehendent te; ut cognoscas & videas, quod malum & amarum (*sit*) deserere te JEHOVAM DEUM tuum, ita ut timor Mei non (*sit*) super te, dictum Domini JEHOVÆ Zebaoth.

20. Cum fregerim à seculo jugum tuum; avulserim vincula tua: dixisti quidem; non transibo (*tibi:*) sed super [a] omni colle alto, & sub omni ligno viridi tu divaricans (*es*) meretrix. a) *Ier. 3. 6.*

21. Atqui Ego [b] plantaveram te vitem nobilem totam, semen veritatis: quomodo ergò conversa es Mihi (*in*) palmites degeneres vitis alienæ? b) *Esa. 5. 1. Matth. 21. 33. Marc. 12. 1. Luc. 20. 9.*

22. Ideò si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi smegma: maculas (*tamen*) retinebit iniquitas tua coram Me; dictum Domini JEHOVÆ.

23. Quomodo dices; non polluta sum, post Bealim non abivi? vide (*enim*) viam tuam in valle; agnosce, quid feceris?

dromas (*tu es*) levis, corrigians vias suas.

24. Onager (*tu es*) assuetus deserto; (*quæ*) præ desiderio animæ suæ haurit ventum: occasionem ejus quis reprimet? omnes quærentes eam non lassantur; in mensibus ejus inveniunt eam.

25. Cave pedi tuo à discalceato, & gutturi tuo à siti: sed dicis; desperatum est: non; sed amabo alienos, & post hos ibo.

26. Juxta pudorem furis, cum deprehenditur; sic pudefacti sunt domus Israëlis: ipsi, Reges eorum, Principes eorum, & Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum.

27. Dicentes ligno; pater meus tu; & lapidi, tu genuisti me: quia obverterunt mihi cervicem, & non facies; Verum in tempore mali eorum dicent; surge, & serva nos.

28. Sed ubi dii tui, quos fecisti tibi? surgant, si servent te in tempore mali tui: nam (*juxta*) numerum urbium tuarum fuerunt dii tui, Judah.

29. Quare litigatis Mecum? (*atqui*) omnes vos prævaricati estis contra Me; dictum JEHOVÆ.

30. In vanum percussi filios vestros: (*nam*) disciplinam non acceperunt: comedit gladius vester Prophetas vestros, sicut leo perditor.

31. O generatio! vos videte verbum JEHOVÆ, num desertum fui Israëli? num terra tenebratum? quare (*ergò*) dixerunt populus Meus: dominamur; (*ideò*) non amplius veniemus ad Te?

32. Num obliviscitur virgo ornatus sui; Sponsa catenarum suarum? Atqui populus Meus obliti sunt Mei, diebus, (*quibus*) non numerus.

33. Ut quid planas viam tuam, ad quærendum amorem? ideò etiam malitias docuisti vias tuas.

34. Etiam in alis tuis inventi sunt sanguis animarum paupetum innocentium: non in perfossione inveni eos: sed super omnibus his.

35. Nihilominus dicis; quia pura sum: quare averret se ira ejus à Me. Ecce, Ego in judicium ibo tecum; propterea quod dicis; non peccavi.

36. Quid abis strenue ad variandum viam tuam? Etiam ab Ægypto pudefies, sicut pudefacta es ab Assyria:

37. Etiam ex illa exibis, & manus tuæ (*erunt*) super capite tuo; eò quod abominatus est JEHOVAH præsidia tua; neque prosperaberis illis.

CAP. III.

Duas Caput hoc habet Partes, juxta duas ipsius promissiones. Habet enim I. exprobrationem quidem vanæ pœnitentiæ Judæorum: quibus tamen pœnitentibus promittitur gratia. à v. 1. Habet II. concionem ejusdem argumenti tempore Iosiæ editam. à v. 6.

DICERE (*solent:*) En! (*si*) dimiserit [a] vir uxorem suam, & abiverit ab eo, fueritque viro alii: num revertetur ad eam denuò? nonne profanando profanabitur terra ista? sed tu scortata es (*cum*) sociis multis: revertere tamen ad Me; dictum JEHOVÆ: a) *Deut. 24. 4.*

2. Tolle oculos tuos ad colles, & vide ubi non stuprata es? super viis sedisti iis, sicut Arabs in deserto: unde profanasti terram scortationibus tuis, & malitia tua.

3. Porrò inhibiti sunt imbres, & pluvia serotina non facta est: sed (*tamen*) frons mulieris meretricis mansit tibi; renuisti pudefieri.

4. Nonne abhinc vocasti Me, Pater mi; ductor juventutis meæ Tu (*es!*)

5. Num servabit in æternum (*iram?*) num retinebit (*eam*) in perpetuum? (*Sed*) ecce, locuta es, & fecisti mala, ac prævaluisti.

6. Locutus præterea est JEHOVAH ad me in diebus Josiæ Regis; num vidisti, quæ fecerit aversa Israël? Abiens (*erat*) hæc super omnem montem altum, & sub omne lignum viride; & scortabaris ibi.

7. Dixi quidem, postquam fecerat omnia ista; Ad Me revertere: sed non reversa est. Vidit verò perfida soror ejus, Judah.

8. Vidi autem, quum propter omnes modos, quibus mœchata est aversa Israël, dimiserim eam, dederimque libellum repudii ejus ei: non tamen timuit sibi perfida

ſida Judah, ſoror ejus; ſed abivit, & ſcortata eſt etiam ipſa.

9. Adeò ut a voce ſcortationis ejus, profanata ſit terra: mœchata enim eſt cum lapide & ligno.

10. In omnibus tamen etiam his non reverſa eſt perfida ad me ſoror ejus, Judah, in toto corde ſuo; ſed cum mendacio; dictum JEHOVÆ.

11. Ideò dixit ad me JEHOVAH; juſtificavit animam ſuam averſa Iſraël, præ perfida Judah.

12. Eundo (*ito*) & clamato verba hæc verſus ſeptentrionem, & dicito: Revertere averſa Iſraël, dictum JEHOVÆ! non (*enim*) faciam cadere facies ſuper vos (*iratas*) Meas: quoniam miſericors Ego (*ſum,*) dictum JEHOVÆ; non tenebo (*iram*) in æternum.

13. Tantummodo agnoſce iniquitatem tuam, quod contra JEHOVAM DEUM tuum prævaricata ſis, & diſperſeris vias tuas alienis ſub omni ligno viridi; neque voci Meæ obediveritis; dictum JEHOVÆ.

14. Revertimini filii averſi, dictum JEHOVÆ; quia Ego deſponſabo Mihi vos: accipiamque vos, unum ex urbe, & duos de familia, ac reducam vos Zijonem.

15. Daboque vobis Paſtores juxta cor Meum, ut paſcant vos cognitione & intelligentia.

16. Tum fiet, cum multiplicaveritis vos, & fructum feceritis in terra in diebus iſtis, dictum JEHOVÆ, non dicetis amplius; Arca fœderis JEHOVÆ, neque aſcendet ſuper cor: nec mentionem facient ejus, neque deſiderabunt, neque reparabitur amplius.

b) *Eſa. 2, 2. Mich. 4, 1.* 17. In tempore illo [b] vocabunt Hieroſolymam, Thronum JEHOVÆ, & congregabuntur ad eam omnes gentes ob Nomen JEHOVÆ Hieroſolymam: neque ibunt amplius poſt obſtinationem cordis ſui mali.

18. In diebus illis ibunt domus Judæ ad domum Iſraëlis; venientque una è terra ſeptentrionis, ſuper terram, quam hæreditare feci patres eorum.

19. Tunc dicam; quomodo ponam te in filios, daboque tibi terram deſiderii, hæreditatem decoris, exercitus gentium: dicam inſuper; Pater mi, vocabitis Me, & à poſt Me non avertemini.

20. Utique (*ſicut*) perfidè agit mulier contra maritum ſuum; ſic perfidè egiſtis contra Me, domus Iſraëlis, dictum JEHOVÆ.

21. (*Verùm*) vox ſuper collibus audita eſt, fletus precum filiorum Iſraëlis: quod perverterint viam ſuam, obliti ſint JEHOVÆ DEI ſui.

22. (*Ideò*) revertimini filii perverſi, ſanabo (*enim*) averſiones veſtras (*dicentibus:*) Ecce nos, venimus Tibi; quia Tu (*es*) JEHOVAH DEUS noſter.

23. Profectò in mendacium (*abit, quod venit,*) à collibus; perturbatio montes (*ſunt!*) Profectò in JEHOVAH DEO noſtro (*eſt*) ſalus Iſraëlis.

24. Unde pudor comedit laborem Patrum noſtrorum à pueritia noſtra: pecora eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum.

25. Jacemus in pudore noſtro, & operit nos ignominia noſtra, quia JEHOVÆ DEO noſtro peccavimus nos & Patres noſtri; à pueritia noſtra uſque ad diem hunc; nec obedivimus voci JEHOVÆ DEI noſtri.

CAP. IV.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. In I. Judæi ad pœnitentiam revocantur. v. 1. 2. 3. 4. 14. In II, pœne impœnitentibus prædicuntur, per totum reliquum Caput.

SI reverti vis, Iſraël, [dictum JEHOVÆ] ad Me revertere (*recte:*) & ſi vis removere abominationes tuas à faciebus Meis, ne vacilla.

2. Jura per Vivum JEHOVAM, in veritate, in judicio, & in juſtitia: & (*dic:*) benedicent ſibi in Eo gentes, & in Eo gloriabuntur.

3. Sic namque dixit JEHOVAH viro Judæ, & Hieroſolymæ; [a] novate vobis novale: neque ſerite inter ſpinas. a) *Oſe. 10, 12.*

4. Circumcidite vos JEHOVÆ, & removete præputia cordis veſtri, ô vir Judæ & habitatores Hieroſolymæ; ne exeat,

ſicut ignis, ira Mea, comburatque, nec (*ſit*) extinguens, propter malitiam operum veſtrorum.

5. Annuntiate in Juda, & auditi in Hieroſolyma facite; dicite etiam, & clangite buccina in terra: proclamate, implete (*buccinam,*) & dicite; congregamini, ut intremus in urbes munimenti.

6. Erigite ſignum verſus Zijonem; convenite, ne ſubſiſtite: quia malum Ego (*ſum*) adducens à ſeptentrione, & confractionem magnam.

7. Aſcendit leo ex vepreto ſuo, & perditor gentium profectus eſt, exivit è loco ſuo; ad redigendum terram in vaſtitatem; urbes tuæ deſtruentur, ut non ſit habitator.

8. Propter hoc accingite ſaccos, plangite ejulateque: quia non averſus eſt furor iræ JEHOVÆ à nobis.

9. Fiet verò in die iſtoc, dictum JEHOVÆ; peribit cor Regis, & cor Principum; & obſtupeſcent Sacerdotes, ac Prophetæ admirabuntur.

10. Dixi autem: Ah Domine JEHOVAH: utique decipiendo decepiſti populum hunc, & Hieroſolymam, dicendo; pax erit vobis: atqui pertigit gladius uſque ad animam.

11. In tempore iſtoc dicetur populo huic, & Hieroſolymæ; ventus ſerenans colles in deſerto via filiæ populi Mei, non ad ventilandum, neque ad purificandum.

12. Ventus plenus præ iſtis veniet Mihi: nunc etiam Ego loquar judicia cum illis.

13. Ecce, ſicut nubes aſcendet, & ſicut procella (*ſunt*) currus ejus; celeres ſunt præ aquilis equi ejus: Væ nobis! quia devaſtati ſumus.

14. Ablue à malitia cor tuum, ô Hieroſolyma, ut ſerveris: quamdiu commorabuntur in medio tui cogitationes iniquitatis tuæ.

15. Quia vox (*eſt*) annuntiantis è Dane; & auditi facientis iniquitatem è monte Ephrajimi:

16. Commemorate gentibus: en, auditi facite contra Hieroſolymam: cuſtodes (*ſunt*) venientes è terra longinquitatis, dabuntque contra urbes Judæ vocem ſuam.

17. Quaſi cuſtodes agrorum meorum fuerunt circum eam: quia contra Me rebellavit, dictum JEHOVÆ.

18. Via tua & opera tua fecere hæc tibi: hæc malitia tua eſt, quod amarum (*tibi eſt,*) quod pertigit uſque ad cor tuum.

19. Viſcera mea! viſcera mea! doleo: parietes cordis mei! turbatum (*eſt*) cor meum; non tacebo: quia vocem buccinæ audivit anima mea, concentum belli.

20. Contritio ſuper contritionem clamatur; quia devaſtata eſt tota terra: ſubitò devaſtata ſunt tentoria mea, momento cortinæ meæ.

21. Quouſque videbo ſignum? audiam vocem buccinæ?

22. Quoniam ſtolidus (*eſt*) populus Meus, Me non noverunt: filii ſtulti illi, & non intelligentes illi: [b] Sapientes illi ad malum faciendum, bonum autem facere non noverunt. b) *Rom. 16, 19.*

23. Vidi terram, cum ecce vacuum & inane: & verſus cœlos, cum non (*eſſet*) lux eorum.

24. Vidi montes; at ecce commoventur; & omnes colles evertuntur.

25. Vidi, cum ecce, non (*eſt*) homo: & omnis avis cœli avolarunt.

26. Vidi, cum ecce, Carmel (*eſt*) deſertum: & omnes urbes ejus deſolatæ ſunt coram JEHOVAH, coram ardore iræ Ejus.

27. Quia ſic dixit JEHOVAH; vaſtitas erit tota terra: conſummationem tamen non faciam.

28. Propter hoc lugebit terra, & attrahetur cœli deſuper; propterea (*inquam,*) quia locutus ſum, (*& ego*) cogitavi; neque pœnitebit Me, neque avertar ab illo.

29. Præ voce equitis, & haſtæ (*ac*) arcus fugiens (*eſt*) tota urbs: intrarunt nubes, & in petras aſcenderunt: tota urbs deſerta eſt, neque habitans (*eſt*) in iis vir.

30. Tu ergò vaſtata quid facies? ſi induerîs te dibapho; ſi ornabis te ornatu auri; ſi rumpes ſtibio oculos tuos, fruſtra pulchram reddes te: abhorrebunt à te amatores, animam tuam quærent.

31. Vocem namque quasi ægrotantis audivi; angustiam, quasi primogenitum parturientis; vocem filiæ Zijonis, (*quæ*) suspirat, expandit manus suas; Væ jam mihi; quia defessa est anima mea occisoribus.

CAP. V.

Partes hujus Capitis sunt quinq;. I. Agit de peccato infidelitatis, & iniustitiæ seu impietatis. à v. 1. II. De peccato idolatriæ & apostasiæ ad deos alienos. v. 7. III. De peccato fornicationis corporalis. v. 7, 8, 9. IV. De peccato perfidiæ, & abnegationis Iehova per contemtum verbi illius. à v. 9. V. De mendacio Prophetarum, dominio Sacerdotum, approbatione populi. à v. 30.

DIscurrite per plateas Hierosolymæ & videte, quæso, ac cognoscite, quæ-ite-que in vicis ejus; si inveniatis virum; si sit faciens judicium, quærens veritatem: tum condonabo illi.

2. Et si, per Vivum JEHOVAM, dixerint, utique per mendacium jurant.

3. (*At*) ô JEHOVAH, oculi Tui nonne ad veritatem? percussisti eos, sed non indoluerunt: consumsisti eos, renuerunt (*tamen*) accipere disciplinam: obfirmarunt facies suas præ petra; renuerunt converti.

4. Ego quidem dixi; certè, depauperati (*sunt*) hi; desipuerunt: non enim cognoverunt viam JEHOVÆ, judicium DEI sui:

5. Ibo (*itaq;*) mihi ad magnates, loquarque cum iis: nam hi noverunt viam JEHOVÆ, judicium DEI sui. Verum hi una fregerunt jugum, convulserunt vincula.

6. Propterea percussit eos leo de silva, lupus camporum devastabit eos, pardus vigilans (*erit*) contra urbes eorum, omnis, qui exiverit ex iis, discerpetur; quia multiplicatæ sunt prævaricationes eorum, validæ factæ sunt aversiones eorum.

7. Num quoad hoc condonaverim tibi? filii tui deseruerunt Me, & juraverunt per non-DEUM: cumque saturarem eos, mœchati sunt, & in domum meretricis turmatim venerunt.

8. Equi saginati mane surgentes fuerunt [a] vir erga uxorem socii sui hinnierunt. a) *Exod. 22, 16.*

9. Num [b] propter hæc non visitaverim? dictum JEHOVÆ: aut num de gente, quæ sicut hæc, non sumserit ultionem anima mea? b) *Jer. 1, 9.*

10. Ascendite in muros ejus, & dejicite: consummationem tamen ne facite: removete pinnas ejus; quia non JEHOVÆ illi (*sunt.*)

11. Nam perfide agendo perfidè egerunt contra Me domus Jisraëlis, & domus Judæ; dictum JEHOVÆ.

12. Abnegarunt JEHOVAM, quando dixerunt; Non (*est*) Ille, neque veniet super nos malum; ac gladium famemque non videbimus.

13. Sed Prophetæ erunt in ventum; nec verbum (*DEI est*) in iis: ita fiet ipsis.

14. Ideò sic dixit JEHOVAH, DEUS Zebaoth; propterea quod loquimini verbum hoc: ecce, [c] Ego dans verba Mea in os tuum, in ignem; at populus hic (*erit*) ligna, quæ comesturus est. c) *Esa. 30, 31*

15. Ecce Ego adducens super vos gentem è longinquo, ô domus Jisraëlis, dictum JEHOVÆ; gens valida ista; gens à seculo ista; gens, cujus non cognosces linguam, neque intelliges, quid loquatur.

16. Pharetra ejus (*est*) sicut sepulcrum apertum: omnes fortes.

17. Qui comedet messem tuam & panem tuum; comedet filios tuos & filias tuas; comedet gregem tuum, & armentum tuum; comedet vitem tuam & ficum tuam; depauperabit urbes munimentorum tuorum, quibus tu (*es*) confidens, gladio.

18. Attamen in diebus etiam his, dictum JEHOVÆ, non faciam vobiscum consummationem.

19. Erit verò cum dicetis; [d] propter quid fecit JEHOVAH DEUS noster nobis omnia hæc: dices ad eos; quemadmodum deseruistis Me, serviviſtisque diis alienigenarum in terra vestra; sic servietis alienigenis in terra, (*quæ*) non vobis. d) *Deut. 28, 48.*

20. Annuntiate hoc in domo Jacobi, & auditi facite ipsum in Juda, dicendo:

c) *Esa. 6, 9.* 21. [e] Audite nunc hoc, populе stulte, cui non (*est*) cor: quibus oculi, nec vident; quibus aures, nec audiunt.

22. Num Me non timebitis? dictum JEHOVÆ: cum coram Me non trepidabitis; qui[f] posui arenam terminum mari, statutum seculi, quod non transgredietur: ut, licet commoveantur, non prævaleant; licet tumultuentur fluctus ejus, non tamen transgrediantur illud. f) *Jeh. 38, 8. seq.*

23. Sed populo huic est cor refractarium & rebelle, recesserunt, & pertexerunt:

24. Neque dixerunt in corde suo; timeamus, agite, JEHOVAM DEUM nostrum, dantem [g] pluviam, & tempestivum imbrem atque serotinum in tempore suo; septimanas, stata tempora (*&*) messem servat nobis. g) *Deut. 11, 14. Act. 14, 17.*

25. Iniquitates vestræ declinarunt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis.

26. Inveniuntur namque in populo Meo impii; speculantur, sicut tendunt aucupes, constituunt perdentem (*laqueum, ut*) homines capiant.

27. Sicut cavea plena avibus, ita domus eorum plenæ (*sunt*) dolo: ideò magni fiunt & ditescunt.

28. Pinguescunt, splendescunt, etiam transcendunt verba mali; judicium non judicant, (*nec quidem*) judicium [h] pupilli: attamen prosperantur: neque judicium pauperum judicant. h) *Esa. 1, 23. Zech. 7, 10.*

29. Num propter hæc non visitatem? dictum JEHOVÆ: num de gente, sicut hæc, vindictam non sumserit anima Mea?

30 Stupendum & horrendum factum est in terra.

31. Prophetæ prophetarunt mendacium; & Sacerdotes dominantur per manus suas; & populus Meus amant ita: quid verò facient posteriori tempori ejus?

CAP. VI.

Partes hæ Capitis habet quatuor. I. Est Judæa & Hierosolymæ prædicta devastatio. à v. 1. II. Hierosolymorum & Judæ ad pœnitentiam invitatio. à v. 8. III. Iehovæ adversus populum querela. à v. 16. IV. Populi à DEO falsa probatio. à v. 27.

Convenite, filii Benjaminis è medio Hierosolymæ, & clangendo clangite buccinam, ac super domo vineæ accendite incendium; quia malum prospicit ex septentrione, & contractio magna.

2. Formosæ & delicatæ assimilabo filiam Zijonis.

3. Ad eam venient pastores, & greges eorum; figent contra eam tentoria circumcirca, depascent vir spatium suum.

4. Sanctificate contra eam prælium; surgite, ut ascendamus in meridie. Væ nobis! quia abit dies; quia inclinatæ sunt umbræ vesperæ.

5. Surgite (*nunc,*) ut ascendamus in nocte, & perdamus palatia ejus.

6. Quia sic dixit JEHOVAH Zebaoth; decidite consilium, & fundite contra Hierosolymam vallum: hæc (*enim*) est urbs visitanda: (*eo quod*) in medio totius illius (*sit*) oppressio.

7. Sicut scaturit fons aquas suas, sic scaturit malitia ejus; violentia & vastatio auditur in ea, coram facie Mea jugiter, morbus & plaga.

8. Castigationem admitte, ô Hierosolyma, ne fluxetur anima Mea à te; ne redigam te in vastitatem, terram non habitatam,

9 Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; racemando racemabunt, sicut vitem, reliquias Jisraëlis: adduc manum tuam, sicut vindemians ad corbem suam.

10. Ad quem loquar, & testificabor, ut audiant? Ecce, præputiata est auris eorum, nec possunt auscultare. Ecce verbum JEHOVÆ factum est illis in opprobrium; non volunt illud.

11. Unde ira JEHOVÆ plenus sum; defatigatus sum continendo: effu de (*itaq; iram*) super infantem in platea, & super cœtum juvenum simul: quin etiam vir cum muliere capiantur, senex cum pleno dierum.

12. Transferantur autem domus eorum ad alios, agri & uxores simul: extendam enim manum meam contra habitatores terræ; dictum JEHOVÆ.

13. A minimo namque eorum usque ad maximum eorum [a] quisque facit usuras: a) *Esa. 56, 11. & à Ier. 8, 10.*

& a Propheta uſque ad Sacerdotem quiſque facit mendacium.

14. Dum ſanant conſtractionem populi Mei per nullius ponderis rem, dicendo; Pax: pax: atqui non (*eſt*) pax.

15. Pudefacti ſunt, quod abominationem fecerunt: (*ſed*) etiam pudendo non pudefiunt; etiam pudore afficí non ſciunt: ideò cadent inter cadentes; in tempore, (*quo*) viſitabo eos, impingent, dixit JEHOVAH.

16. Sic dixit JEHOVAH (*pridem;*) ſtate juxta vias, & videte, & quærite de viis ſeculi, quæ ſit via optima, & ite in ea, ac
b) *Mat.* 11, 29. [b] invenite quietem animæ veſtræ: ſed dixerunt; non ibimus.

17. Conſtitui inſuper ſuper eos ſpeculatores; attendite ad vocem buccinæ: ſed dixerunt; non attendemus.

18. Quare audite gentes, & cognoſce cœtus, cum iis, qui inter eos:

19. Audi terra: Ecce, Ego (*ſum*) adducens malum ſuper populum hunc, fructum cogitationum eorum: eò quod ad verba Mea non attendunt; & quod ad legem Meam, repudiaut eam.

c) *Eſa.* 1, 11. *Am.* 5, 21. 20. Ut quid [c] Mihi thus, (*quod*) ex Seba venit, & calamus optimus è terra longinqua? Holocauſta veſtra non (*ſiunt*) ad complacentiam; & ſacrificia veſtra non dulcia ſunt Mihi.

21. Quapropter ſic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*ſum*) dans coram populo hoc offendicula; ut offendant in iis patres & filii una, vicinus & ſocius ejus, pereantque.

22. Sic dixit JEHOVAH: Ecce populus (*eſt*) veniens è terra ſeptentrionis; & gens magna excitabitur à lateribus terræ.

23. Arcam & haſtam prehendunt: crudelis ille: nec miſerantur: vox eorum, ſicut mare, reſonat, & ſuper equis equitant: paratus (*eſt*) ut vir ad bellum, contra te, ô filia Zijonis.

24. Audivimus famam ejus, (*ideò*) remiſſæ ſunt manus noſtræ; anguſtia prehendit nos, dolor ſicut parientem.

25. Ne exite in agrum, & in viam ne abite: quia (*ibi*) gladius, (*qui*) hoſti; terror circumquaque.

26. O filia populi mei, cinge te ſacco, & volve te in cinere. Luctum unigeniti fac tibi, planctum amaritudinum: quia ſubitò veniet vaſtator ſuper nos.

27. Speculam dedi te in populo Meo, (*&*) munimentum: (*ideo*) cognoſces & probabis viam eorum.

28. Omnes illi (*ſunt*) refractarii refractariorum: obtrectatores (*duri, ſicut*) æs & ferrum: omnes illi perditores.

29. Incaluit follis, ab igne conſumtum eſt plumbum: fruſtra conflavit conflando: mali namque non evulſi ſunt.

30. (*Ideò*) argentum reprobatum vocabunt eos: quia reprobavit JEHOVAH eos.

CAP. VII.

Partes hujus Capitis duæ ſunt: juxta duas Prophetæ in eo contentas conciones. Quarum I. habet (1.) adhortationem populi Judaici ad pœnitentiam. à v. 1. (2.) promiſſionem pœnitentibus factam. à v. 3. (3.) exceptionem refutationem. à v. 4. II. Habet (1.) populi reprehenſionem. v. 21. (2.) pœnam. v. 29. ſqq. (3.) pœnæ cauſas. v. 30. 31.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam à-cum JEHOVAH, dicendo;

2. Sta in porta domus JEHOVÆ, & proclama ibi verbum hoc, & dic; Audite verbum JEHOVÆ univerſa Juda, intrantes per portas iſtas, ad incurvandum vos JEHOVÆ:

3. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jiſraëlis, [a] bonas reddite vias veſtras & opera veſtra: tum habitare faciam vos in loco hoc. a) *Eſai* 1, 16. *Ier.* 26, 13.

4. Ne confidite vobis ſuper verbis mendacii, dicendo; Templum JEHOVÆ, templum JEHOVÆ, templum JEHOVÆ, hæc (*ſunt.*)

5. Nam ſi bonam faciendo facietis viam veſtram, & opera veſtra; ſi faciendo facietis judicium inter virum & inter ſocium ejus,

6. (*Si*) peregrinum, pupillum, & viduam non opprimetis, & ſanguinem innocentem non effundetis in loco hoc, aut poſt deos alios non ibitis, in malum vobis:

7. Tunc habitare faciam vos in loco hoc,

hoc, in terra, quam dedi patribus veſtris, à ſeculo uſque in ſeculum.

8. En! vos (*eſtis*) confidentes vobis ſuper verbis mendacii, ut non proficiatis.

9. Num furando, occidendo, & mœchando, & jurando per mendacium, & ſuffiendo Baali; & abeundo poſt deos alios, quos non noviſtis, (*pergetis?*)

10. Deinde venietis & ſtabitis coram Me in domo hac, ſuper quam nominatur Nomen Meum, dicetiſque; erepti ſumus? ut faciatis (*porrò*) omnes abominationes has.

b) *Eſa.* 10, 7. *Matth.* 21, 13. *Mar.* 11, 17. *Luc.* 19, 46. 11. [b] Num (*ergò*) ſpelunca latronum facta eſt domus hæc, ſuper qua nominatur Nomen Meum, in oculis veſtris? Ego etiam, ecce, vidi: dictum JEHOVÆ.

12. Abite enim, quæſo, ad locum Meum, qui [c] in Schilunte, ubi habitare feci Nomen Meum olim: & videte, quid fecerim illi, propter malitiam populi Mei Jiſraëlis.

c) *Joſ.* 8, 1. *1. Sam.* 4, 12. 13. Jam etgò, propterea quod facitis omnia opera hæc, dictum JEHOVÆ; & locutus verò ſum ad vos maturinando

d) *Prov.* 1, 24. *Eſ* 65, 12. 66, 4. *Ier.* 26, 5. 6. & loquendo, neque audiviſtis, vocavique vobis, nec reſpondiſtis:

14. Faciam domui huic, ſuper qua nominatur Nomen Meum, ſuper qua vos (*eſtis*) confidentes, & loco huic, quem dedi vobis & patribus veſtris, quemadmodum feci Schilunti:

15. Projiciamque vos à faciebus Meis, quemadmodum projeci omnes fratres veſtros, omne ſemen Ephrajimi.

e) *Ier.* 11, 14. 14, 11. 16. Tu verò [e] ne orato pro populo hoc, neque efferto pro iis deprecationem precesque; neque intercedito apud Me: quia non Ego (*ero*) audiens te.

17. Num non tu (*es*) videns, quid illi (*ſint*) facientes in civitatibus Judæ, & in plateis Hieroſolymæ?

f) *Ier.* 44, 19. 18. [f] Filii colligunt ligna, & patres accendunt ignem; mulieres autem (*ſunt*) depſentes maſſam: ad faciendum placentas Melecheth cœlorum, ſimul (*ad*) libandum libamina diis aliis, ut ad iram provocent Me.

19. (*At*) num illi Mihi iram commovent? dictum JEHOVÆ: nonne ſibi ipſis, in pudorem facierum ſuarum?

20. Quare ſic dixit Dominus JEHOVAH; Ecce, ira Mea & furor Meus effuſa (*erit*) ſuper locum hunc, ſuper hominem, & ſuper beſtiam, & ſuper lignum agri, & ſuper fructum terræ, ardebitque, ut non extinguatur.

21. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jiſraëlis; Holocauſta veſtra addite ſuper ſacrificia veſtra, & comedite carnem.

22. Non enim locutus ſum cum patribus veſtris, neque præcepi eis, in die, quo eduxi eos è terra Ægypti, ſuper verbis holocauſti & ſacrificii:

23. Sed hoc verbum præcepi iis, dicendo; obedite voci Meæ, tum ero vobis in DEUM, & vos eritis Mihi in populum: ambulate, inquam, in omni via, quam præcepero vobis, ut bene ſit vobis.

24. Verum non audiverunt, neque inclinarunt aurem ſuam; ſed abiverunt in conſiliis (*ſuis,*) in obſtirmatione cordis ſui mali; factique ſunt retrorſum, non autem antrorſum:

25. A die, quo exiverunt patres eorum è terrâ Ægypti, uſque ad diem hunc. Miſi quidem ad eos omnes ſervos Meos, Prophetas, quotidie maturinando & mittendo:

26. Attamen non audiverunt Me, neque inclinarunt aurem ſuam, ſed obdurarunt cervicem ſuam; [g] malum fecerunt præ patribus ſuis. g) *Ier.* 16, 12.

27. Cum itaque locutus fueris omnia verba hæc, neque audiverint te; ac clamaveris ad eos, neque reſpondetint tibi;

28. Dices ad eos; Hæc (*eſt*) gens, qui non obediverunt voci JEHOVÆ DEI ſui, neque acceperunt diſciplinam: periit fides, & exciſa eſt ex ore eorum.

29. (*Quare*) abſcinde crines tui Naſiræarus, & abjice: ac tolle ſuper collibus lamentum: quoniam reprobavit JEHOVAH, & deſeruit generationem iræ Suæ.

30. Fecerunt namque filii Judæ malum in oculis Meis, dictum JEHOVÆ: poſuerunt abominationes ſuas in domo, ſuper qua nominatur Nomen Meum, ad polluendum eam.

31. Imò ædificarunt excelſa Thophethi

in

in valle filii Hinnomi, ad comburendum filios ſuos & filias ſuas igne: quod non præcepi, neque aſcendit ſuper cor Meum.

32. Quare, ecce, dies (*ſunt*) venientes, dictum JEHOVÆ, quibus non dicetur amplius Thophethum, aut vallis filii Hinnomi, ſed vallis occiſionis: ſepelientque in Thophetho, ideò quod non (*erit*) locus.

33. Tum erit cadaver populi hujus in cibum avi cœlorum, & beſtiæ terræ, nec (*erit*) abigens terrendo.

h) *Ier. 16, 9. Ezech. 26, 13.* 34. Ceſſare [h] inſuper faciam ex urbibus Judæ, & ex plateis Hieroſolymæ, vocem gaudii, & vocem lætitiæ; vocem ſponſi, & ſponſæ: quia in vaſtitatem evadet terra.

CAP. IIX.

Partes hujus Capitis ſunt quatuor. I. Eſt ſuperioris Concionis de pœnis Iudæorum idololatricorum continuatio. à v. 1. II. Nova de impœnitentia Iudæorum concio. à v. 4. III. Pœnæ impœnitentiæ. à v. 12. IV. Propheta ſuper captivis lamentatio. à v. 19.

IN tempore iſto [dictum JEHOVÆ] extrahent oſſa Regum Judæ, & oſſa Principum ejus, & oſſa Sacerdotum, & oſſa Prophetarum, & oſſa habitatorum Hieroſolymæ è ſepulcris eorum:

2. Et expandent ea ſoli, & lunæ, & omni exercitui cœlorum, quæ adamaverant, & quibus ſerviverant, & poſt quæ iverant, & quæ quæſiverant, & quibus ſe incurvaverant: non colligentur, neque ſepelientur; in ſtercus ſuper faciebus terræ erunt.

3. Prætereà eligetur mors præ vita omnibus reliquiis, qui relinquentur de familia prava hac in omnibus locis reliquis, quo expulero eos; dictum JEHOVÆ Zebaoth.

4. Porrò dices ad eos; ſic dixit JEHOVAH; num cadunt, ut non reſurgant? num averruntur, ut non revertantur?

5. Quare (*ergò*) avertit ſe populus hic, Hieroſolyma averſa perpetuat? Retinent dolum, renuunt reverti.

6. Attendi & audivi: non rectum loquuntur; non (*eſt*) vir, quem pœniteat malitiæ ſuæ, dicendo; quid feci? quilibet revertitur ad curſum ſuum, ſicut equus effundens ſe in prælio.

7. Etiam ciconia in cœlo novit tempus ſtatum ſuum; & turtur, & grus, & hirundo obſervant tempus adventus ſui: at populus Meus non noverunt judicium JEHOVÆ.

8. Quomodo dicetis, ſapientes ſumus nos, & lex JEHOVÆ nobiſcum (*eſt?*) Utique, ecce, mendacio operatus eſt; ſtilus, mendacium ſcribarum (*eſt.*)

9. Pudefacti ſunt ſapientes, conſternati ſunt, & capti: ecce, verbum JEHOVÆ repudiarunt, Sapientia ergò cujus rei (*eſt*) illis?

10. Quare dabo uxores eorum aliis, agros eorum hereditantibus: quoniam à minimo uſque ad maximum [a] omnes ſtudent uſuræ; à Propheta uſque ad Sacerdotem quivis facit mendacium. a) *Eſa. 56. 11. Ier. 6, 13.*

11. Inſuper ſanant confractionem filiæ populi Mei per nullius ponderis verbum, dicendo; Pax, pax: cum non (*ſit*) pax.

12. Pudefacti (*quidem*) ſunt, quod abominationem fecerint: (*ſed*) etiam pudendo non pudet eos, & pudore affici non noverunt: ideò cadent inter cadentes, in tempore viſitationis ipſorum impingent; dixit JEHOVAH.

13. Conſumendo conſumam eos, dictum JEHOVÆ: non (*ſunt*) uvæ in vite, neque ficus in ficu, & folium (*eſt*) defluens; dabo autem, (*qui*) tranſeant ſuper eos.

14. Propter quid nos (*ſumus*) ſedentes? congregamini, ut intremus in urbes munimenti, & excindamur ibi: quia JEHOVAH Deus noſter excidit nos, & potavit nos aquis fellis; eò quod peccavimus JEHOVÆ.

15. Expectare (*eſt*) pacem, ſed non (*eſt*) bonum; tempus ſanationis, ſed, ecce, [b] terror (*eſt.*) b) *Ier. 14, 19.*

16. E Dane auditus eſt ronchus equorum ejus; à voce hinnituum robuſtorum ejus contremuit tota terra: venerunt autem & conſumſerunt terram, & plenitudinem ejus, urbem & habitantes in ea.

17. Quin, ecce, Ego (*ſum*) mittens in vos ſerpentes (*ac*) baſiliſcos, contra quos non

non (*valet*) incantatio: mordebunt autem vos; dictum JEHOVÆ.

18. Refocillatio Mea (*eſt*) ſuper moerore: ſuper Me cor Meum languidum.

19. Ecce, vox clamoris filiæ populi mei è terra longinquitatum; num JEHOVAH non (*eſt*) in Zione? num Rex ejus non (*eſt*) in ea? quare ad iram provocaverunt Me per ſculptilia ſua, per vanitates alienigenarum?

20. Prætetiit meſſis, conſumtus eſt autumnus: at nos non ſervati ſumus.

21. Super confractione filiæ populi mei confractus ſum; attratus ſum; ſtupor corripuit me.

22. Num balſamum non eſt in Gilead? num medicus non (*eſt*) ibi? Quare enim non aſcendit ſanitas filiæ populi mei?

23. Quis dabit caput meum (*eſſe*) aquas; oculum meum ſcaturiginem lachrymæ? ut deplorem diu noctuque confoſſos filiæ populi mei.

CAP. IX.

Caput hoc Partes habet quatuor. In I. Propheta ſibi ipſi ad querelam de calamitatibus Iudæorum ſuperiorem reſpondet. à v. 1. In I. calamitates populi proponuntur & prædicuntur. à v. 6. ſparſim. In III. excitantur tum intelligentes. v. 11. ſqq. tum lamentantes. v. 9. 16. ſqq. In II. eſt ſetia cometo, conſtans dehortatione & adhortatione. à v. 22.

QUis dabit me (*eſſe*) in deſerto; diverſorio viatorum? relinquerem enim populum meum, & abirem ab illis: quoniam omnes (*ſunt*) mœchan es, conventus perfidorum.

2. Qui tendunt linguam ſuam; arcus eorum (*eſt*) mendacium; neque in veritatem prævaluerunt in terra: quin à malo ad malum exeunt, nec Me noverunt; dictum JEHOVÆ.

3. Vir à ſocio ſuo cavete vobis; & ſuper ullo fratre ne confidite: omnis namque [a] frater ſupplantando ſupplantat; & omnis ſocius calumniatur. a) *Mich. 7, 6. Matth. 10, 35, 36.*

4. Vir enim ſocio ſuo illudunt, & veritatem non loquuntur: docuerunt linguam ſuam loqui mendacium, perversè agendo defatigati ſunt.

5. Habitare tuum (*eſt*) in medio doli; ob dolum renuerunt cognoſcere Me; dictum JEHOVÆ.

6. Quare ſic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*ſum*) conflans eos, & probaturus eos; quomodo namque (*aliter*) fecerim propter filiam populi Mei?

7. Telum [b] terſum (*eſt*) lingua eorum, dolum loquitur (*quiſque*:) ore ſuo pacem cum ſocio ſuo loquitur; ſed in medio ſui ponit inſidias illi. b) *Pſal. 28, 3.*

8. Num propter hæc non viſitaverim eos? dictum JEHOVÆ: num de gente, quæ ſicut hæc, vindictam non ſumſerit anima Mea?

9. Propter montes tollam fletum & lamentum: & propter habitacula deſerti lamentationem: quia vaſtata ſunt, ut non ſit vir tranſiens, neque audiant vocem pecoris: ab ave cœlorum uſque ad beſtiam, avolarunt, abiverunt.

10. Quin dabo [c] Hieroſolymam in acervos, habitaculum draconum: urbesque Judæ redigam in vaſtitatem, ut non ſit habitator. c) *Pſ. 79, 1. Mich. 3, 12.*

11. Quis (*eſt*) vir ſapiens, qui intelligat hoc? & id, quod locutum eſt os JEHOVÆ ad ipſum, annuntiet? propter quid periit terra, devaſtata eſt ſicut deſertum, (*quod*) ſine tranſeunte?

12. Sed dixit JEHOVAH; propterea quod deſerunt legem Meam, quam dedi coram iis, neque obediverunt voci Meæ, neque ambularunt in ea:

13. Sed iverunt poſt obſtirmationem cordis ſui; & poſt Bealim, quos docuerunt eos patres eorum.

14. Ideò ſic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Iſraëlis, Ecce, Ego (*ero*) cibans eos, populum hunc, [d] abſinthio; & potabo eos aquis fellis: d) *Ier. 25, 15*

15. Diſpergamque eos inter gentes, quas non noverunt, ipſi aut patres eorum: & mittam poſt eos gladium, donec conſumſero eos.

16. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; attendite, & vocate lamentatrices, ut veniant: & ad ſapientes mittite, ut veniant;

17. Ac feſtinent, tollantque ſuper nobis lamentum, ut deſtuant oculi noſtri

ſtri lachryma, ac palpebræ noſtræ fluant aquis.

18. Quia vox lamenti audita eſt ex Zijone; quomodo devaſtati ſumus; pudore affecti ſumus valdè; eò quod deſeruimus terram; quod dejecerunt habitacula noſtra.

19. Audite enim mulieres verbum JEHOVÆ, & percipiat auris veſtra verbum oris Ejus, ut doceatis filias veſtras luctum, & mulier ſociam ſuam lamentationem.

20. Quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, venit in palatia noſtra; ad excindendum infantem è platea, juvenes è vicis.

21. Loquere; ſic dixit JEHOVAH; Imò cadet cadaver hominis, ſicut ſtercus ſuper faciebus agri, & ſicut manipulus poſt meſſorem, ut non ſit colligens.

22. Sic dixit JEHOVAH; ne glorietur ſapiens de ſapientia ſua, neque glorietur fortis de fortitudine ſuâ, neque glorietur dives de divitiis ſuis:

c) 1. Cor. 1, 31. 2. Cor. 10, 17. 23. Sed de hoc [c] glorietur, qui gloriatur, intelligere & noſſe Me, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH, faciens miſericordiam, judicium, & juſtitiam in terra: nam his delector, dictum JEHOVÆ.

24. Ecce, dies (*ſunt*) venientes, dictum JEHOVÆ; quibus viſitabo omnem circumciſum in præputio;

25. Ægyptum, & Judam, & Edomum, & filios Ammonis, & Moabum, & omnes abſciſſos anguli, habitantes in deſerto: nam omnes gentes (*ſunt*) præputiatæ (*carne,*) omnis verò domus Iſraëlis præputiati corde.

CAP. X.

Capitis hujus Partes duæ ſunt. I. Eſt prædictionis futurorum malorum & captivitatis Babylonicæ continuatio. v. 17, 18, 22. II. Judæorum in miſeria captivitatis Babylonicæ conſtitutorum informatio. à v. 1.

AUdite verbum, quod locutus eſt JEHOVAH ſuper vobis, ô domus Iſraëlis.

2. Sic dixit JEHOVAH; vias gentium ne diſcite, & à ſignis cœlorum ne conſternemini; gentes namque conſternantur ab illis,

3. At ſtatuta gentium vanitas illa: ſiquidem lignum de ſilva [a] quod excidit, (*&*) opus manuum fabri per ſecurim (*ſunt*) a) Eſai. 44, 12. ſeq.

4. Argento & auro exornat illud, clavis & malleis, firmant illa, ut non vacillet (*ullum.*)

5. Sicut palma ſolidum quid illa, nec [b] loquuntur; portando portantur, quia non incedunt: ne timeatis vobis ab iis, quia non damnum faciunt; neque benefacere etiam (*eſt*) cum illis. b) Pſal. 115, 7.

6. JEHOVAH (*es,*) ut [c] non ſit par Tibi: maximus Tu (*es,*) & maximum Nomen Tuum potentia. c) Apoc. 15, 4.

7. Quis non timuerit Te, Rex gentium; quia Tibi annuit? quin inter omnes ſapientes gentium, & in omni regno earum non (*eſt*) ſicut Tu.

8. Simul autem infatuantur, & ſtulteſcunt: diſciplina vanitatum lignum eſt.

9. Argentum extenſum è Tharſchiſcho adfertur, & aurum ex Uphaſo; opus fabri, & manuum conflatoris, hyacinthinum & purpura veſtis eorum, opus ſapientum omnes.

10. Contra JEHOVAH (*eſt*) DEUS (*in*) veritate; Ille DEUS vivus, & Rex ſeculi; ab ira Ejus contremiſcit terra, neque poſſunt gentes ſuſtinere indignationem Ejus.

11. Sic dicetis iſtis; Dii, qui cœlum & terram non fecerunt, pereant de terra, & de-ſub cœlis his.

12. [d] Factor terræ (*Jehovah*) per virtutem Suam, præparans orbem per ſapientiam Suam: & per intelligentiam Suam extendit cœlos. d) Gen. 1, 6. 9. Pſ. 136, 6. Ier. 51, 15

13. Ad vocem, quam [e] dat Ille, multitudo (*venit*) aquarum in cœlis; & aſcendere facit vapores a fine terræ; fulgura imbri fecit; educitque ventum è theſauris Suis. e) Pſal. 135, 7.

14. Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia, pudore affectus eſt omnis conflator à ſculptili; quia mendacium fuſile ejus, neque ſpiritus (*eſt*) in eis,

15. Vanitas illi, opus errorum: in tempore viſitationis eorum peribunt.

16. Non ſicut iſti (*eſt*) pars Jacobi: ſed Formator omnium Ille, & Iſraël baculus hereditatis Ejus: JEHOVAH Zebaoth (*eſt*) Nomen Ejus.

17. Collige è terra negotiationem tuam, quæ habitas in obſidione.

18. Sic namque dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*ero*) projiciens funda habitatores terræ vice hac; & anguſtabo eos, ut deprehendant.

19. Væ mihi propter confractionem meam! ægra facta eſt plaga mea: Ego verò dixi; utique hic morbus meus (*eſt*;) ideò portabo eum.

20. Tentorium meum devaſtatum eſt, & omnes funes mei evulſi: filii mei exiverunt à me, & non (*ſunt*) illi; non (*eſt*) amplius tendens tentorium meum, aut erigens cortinas meas.

21. Quoniam ſtulti facti ſunt paſtores, & JEHOVAM non quæſiverunt: propterea non proſperati ſunt, ſed grex eorum diſperſus eſt.

22. Vox famæ; ecce, veniens (*eſt,*) & tumultus magnus è terra ſeptentrionis; ad redigendum urbes Judæ (*in*) vaſtitatem, habitaculum draconum.

23. Novi, JEHOVAH, quod non (*ſit*) homini via ejus, nec viro ambulare, aut firmare greſſum ſuum.

f) Pſ. 6, 1 38, 2. 24. Caſtiga me, [f] JEHOVAH, verumtamen cum judicio; nec in ira Tua, ne paucum reddas me.

g) Pſal. 79, 6. 25. Effunde [g] furorem Tuum ſuper gentes, quæ non noverunt Te; & ſuper familias, quæ Nomen Tuum non invocant: quoniam comederunt Jacobum, comederunt, inquam, eum, & conſumſerunt eum, & habitationem ejus devaſtarunt.

CAP. XI.

Partes hujus Capitis quatuor ſunt. I. Eſt concio pœnitentialis. à v. 1. II. Melior Prophetæ informatio, à v. 6. III. Clarior malitiæ Judæorum revelatio. à v. 9. IV. Periculi Jeremiæ ab inſidiis virorum Anathoth expoſitio. à v. 19.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam à-cum JEHOVAH, dicendo;

2. Audite verba fœderis hujus, & loquimini ad virum Judæ, & ad habitatores Hieroſolymæ.

a) Deut. 27, 26. Gal. 3, 10. 3. Et dices ad eos; ſic dixit JEHOVAH, DEUS Iſraëlis; [a] maledictus vir, qui non audierit verba fœderis hujus;

4. Quod præcepi patribus veſtris, quo die eduxi eos è terra Ægypti, è fornace ferri, dicendo; obedite voci Meæ, & facite ea, juxta omne, quod præcipio vobis; tum eritis Mihi in populum, & Ego ero vobis in DEUM.

5. Ut ſtabiliam juramentum, quod juravi patribus veſtris; ad dandum vobis [b] terram fluentem lacte & melle, juxta diem hunc: reſpondique ac dixi; Amen, ô JEHOVAH. b) Gen. 15, 7. 26, 3. 28, 4.

6. (*Sed*) tum dixit JEHOVAH ad me; proclama omnia verba hæc in urbibus Judæ, & in plateis Hieroſolymæ; dicendo; audite verba fœderis hujus, & facite ea.

7. Nam teſtificando teſtificatus ſum patribus veſtris, in die, quo aſcendere feci eos è terra Ægypti uſque ad diem hunc, matutinando & teſtificando, dicendo; obedite voci Meæ.

8. Sed non audiverunt, neque inclinarunt aurem ſuam; abiverunt verò vir in obſtirmatione cordis ſui mali; ideò adduxi ſuper eos omnia verba fœderis hujus, quod præcepi ad faciendum, ſed non fecerunt.

9. Porrò dixit ad me JEHOVAH; inventa eſt conjuratio in viro Judæ, & in habitatoribus Hieroſolymæ.

10. Reverſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priorum, qui renuerunt audire verba Mea: ipſique abiverunt poſt deos alios, ad ſerviendum his: irritum reddiderunt domus Iſraëlis, & domus Judæ, fœdus Meum, quod pepigi cum patribus ipſorum.

11. Ideò ſic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*ſum*) adducens ſuper eos malum, ex quo non poterunt exire: tum clamabunt ad Me; ſed non exaudiam eos.

12. Unde abibunt Urbes Judæ, & habitatores Hieroſolymæ, clamabuntque ad deos, quibus illi (*fuerunt*) ſuffitentes: ſed ſervando non ſervabunt eos in tempore mali ipſorum.

13. Quoniam (*juxta*) numerum urbium tuarum fuerunt dii tui, ô Judah, & (*juxta*) numerum platearum Hieroſolymæ poſuiſtis altaria pudori (*Baali,*) altaria ad ſuffiendum Baali.

c) 10.7, 16. 14,11. 14. Tu etiam [c] non orabis pro populo hoc, neque efferes pro iis deprecationem & preces: ſiquidem Ego non (*ero*) exaudiens in tempore, (*quo*) clamabunt ad Me pro malitia ſua.

15. Quid dilecto Meo in domo Mea? Facere eam ſcelus grande, (*eſt facere*) principum; qui carnem ſanctitatis transferunt à te: quum malitia tua (*ſuccedit:*) tunc lætaris.

16. Oleam virentem, pulchram fructu formæ vocavit JEHOVAH nomen tuum: (*ſed*) ad vocem tumultus magni ſuccendit ignem ſuper ea, ac confractæ ſunt propagines ejus.

17. Nam JEHOVAH Zebaoth, qui plantavit te, locutus eſt contra te malum: propter malitiam domus Iſraëlis & domus Judæ, qui fecerunt ſibi ad provocandum Me ad iram, adolendo Baali.

18. Cæterum JEHOVAH notum fecit mihi, & cognovi; tunc videre feciſti me opera eorum:

19. Quod ego ſicut ovis dux, qui abducitur ad mactandum: cum non noſſem, quod contra me cogitarent cogitationes; perdamus lignum in humore ipſius; & excindamus illud è terra viventium, ut nomen ejus non memoretur amplius.

20. Verum JEHOVAH Zebaoth (*eſt*) d) 1.Sa. 16,7. Pſ.7,10. Ier. 17, 10. 20,12. judex juſtitiæ, [d] probans renes & cor: (*unde*) videbo ultionem Tuam de illis: nam ſuper Te devolvi litem meam.

21. Quare ſic dixit JEHOVAH de viris Anathoth, quærentes animam tuam, dicendo; Non prophetabis in Nomine JEHOVÆ, ne moriaris manibus noſtris.

22. Quare (*inquam*) ſic dixit JEHOVAH Zebaoth; Ecce, Ego (*ſum*) viſitans ſuper iis: juvenes morientur gladio; filii eorum & filiæ eorum morientur fame.

23. Et reliquiæ non erunt eis; adducam enim malum ſuper viros Anathoth, anno viſitationis eorum.

CAP. XII.

Caput hoc Partes habet tres. I. Eſt Prophetæ Jeremiæ apud Jehovam querela. à v.1. II. Nova adverſus Judæos prophetia. à v.7. III. Prophetia contra Judæorum malos vicinos. à v.14.

JUſtus Tu (*es,*) ô JEHOVAH, quando contendo Tecum: attamen judicia loquar Tecum: Quare via impiorum [a] proſperatur? quieti vivunt omnes perfide facientes perfidiam. a) Iob. 21,7. Pſ.73,3. Hab. 1, 13.

2. Plantaſti eos, etiamque radicati ſunt; pergunt, etiam faciunt fructum: propinquus Tu (*quidem*) in ore ipſorum, ſed longinquus à renibus eorum.

3. Tu verò, ô JEHOVAH, noſti me, videbis me & probabis cor meum, (*quod eſt*) Tecum: abripe eos, ſicut pecudem, ad mactationem, & deſtina eos ad diem occiſionis.

4. Quouſque lugebit terra, & herba omnis agri exareſcet, propter malitiam habitantium in ea? conſumtæ ſunt beſtiæ & avis; quia dixerunt; non videbit poſteriora noſtra.

5. Si, quando cum peditibus cucurriſti, defatigarunt te; quomodo ergò habitabis cum equis? Et (*ſi*) in terra pacis tu (*es*) confidens (*tantùm:*) quomodo ergò ages cum elatione Jordanis?

6. Nam etiam fratres tui & domus Patris tui, etiam hi perfide egerunt contra te; etiam hi clamarunt poſt te: ſat eſt. Ne (*itaq;*) confidas illis, cum loquentur ad te bona.

7. Deſerui domum meam, dereliqui hereditatem meam: dedi amorem animæ meæ in manum hoſtis ejus.

8. Facta eſt mihi hereditas mea ſicut leo in ſilva; edidit contra me vocem ſuam; ideò odi eam.

9. Avis colorata hereditas mea mihi; avis circumcirca contra eam: Ite, congregate omnem feram agri; veniant ad cibum.

10. Paſtores multi perdiderunt vineam meam, conculcarunt agrum meum: redegerunt agrum deſiderii mei in deſertum ſolitudinis.

11. Poſuit eam in ſolitudinem, luxit erga me deſolata: deſolata eſt tota terra; quia non (*eſt*) vir ponens ſuper cor.

12. Super omnes colles in deſerto venerunt vaſtatores: quia gladius (*qui*) JEHOVÆ, (*eſt*) devorans, à fine terræ uſque ad finem terræ: non (*eſt*) pax ulli carni.

13. Severunt triticea, ſed ſpinas meſſuerunt; debilitati ſunt, non proficiunt: & pudeat vos ob proventus veſtros ab ardore iræ JEHOVÆ.

14. Sic dixit JEHOVAH contra omnes vicinos meos malos, tangentes hereditatem, quam in hereditatem dedi populo meo, Iſraëli: Ecce, Ego (*ſum*) extirpans eos deſuper terra eorum; at domum Judæ avellam è medio eorum.

15. Fiet porrò; poſtquam avulſero eos, redibo & miſerabor eos, & reducam eos, virum ad hereditatem ſuam, & virum ad terram ſuam.

16. Fiet etiam: ſi diſcendo diſcent vias populi Mei, ad jurandum per Nomen Meum, vivus JEHOVAH; quemadmodum docuerunt populum Meum jurare per Baalem: ædificabuntur in medio populi Mei.

17. Quod ſi non obediverint, evellam gentem hanc evellendo & perdendo, dictum JEHOVÆ.

CAP. XIII.

Caput hoc Partes habet quatuor: juxta quadruplicem contra populum Iſraeliticum Prophetiam. I. Prophetia hieroglyphica, populum Judaicum in cingulo repræſentans. à v.1. II. Prophetia allegorica eundem in utribus figurans. à v.12. III. Prophetia brevisſima contra Regem & Reginam. v. 18. IV. Prophetia contra tribum Iuda, Hieroſolymam & urbes ejus. à v.19.

SIc dixit JEHOVAH ad me; (*ito*) eundo, & emito tibi cingulum lini, & ponito ipſum ſuper lumbos tuos: ſed per aquam non duces illud.

2. Emi itaque cingulum, juxta verbum JEHOVÆ; ac poſui ſuper lumbos meos.

3. Tum factum eſt verbum JEHOVÆ ad me ſecundum, dicendo;

4. Sume cingulum, quod emiſti, quod eſt ſuper lumbis tuis; & ſurge; abi ad Euphratem, & abſconde illud ibi in foramine petræ.

5. Abivi ergo, & abſcondi illud ad Euphratem; ſicut præcepit JEHOVAH mihi.

6. Poſtea factum eſt à fine dierum multorum, ut dixerit JEHOVAH ad me; ſurge, abi ad Euphratem, & recipe inde cingulum, de quo præcepi tibi, abſcondere illud ibi.

7. Quare abii ad Euphratem, & fodi, ac recepi cingulum ex loco, ubi illud abſconderam: ſed, ecce, corruptum erat cingulum, non proderat ad quicquam.

8. Tum factum eſt ad me verbum JEHOVÆ, dicendo;

9. Sic dixit JEHOVAH; ita perdam elationem Judæ, & elationem Hieroſolymæ magnam.

10. Populus hic malus (*ſunt*) renuentes audire verba Mea; euntes (*ſunt*) in obſtirmatione cordis ſui, iveruntque poſt deos alios, ad ſerviendum iis, & ad incurvandum ſe iis: ideò erit ſicut cingulum hoc, quod non prodeſt ad quicquam.

11. Quemadmodum enim adhæret cingulum ad lumbos viri: ſic adhærere feci ad Me univerſam domum Iſraëlis, & univerſam domum Judæ, [dictum JEHOVÆ] ut eſſent Mihi in populum, & in Nomen, & in laudem, & in decus; ſed non obediverunt.

12. Ideò dices ad eos verbum hoc; ſic dixit JEHOVAH, Deus Iſraëlis; omnis uter implebitur vino: quod ſi dixerint ad te; num ſcriendo non ſcimus, quod omnis uter impleatur vino?

13. Dices ad eos; Sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*ero*) implens omnes habitatores terræ hujus, & Reges, ſedentes Davidi ſuper throno ejus, & Sacerdotes, & Prophetas, & omnes habitatores Hieroſolymæ ebrietate.

14. Et diſpergam eos, virum ad fratrem ſuum, ac patres ac filios ſimul, dictum JEHOVÆ: non parcam, neque remittam, neque miſerabor, quo minus perdam eos.

15. Audite & auſcultate, ne inſolentes ſitis: quia JEHOVAH locutus eſt.

16. Date JEHOVÆ, Deo veſtro, gloriam, antequam tenebras inducat, & antequam offendant pedes veſtri ad montes crepuſculi: expecteriſque lucem, ſed ponat illam in umbram mortis, ponat in caliginem.

17. Quod ſi non audiveritis hoc, in occultis locis ſtebit anima mea ob inſolentiam,

tiam, & lachrymando lachrymabitur, ac descendet oculus meus lachryma, quod captivus abducendus grex JEHOVÆ.

18. Dic Regi & Dominæ; demittite vos; sedete: quia descendit (à) capitibus vestris corona decoris vestri.

19. Urbes meridiei clausæ sunt, nec (est) aperiens: captiva abducta est universa Juda, captiva abducta est Schelomim.

20. Attollite oculos vestros, & videte venientes à septentrione: ubi est grex, (qui) datus est tibi; pecus decoris tui?

21. Quid dices, quum visitaverit super te; cum tu docueris eos super te (esse) duces in caput? nonne dolores apprehendent te, sicut mulierem partus?

22. Quod si dixeris in corde tuo; quare obtigerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ revelatæ sunt simbriæ tuæ, violati sunt calcanei tui.

23. Num convertet Æthiops cutem suam, aut pardus maculas suas? (tum) etiam vos poteritis bonum facere, qui edocti estis malum.

24. Ideò dispergam eos sicut paleam prætervolantem coram vento deserti.

25. Hæc (est) sors tua, portio mensurarum tuarum à-cum Me, dictum JEHOVÆ: eò quod oblita es Mei, & confisa es mendacio.

26. Ideò etiam Ego denudabo simbrias tuas super facies tuas, ut videatur ignominia tua.

27. Adulteria tua, & hinnitus tui, scelus scortationis tuæ super collibus in agro, vidi abominationes tuas: Væ tibi, Hierosolyma! non mundaberis; quousque adhuc?

CAP. XIV.

Partes hujus Capitis sunt sex. I. Est prophetia de siccitate & fame ingenti. à v. 1. II. Propheta pro populo suo intercessio. à v. 7. III. Jehovæ ad intercessionem Prophetæ responsum. à v. 10. IV. Prophetæ ad responsum Jehovæ exceptio. v. 13. V. Jehovæ ad exceptionem Prophetæ responsum. à v. 14. VI. Iterata Prophetæ intercessio. à v. 19.

QUod factum est verbum JEHOVÆ ad Jeremiam super verbis siccitatis.

2. Luxit Judah, & portæ ejus languescentes factæ; arrati sunt usque in terram; & clamor Hierosolymæ ascendit.

3. Nam magnates eorum miserunt minores suos aquæ causa: (sed) venerunt ad foveas, nec invenerunt aquas: (ideò) reversa sunt vasa eorum vacua; pudefacti sunt, & ignominia affecti; ac obtexerunt caput suum.

4. Propterea quod terra confracta est, quod non facta sit pluvia in terrâ; pudefacti sunt agricolæ, obtexerunt caput suum.

5. Quin etiam cerva in agro peperit, sed relinquendo: quia non fuit gramen:

6. Ac Onagri steterunt super collibus, anhelarunt ventum sicut dracones: consumti sunt oculi eorum, eò quod non sit herba.

7. Si iniquitates nostræ responderunt contra nos: ô JEHOVAH, fac propter Nomen Tuum: nam multiplicatæ sunt aversiones nostræ, Tibi peccavimus.

8. O spes Israëlis, Liberator ejus in tempore angustiæ; quare eris sicut peregrinus in terra, & sicut viator, (qui) tetendit ad pernoctandum (tantum?)

9. Quare eris sicut vir defatigatus, sicut heros, (qui) nequeat servare? Atqui Tu (es) in medio nostri, ô JEHOVAH, & Nomen Tuum nominatur super nobis: ne (ergò) deseras nos?

10. Sic dixit JEHOVAH populo hujus: ita amarunt vagari, pedes suos non prohibuerunt: ideò JEHOVAH non probat eos: (sed) jam recordatur iniquitatis eorum, & visitat peccata eorum.

11. Unde dixit JEHOVAH ad me: ne [a] ora pro populo hoc in bonum. a) Jer. 7, 16.

12. Quum jejunaverint, Ego non (sum) exaudiens precationem eorum; & si obtulerint holocaustum, aut Mincham, Ego non (sum) approbans ea: sed gladio, fame & peste Ego (sum) consumens eos.

13. Dixi tamen; Ah, Domine JEHOVIH, Ecce, [b] Prophetæ (sunt) dicentes iis; non videbitis gladium, & fames non erit vobis; sed pacem veritatis dabo vobis in loco hoc. b) Jer. 5, 12.

14. Verum dixit JEHOVAH ad me: [c] mendacium Prophetæ (sunt) prophetantes c) Jer. 23, 22. 27, 15. 29, 8.

tantes in Nomine Meo: non misi eos, neque præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacii, & præstigias, & nihilum, & dolum cordis sui illi (sunt) prophetantes vobis.

15. Quare sic dixit JEHOVAH contra Prophetas, prophetantes in Nomine Meo, cum Ego non miserim eos, illi tamen (sint) dicentes; gladius & fames non erit in terra hac: gladio & fame consumentur Prophetæ hi.

16. Populus autem, quibus illi (sunt) prophetantes, erunt abjecti in plateis Hierosolymæ, propter famem & gladium, nec (erit) sepeliens iis; ipsi, (inquam) & uxores eorum, & filii eorum, & filiæ eorum; & effundam super eos malitiam eorum.

17. Porrò dices ad eos verbum hoc: d) Thr. descendunt [d] oculi Mei lachryma, noctu Jer. 1, 1. & diu, & ne desinunto: quia confractione magna confracta est virgo filiæ populi 2, 18. Mei, plaga ægra valdè.

18. Si egrediar (in) agrum, confossi gladio: si verò intrem urbem, ecce, ægritudines famis: nam tam Propheta, quàm Sacerdos negotiati sunt in terra, nec noverunt (quicquam.)

19. Num reprobando reprobasti Judam? num Zijonem fastidivit anima Tua? quare (ergò) percussisti nos, ut non e) Jer. 8, (sit) remedium nobis? [e] Expectare pacem, sed non bonum: & ad tempus sanationis, sed, ecce, terror. 15.

20. [f] Agnovimus, ô JEHOVAH, ma- f) Psal. litiam nostram, iniquitatem Patrum nostrorum: quia peccavimus Tibi. 106, 6.

21. Ne spernito propter Nomen Tuum; ne deturpes thronum gloriæ Tuæ: memento, nec irritum reddas fœdus Tuum nobiscum.

22. Num (sunt) inter vanitates gentium reddentes pluviam? aut num cœli dabunt imbres? Nonne Tu (es) Ille, JEHOVAH Deus noster, ut expectemus Te? quia Tu fecisti omnia ista.

CAP. XV.

Tres sunt hujus Capitis partes. I. Habet responsum Jehovæ ad iteratam sup. cap. Prophetæ intercessionem. à v. 1. II. Propheta adversus Judæos apud Jehovam querelam. à v. 15. III. Prophetæ preces pro vindicta ab hostibus. à v. 15.

PRætereà dixit JEHOVAH ad me; si staret Moses & Samuel coram Me: non (foret) anima Mea erga populum hunc: (quare) mitte eos à-cum facie Mea, ut exeant.

2. Eritque, si dixerint ad te; quo eximus: dices ad eos: sic dixit JEHOVAH; qui [a] ad mortem, ad mortem; & qui ad a) Zach. gladium, ad gladium; & qui ad famem, 11, 9. ad famem; & qui in captivitatem in captivitatem (exeant.)

3. Visitabo enim super eos quatuor generibus (pœnæ,) dictum JEHOVÆ; gladio, ad occidendum, & canibus ad trahendum, & avibus cœlorum, & bestiis terræ ad devorandum & ad perdendum.

4. Dabo insuper eos in depulsionem inter omnia regna terræ: [b] propter Menassen, filium Chiskijæ, Regem Judæ: b) 2. Reg. ob id, quod fecit in Hierosolyma. 21, 11. 2. Par. 33, 6.

5. Quis namque pepercerit tibi, ô Hierosolyma? aut quis consoletur te? aut quis accedat ad quærendum te de pace?

6. Tu deseruisti Me, dictum JEHOVÆ; retrorsum ivisti: ideò inclinavi manum Meam contra te, ut perdiderim te: lassus (enim) sum pœnitendo.

7. Quare ventilabo eos ventilabro in portis terræ; orbabo, perdam populum Meum: (quia) à viis suis non sunt conversi.

8. Auctæ sunt Mihi viduæ ejus præ arena marium: (ideò) adducam illis super matrem juvenem vastatorem in meridie; cadere faciam super eam subitò urbem & terrores.

9. Languet, quæ peperterat septem: expiravit animam suam, occidit [c] sol c) Am. ejus, dum adhuc dies: puduit & pudefacta est: reliquias autem eorum gladio dabo coram hostibus eorum; dictum JEHOVÆ. 8, 9.

10. Væ mihi, ô mater mea, quod peperisti me; virum litis, & virum rixæ universæ terræ: non in usuram dedi, neque in usuram dederunt mihi; omnes (tamen) maledicunt mihi.

11. (Sed)

11. (*Sed*) dixit Jehovah; ſi non abſolvero te in bonum (*à maledictionibus hoſtium;*) ſi non incurrere in te in tempore mali, & in tempore anguſtiæ fecero hoſtem.

12. Num frangetur ferrum, ferrum (*in quam*) à ſeptentrione, & æs?

13. Facultates tuas, & theſauros tuos dabo in rapinam, ſine pretio: & quidem pro omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis:

14. Et tranſire faciam (*te*) cum hoſtibus tuis, in terram, quam non noſti: quia d) Deut. 32,22. [d] ignis ſuccenſus eſt in naſo Meo, (*qui*) ſuper vobis ardebit.

15. Tu noviſti, ô Jehovah, memento mei, & viſita me, & vindictam ſume mihi à perſecutoribus meis; ne in diuturnitate iræ Tuæ abripito me: cognoſce, quod ſetam propter Te opprobrium.

16. Inventa ſunt verba Tua, & devoravi ea: fuitque verbum Tuum mihi in gaudium, & in lætitiam cordis mei: quia e) Eſa. 43,7. [e] nominatum eſt Nomen Tuum ſuper me, ô Jehovah, Deus Zebaoth.

Ier. 14,9 17. Non ſedi in conſilio illuſorum, & lætatus ſum: (*ſed* propter manum Tuam ſolitarius ſedi; eò quod indignatione impleviſti me.

18. Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & [f] plaga mea deſperata? (*nam*) f) Ier. 30,12. renuit ſanari, exiſtendo exiſtis mihi, quaſi mendax, (*quaſi*) aquæ, (*quæ*) non ſunt fidæ.

19. Propterea ſic dixit Jehovah; ſi reverteris, reducam te, (*ut*) coram Me ſtes; & ſi eduxeris pretioſum à vili, ſicut os Meum eris: revertentur illi ad te, tu autem non avertaris ad eos.

20 Dabo enim te populo huic in murum æris munitum; ut oppugnent te, ſed g) Ier. 1, 19. non [g] prævaleant tibi; quia tecum Ego ad ſervandum te, & ad eripiendum te, dictum Jehovæ:

21. Et liberabo te è manu malorum, & redimam te è manu violentorum:

CAP. XVI.

Partes hoc Caput habet quatuor. I. Eſt Prophetia comminatoria triplici ad Prophetam mandato conſtans. à v. 1. II. Cauſæ prophetiæ iſtius revelatæ, à v. 10. III. Prophetia ejuſdem expoſitæ à v. 16. IV. Prophetæ ad Iehovam confeſſio. à v. 19.

PRorsùs factum eſt verbum Jehovæ ad me, dicendo:

2. Non accipies tibi uxorem, neque erunt tibi filii, aut filiæ in loco hoc:

3. Sic namque dixit Jehovah ſuper filiis, & ſuper filiabus, qui naſcuntur in loco hoc; & ſuper matribus eorum, quæ pariunt eos; & ſuper patribus eorum, qui generant eos in terra hac.

4. Mortibus morborum morientur; non plangentur, neque ſepelientur; in ſtercus ſuper faciebus terræ erunt; & gladio ac fame conſumentur, fietque cadaver eorum in cibum avibus cœlorum, & beſtiæ terræ.

5. Quoniam ſic dixit Jehovah; ne intres in domum luctus, neque abeas ad plangendum, neque conſolaberis illos: quia colligam pacem Meam à cum populo hoc, dictum Jehovæ, miſerationem & miſericordias.

6. Ut moriantur magni & parvi in terra hac; nec ſepeliantur: neque plangant illos, neque inciſuræ fiant, neque calvities inducatur propter illos.

7. Neque cibum dabunt illis ſuper luctu, ad conſolandum quemquam ſuper mortuo: neque potabunt eos calice conſolationum ſuper patre cujuſque, & ſuper matre ejus.

8. Præterea domum convivii non intrabis, ad ſedendum cum ipſis: ad comedendum & bibendum.

9. Ita namque dixit Jehovah Zebaoth, Deus Iſraëlis; Ecce, Ego (*ſum*) ceſſare faciens [a] ex hoc loco coram oculis a) Ier. 7, 34. veſtris, & in diebus veſtris vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ.

10. Fiet autem, cum annuntiaveris populo huic omnia verba hæc, dixerintque ad te; propter quid [b] locutus eſt Jehovah contra nos omne malum magnum b) Ier. 5, 19. hoc? & quæ iniquitas noſtra, aut quæ peccata, quæ peccaverimus Jehovæ Deo noſtro?

11. Dicas ad eos; propter hoc, quod deſe-

ſeruerunt Patres veſtri Me [dictum Jehovæ,] iveruntque poſt Deos alios, quibus ſerviverunt, & incurvarunt ſe illis; Me autem (*inquam*) deſeruerunt, neque legem Meam ſervarunt.

c) Ier. 7, 26. 12. Vos [c] verò pejora feciſtis faciendo præ patribus veſtris: inſuperque, ecce, euntes (*eſtis*) vir poſt obſtirmationem cordis ſui mali, ut non obediatis Mihi.

13. Ideò ejiciam vos à ſuper terra hac ſuper terram, quam non noviſtis, vos & patres veſtri, ut ſerviatis ibi diis aliis die noctuque: non enim dabo vobis gratiam.

d) Ier. 23,7.8. 14. Quare, ecce, [d] dies (*ſunt*) venientes, dictum Jehovæ, quibus non dicetur amplius, vivus Jehovah, qui aſcendere fecit filios Iſraëlis è terra Ægypti.

15. Sed, vivus Jehovah, qui aſcendere fecit filios Iſraëlis è terra ſeptentrionis, & ex omnibus terris, quò expulit eos: reducam enim eos ſuper terram eorum, quam dedi patribus eorum.

16. Ecce, Ego (*ſum*) mittens piſcatores multos [dictum Jehovæ,] qui piſcabuntur eos: deinde veto mittam multos venatores, qui venabuntur eos deſuper omni monte, & deſuper omni colle, & ex foraminibus petrarum.

17. Oculi namque Mei (*ſunt*) ſuper omnibus viis eorum; non occultabuntur coram Me, neque latebit iniquitas eorum, à coram oculis Meis:

18. Ut retribuam prius, duplum iniquitatum eorum, & peccatorum eorum; ideò quod profanant illi terram Meam: per cadaver abominationum eorum, & bdelygmatum eorum, impleverunt hereditatem Meam.

19. Jehovah, robur meum, & fortitudo mea, & refugium meum in die anguſtiæ; ad Te gentes venient à finibus terræ, dicentque; revera mendacium hereditarunt patres noſtri, vanitatem, in quibus nihil proficui.

20. Num (*enim*) fecerit ſibi homo Deos? cum hi (*tamen*) dii non (*ſint.*)

21. Quare, Ecce, Ego ero notificans iis hac vice; notificabo (*inquam*) iis manum Meam & potentiam Meam; ut cognoſcant, quod Nomen Meum (*ſit*) Jehovah.

CAP. XVII.

Capitis hujus partes ſunt tres. In I. continuatur prophetia capitis præcedentis. à v. 1. In II. eſt prophetia contra confidentes ſuper hominibus & humanis. à v. 5. In III. eſt nova prophetia adverſus Sabbathi profanationem. à v. 19.

PEccatum Judæ ſcriptum eſt ſtilo ferri, (*imò*) ſcalpro adamantis; Sculptum eſt ſuper tabulam cordis eorum, & in cornua altarium veſtrorum.

2. Sicut recordor filiorum eorum, altarium eorum, & lucorum eorum, cum arbore viridi, (*qua*) ſuper collibus altis.

3. O Mons mi in agro, omnes facultates tuas, omnes theſauros tuos in prædam dabo; (*&*) excelſa tua, propter peccatum in omnibus terminis tuis.

4. Tum intermiſſionem facies, & (*quidem*) quoad teipſum, ab hereditate tua, quam dedi tibi: ſervire enim faciam te hoſtibus tuis in terra, quam non noſti; quoniam ignem accendiſtis in naſo Meo, (*qui*) uſque in ſeculum ardebit.

5. Sic dixit Jehovah; Maledictus vir, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum: à Jehovah autem recedit cor ejus.

6. Erit namque [a] ſicut ſolitarius in a) Ier. 48,6. ſolitudine; neque videbit, cum veniet bonum: ſed habitabit (*in*) æſtuoſis locis in deſerto, (*in*) terra ſalſuginoſa, quæ non habitatur.

7. Benedictus vir, qui confidit in Jehovah, ut ſit Jehovah fiducia ejus.

8. Erit namque [b] ſicut lignum plan- b) Pſ. 1, 3. tatum juxta aquas, & (*quod*) juxta fluvium emittit radices ſuas: neque videbit, cum venerit æſtus, ſed erit folium ejus viride: unde in anno ſiccitatis non erit ſolicitum, neque ceſſabit à ferendo fructum.

9. Aſtutum (*eſt*) cor præ omni, & deſperatum idem: quis cognoſcet illud.

10. Ego [c] Jehovah (*ſum*) ſcrutans c) 1. Sa. 16, 7. cor, probans renes; ita ut dem viro juxta vias ejus, juxta fructum operum ejus. Pſ. 7, 10. Jer. 20, 12.

11. Perdix, (*quæ*) colligit, ſed non peperit, (*eſt*) faciens divitias, ſed non cum judicio:

dicio? (*nam*) in medio dierum ſuorum deſeret illas, & in poſtremitate ſua fiet ſtultus.

12. (*Contra*) thronus gloriæ, (*qui eſt*) altitudo ab æterno, (*eſt*) locus ſanctuarii noſtri.

13. (*Et*) ſpes Iſraëlis (*eſt*) JEHOVAH: d) omnes relinquentes Te [d] pudefient, & recedentes à Me in terram ſcribentur: quia deſeruerunt fontem aquarum vivarum, JEHOVAM.

14. Sana me, ô JEHOVAH, ut ſaner, ſerva me, ut ſerver: quia laus mea Tu (*es.*)

15. Ecce illi (*ſunt*) dicentes ad me: ubi? verbum JEHOVÆ veniat quæſo!

16. Atqui ego non præcipitavi; quin e) (*eſſem*) paſcens poſt Te; & diem [e] deſperatum non exoptavi (*illis;*) Tu noviſti: eloquium labiorum meorum coram faciebus Tuis fuit.

17. Ne fias mihi in terrorem: (*quia*) protectio mea Tu (*es*) in die mali.

18. Pudefiant perſecutores mei, nec pudefiam ego: terreantur illi, ego autem ne terrear: adduc ſuper eos diem mali, & geminata fractione frange eos.

19. Sic dixit JEHOVAH; (*ito*) eundo, & ſtato in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur Reges Judæ, & per quam egrediuntur, & in omnibus (*deinde*) portis Hieroſolymæ:

20. Et dicito ad eos; Audite verbum JEHOVÆ, Reges Judæ, & univerſe Juda, & univerſi habitatores Hieroſolymæ, ingredientes per portas has.

21. Sic dixit JEHOVAH; cavete animabus veſtris, & ne ferte onus in die Sabbathi, ut introducatis per portas Hieroſolymæ:

22. Neque educite onus è domibus veſtris in die Sabbathi, & ullum opus ne facite: ſed ſanctificate diem Sabbathi, quemadmodum præcepi patribus veſtris.

23. Qui (*verò*) non audiverunt, neque inclinarunt aurem ſuam, ſed indurarunt cervicem ſuam, ut non audirent, & ut non acciperent diſciplinam.

24. Fiet itaque: ſi audiendo audiveritis Me, [dictum JEHOVÆ] ut non introducatis onus per portas urbis hujus in die Sabbathi, & ut ſanctificetis diem Sabbathi ita, ut non faciatis in eo ullum opus:

25. Intrabunt per portas urbis hujus Reges, & Principes, ſedentes ſuper throno Davidis, equitantes in curru & in equis; ipſi & Principes eorum, vir Judæ, & habitatores Hieroſolymæ, & habitabitur urbs hæc in ſeculum.

26. Intrabunt etiam ex urbibus Judæ, & ex circuitibus Hieroſolymæ, & è terra Benjaminis, & ex planitie, & ex monte, & ex (*locis*) à meridie, adferentes holocauſtum, & ſacrificium, & mincham, & thus; & adferentes Euchariſticum, (*in*) domum JEHOVÆ.

27. Quod ſi non obediveritis Mihi, ut ſanctificetis diem Sabbathi, & ut non portetis onus, & intretis per portas Hieroſolymæ in die Sabbathi: incendam ignem in portis ejus, qui comedet palatia Hieroſolymæ, nec extinguetur.

CAP. XIIX.

Partes hujus Capitis ſunt duæ. I. Eſt prophetia per Ieremiam in domo figuli edita. à v. 1. II. Prophetia Ieremiæ adverſus Iudæos querela de ſtructis inſidiis. à v. 18.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam à cum JEHOVAH, dicendo;

2. Surge & deſcende (*in*) domum figuli: ibi enim audire faciam te verba Mea.

3. Deſcendi itaque (*in*) domum figuli; ecce, ille fecit opus ſuper tabulas.

4. Sed corruptum eſt vas, quod ille faciens (*erat,*) ſicut lutum (*ſolet,*) in manu figuli: at reverſus eſt, & fecit illud vas aliud, quemadmodum rectum fuit in oculis figuli facere.

5. Tum factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo;

6. Num ſicut figulus hic [a] non poſſum facere vobis, ô domus Iſraëlis, dictum JEHOVÆ? Ecce, quemadmodum lutum (*eſt*) in manu figuli; ſic vos (*eſtis*) in manu Mea, ô domus Iſraëlis. a) *Eſa. 45. 9. Sap. 15, 7. Rom. 9. 21.*

7. Momento [b] loquor contra gentem, aut contra regnum, ad evellendum, & ad deſtruendum, & ad perdendum. b) *Ier. 1. 10.*

8. Quod ſi converſa fuerit gens iſta à malitia ſua, propter quam locutus ſum contra eam: pœnitebit Me ſuper malo, quod cogitavi facere illi.

9. Contrà momento loquor de gente aut de regno, ad ædificandum & ad plantandum.

10. Quod ſi fecerit malum in oculis Meis, ut non obediat voci Meæ: pœnitebit Me ſuper bono, quo dixeram benefacturum illi.

11. Quare dic, age, ad virum Judæ, & ad habitatores Hieroſolymæ, dicendo; Sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*ſum*) formans contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: [c] convertimini c) *Ier. 3. 14.* ergò, vir à via ſua mala, & facite bonas vias veſtras, & opera veſtra.

12. Sed dixerunt: [d] deſperatum eſt: d) *Ier. 44. 16.* ſed poſt cogitationes noſtras ibimus, & vir obſtinationem cordis ſui mali faciemus.

13. Propterea ſic dixit JEHOVAH; quærite, agite, inter gentes? quis audivit, ſicut hæc (*ſunt?*) obſtinationem fecit valdè virgo Iſraëlis.

14. Num ceſſabit à petra agrorum meorum nix Libani: num abripientur (*inde*) aquæ alienæ, frigidæ, defluentes?

15. Quod obliti ſunt Mei populus Meus; vanitati ſuffiverunt. Impingere fecerunt eos (*vanitates iſtæ*) in viis eorum, (*in*) tramitibus ſeculi, ut adirent (*in*) ſemitas, viam non ſtratam:

16. Ut ponerent terram eorum in vaſtitatem, exibilationes ſeculi; (*ita ut*) omnis tranſiens præter eam obſtupeſcat, moveatque caput ſuum.

17. (*Nam*) ſicut ventus orientalis diſpergam eos coram hoſte: cervice, non faciebus reſpiciam eos in die exitii eorum.

18. Sed dixerunt; exite, excogitemus contra Jeremiam excogitationes: non enim peribit lex à Sacerdote, aut conſilium à ſapiente, aut verbum à Propheta: ite, & percutiemus eum lingua, neque attendamus ad ulla verba ejus.

19. Attende JEHOVAH ad me, & audi verba litigatorum meorum.

20. Num rettribuetur pro bono malum? foderunt namque foveam animæ meæ. Memento ſtare meum coram Te ad loquendum pro iis bonum, ut avertas iram Tuam ab ipſis.

21. Propterea da filios eorum fami, & defluere fac ipſos ſuper manus gladii: ut fiant uxores eorum orbæ & viduæ, & homines eorum fiant occiſi morte (*peſte,*) juvenes eorum percuſſi gladio in bello.

22. Audiatur clamor è domibus eorum, quum venerit ſuper eos turma prædonum ſubitò: quia foderunt foveam ad capiendum me, & laqueos abſconderunt pedibus meis.

23. Tu verò JEHOVAH noſti omne conſilium eorum contra me ad mortem (*eadem:*) ne (*itaque*) expies iniquitatem eorum, & peccatum eorum à-coram Te ne deleas: ſed ſint impulſi coram Te; in tempore iræ Tuæ age cum eis.

CAP. XIX.

Partes hujus Capitis ſunt duæ. I. Prophetia Ieremiæ in valle ben-hinnom edita. à v. 1. II. Prophetia Ieremiæ in templo. v. 14. 15.

SIc dixit JEHOVAH; (*ito*) eundo, & emito tibi lagenam figuli luti: (*tu ito*) & de Seniotibus populi, & de Seniotibus Sacerdotum:

2. Et exi ad vallem filii Hinnomi, quæ (*eſt ante*) portam Charſith, & proclama ibi verba, quæ loquar ad te:

3. Dices nimirum; audite verbum JEHOVÆ Reges Judæ, & habitatores Hieroſolymæ: Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Iſraëlis; Ecce, [a] Ego (*ſum*) adducens malum ſuper locum hunc, quod quiſquis audiverit, tinnient aures ejus. a) *1. Sa. 3. 11.*

4. Propterea quod deſeruerunt Me, & inviſum reddiderunt locum hunc, dum ſuffiverunt in eo diis aliis, quos non noverant ipſi & patres eorum, & Reges Judæ: ac impleverunt locum hunc ſanguine innocentum.

5. Ædificarunt enim excelſa Baalis, ad [b] comburendum filios ſuos igne, (*in*) holocauſta Baali: quod non præcepi, neque locutus ſum, neque aſcendit ſuper cor Meum. b) *Ier. 7, 31.*

c) Ver. 7, 3. 6. [c] Quare ecce dies (*sunt*) venientes [dictum JEHOVÆ,] quibus non nomen dabitur loco huic amplius Thopheth, & vallis filii Hinnomi, sed vallis occisionis.

7. Evacuabo namque consilium Judæ & Hierosolymæ in loco hoc, & cadere faciam eos gladio coram hostibus eorum, & per manum quærentium animam eorum: daboque cadaver eorum in cibum avi cœlorum, & bestiæ terræ.

d) Ier. 18, 16. 49, 13. 50, 3. 8. [d] Ac ponam urbem hanc in desolationem & derisionem; omnis transiens præter illam, obstupescet & deridebit propter omnes plagas ejus.

e) Deut. 28, 53. Luc. 19, 43. 9. Quia cibabo eos [e] carne filiorum eorum, & vir carnem socii sui comedent, in obsidione & in angustia, qua angustabunt eos hostes eorum, & quærentes animam eorum.

10. Tum franges lagenam coram oculis virorum euntium tecum:

11. Diceisque ad eos; sic dixit JEHOVAH Zebaoth; ita frangam populum hunc, & urbem hanc, sicut frangit (*quis*) vas figuli, quod non poterit reparari amplius: & in Thopheth sepelient, quod non (*futurus sit*) locus ad sepeliendum.

12. Ita faciam loco huic, dictum JEHOVÆ & habitatoribus ejus, & (*quidem*) ut dem urbem hanc sicut Thopheth.

13. Erunt enim domus Hierosolymæ, & domus Regum Judæ, sicut locus Thopheth, immundissimæ; quoad omnes domos, super quarum tectis suffiverunt omni exercitui cœlorum, & (*libaverunt*) libando libamina diis aliis.

14. Quum (*autem*) venit Jeremias ex Thopheth, quo miserat eum JEHOVAH ad prophetandum: stetit in atrio domus JEHOVÆ, dixitque ad universum populum.

15. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, Deus Jisraëlis; Ecce, Ego (*sum*) adducens super urbem hanc, & super omnes urbes ejus, omne malum, quod locutus sum contra eam: quia induraruns cervicem suam, ad non audiendum verba Mea.

CAP. XX.

Partes Capitis hujus duæ sunt. I. Est actio prophetæ Jere nig cum Paschehure. à v. 1. II. Actio Prophetæ Ieremiæ cum DEO. à v. 7.

Audivit autem Paschehurus, filius Immeri Sacerdotis, qui erat præfectus primarius in domo JEHOVÆ, Jeremiam prophetantem verba hæc:

2. Percussit ergò Paschehurus Jeremiam Prophetam, & tradidit eum in cippum, qui in porta Benjaminis superiori, quæ in domo JEHOVÆ.

3. Factum tamen est postridie, ut educeret Paschehurus Jeremiam ex cippo: sed dixit ad eum Jeremias; Non, Paschehur, vocavit JEHOVAH nomen tuum, sed terror circumcirca.

4. Sic namque dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*sum*) tradens te in terrorem, tibi, & omnibus amicis tuis: ut cadant gladio hostium suorum, & oculi tui (*sint*) videntes: universum autem Judam dabo in manum Regis Babelis, ut transporteet eos in Babel, & percutiat eos gladio.

5. Dabo autem omnes opes Urbis hujus, & omnem laborem ejus, ac omne pretiosum ejus, omnes quoque thesauros Regum Judæ tradam in manum hostium eorum, ut diripiant ea, & capiant ea, & abducant ea Babelem.

6. Ar tu, Paschehure, & omnes habitatores domus tuæ abibitis in captivitatem; ut Babelem venias, & ibidem moriaris, ibidemque sepeliaris; tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti mendaciter.

7. Persuasisti mihi, ô JEHOVAH, & persuasus sum: prævaluisti mihi, & potuisti: (*sed*) factus sum in risum toto die, omnes subsannant me.

8. Nam ex quo loquor, (&) clamo, (*contra*) violentiam & vastationem prædico, nam (*inquam*) factum est verbum JEHOVÆ mihi opprobrio & ignominiæ toto die.

9. Quare dixi; non mentionem faciam Ejus, neque loquar amplius in Nomine Ejus: sed factum est in corde meo, sicut ignis ardens, conclusus in ossibus meis, ut laboraverim continendo, non autem potuerim.

10. Quoniam audivi vituperium multorum; terror circumcirca: deferte, & deferemus eum; omnis homo pacis meæ,

custodes lateris mei: forte persuadebitur, ut prævaleamus ei, & sumamus vindictam nostram de eo.

11. Sed JEHOVAH mecum (*est*,) sicut heros potens: propterèa persecutores mei impingent, nec prævalebunt: pudefient valdè, quod non profecerint, ignominia perpetuitatis, (*quæ*) non tradetur oblivioni.

a) 1. Sa. 16, 7. Ps. 7, 10. Jer. 17. 10. 12. [a] JEHOVAH enim Zebaoth (*est*) probans justum, videns renes & cor: (*ideò*) videbo ultionem meam de illis; siquidem super Te devolvi litem meam.

13. Cantate JEHOVÆ, laudate JEHOVAM: quia eripuit animam miseri è manu impiorum.

b) Iob. 3. 14. (*Interim*) maledictus (*esto*) [b] dies, in quo natus sum; dies, (*in*) quo peperit me mater mea; nec (*esto*) benedictus.

15. Maledictus (*imò esto*) vir, qui evangelizavit patri meo, dicendo; natus est tibi filius masculus; (*qui*) lætificando lætificavit eum.

c) Gen. 19, 24. 25. 16. Sit, inquam, vir hic, sicut [c] civitates, quas evertit JEHOVAH, nec pœnituit Eum: audiatque clamorem sub aurora, & clangorem in tempore meridiei:

17. Quod non occidit me ab utero; ut esset mihi mater mea sepulcrum meum, & uterus ejus gravidus æternum.

18. Quare ex utero egressus sum, ad videndum laborem & tristitiam, ut consumantur in pudore dies mei.

CAP. XXI.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Prophetiæ a Prophetæ Ieremia requisitæ, per Regem Zedekijam factæ. à v. 1. II. Prophetiæ ad petitionem Regis Zedekija requirentis editæ, & Zedekija per legatos ejus remissæ. à v. 3.

Verbum, quod factum est ad Jeremiam à-cum JEHOVAH, quum mitteret ad eum Rex Zedekijas Paschehurum, filium Malkijæ, & Zephanjam, filium Maasejæ, Sacerdotem, dicendo;

2. Consule, quæso, pro nobis JEHOVAM, quia Nebucadrezar, Rex Babelis, pugnat contra nos: forte faciet JEHOVAH nobiscum juxta omnia mirabilia sua, ut ascendat à contra nos.

3. Dixit itaque Jeremias ad illos; sic dicetis ad Zedekijam;

4. Sic dixit JEHOVAH, Deus Jisraëlis; Ecce, Ego (*ero*) convertens arma belli, quæ in manu vestra, quibus vos (*eritis*) pugnantes cum Rege Babelis, & cum Chaldæis, obsidentes vos extra murum: & retorquebo ea intra medium urbis hujus.

5. Quin pugnabo Ego Ipse vobiscum per manum extensam, & brachium forte, & in ira, & in furore, & in indignatione magna.

6. Percutiamque habitatores urbis hujus, & hominem ac bestiam; peste magna morientur.

7. Posteà verò [dictum JEHOVÆ] dabo Zedekijam, Regem Judæ, & servos ejus, & populum, & residuos in urbe hac à peste, à gladio, & à fame, in manum Nebucadrezaris, Regis Babelis, & manum hostium eorum, & in manum quærentium animam eorum; ut percutiat eos gladio, nec parcat illis, neque propitius sit, neque misereatur.

8. Ad populum autem hunc dices; sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*sum*) proponens coram vobis viam vitarum, & viam mortis.

9. Qui manserit [a] in urbe hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui verò exiverit, & desciverit ad Chaldæos, obsidentes vos, vivet; fietque ipsi anima ipsius in spolium.

a) Ier. 38, 2.

10. Quia posui faciem Meam contra urbem hanc in malum, & non in bonum, dictum JEHOVÆ: in manum Regis Babelis tradetur, qui comburet eam igni.

11. Domui verò Regis Judæ (*dices*;) Audite verbum JEHOVÆ:

12. O domus Davidis! sic dixit JEHOVAH; Judicate mane judicium, & cripite spoliatum è manu Oppressoris; ne exeat, sicut ignis, furor Meus, ardeatque, ut non (*sit*) extinguens, propter malitiam operum vestrorum.

13. Ecce, Ego contra te, habitatrix vallis, petra planitiei, [dictum JEHOVÆ] dicentes; quis descendet contra nos? aut quis veniet in habitationes nostras?

14. Visitabo itaque super vos juxta fructum operum vestrorum, dictum JEHOVÆ: & accendam ignem in sylva ejus, qui consumat omnes circuitus ejus.

CAP. XXII.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Est Prophetia generalis ad domum Regis Judæ, à v. 1. II. Habet prophetias speciales contra diversos filios Regis Josiæ, à v. 10.

SIc dixit JEHOVAH; descende (*in*) domum Regis Judæ, & loquere ibi verbum hoc:

2. Ac dic; Audi Verbum JEHOVÆ, ô Rex Judæ, qui sedis super throno Davidis; tu, & servi tui, & populus tuus, ingredientes per portas has:

3. Sic dixit JEHOVAH; [a] facite judicium & justitiam, & eripite spoliatum è manu oppressoris: ac peregrinum (*&*) pupillum, & viduam ne defraudate, neque vim facite, neque sanguinem innocentem effundite in loco hoc.

4. Si namque faciendo feceritis verbum hoc, intrabunt per portas hujus domus Reges, sedentes Davidi super throno ipsius, vecti curru & equis; ipse & servi ejus, & populus ejus.

5. Quod si non audiveritis verba hæc; per Me juravi [dictum JEHOVÆ,] quod in desolationem futura sit domus hæc.

6. Sic namque dixit JEHOVAH contra domum Regis Judæ; Gilead tu Mihi, caput Libani: (*verùm*) si non posuero te (*in*) desertum, urbes, (*quæ*) non habitabuntur.

7. Destinabo enim contra te perditores, virum & arma ejus: qui excident delectum cedrorum tuarum, & dejicient super ignem.

8. Tum transibunt gentes multæ præter urbem hanc, dicentque vir ad socium suum; [b] propter quid fecit JEHOVAH sic urbi magnæ huic?

9. Ac respondebunt; propterea, quod deseruerunt fœdus JEHOVÆ Dei sui, & incurvarunt se diis aliis, servieruntque eis.

10. Ne plorate super mortuo; & ne condoleatis ob illum: deplorate deplorando abeuntem; quia non revertetur amplius, aut videbit terram nativitatis suæ.

11. Sic namque dixit JEHOVAH de Schallumo, filio Josiæ, Rege Judæ, qui Rex factus loco Josiæ, patris sui, qui exivit ex loco hoc; non revertetur eo amplius.

12. Sed in loco, quo transportarunt eum, morietur, & terram hanc non videbit amplius.

13. Væ ædificanti domum suam sine justitia, & hyperoa sua sine judicio: (*qui*) socium suum servire facit gratis, & [c] operario suo non dat (*quicquam.*)

14. Qui dicit; ædificabo mihi domum mensuratam (*amplam,*) & hyperoa spatiosa; exciditque illi fenestras, & tabulata (*fit*) cedro, & pingendo minio.

15. Num regnabis, quando tu ambulaveris inter cedros? Pater tuus nonne comedit & bibit, sed fecit judicium & justitiam, tum benè illi (*fuit:*)

16. Judicavit judicium miseri & egeni, tum benè (*erat illi:*) nonne hoc (*est*) nosse Me? dictum JEHOVÆ.

17. Atqui non (*sunt*) oculi tui, & cor tuum, nisi super lucro tuo, & super sanguine innocente, ad fundendum (*eum:*) & super oppressione, & super contritione, ad faciendum (*eam.*)

18. Propterea sic dixit JEHOVAH super Jojakimo, filio Josiæ, Rege Judæ; non planctum facient illi; Heu frater mi, aut heu Soror! non planctum facient illi; Heu Domine, aut heu gloria ejus!

19. Sepultura asini sepelietur; trahendo & projiciendo procul ultra portas Hierosolymæ.

20. Ascende in Libanum, & clama; & in Baschane ede vocem tuam, ac clama (*in terra*) à transitibus: quia fracti sunt omnes amasii tui.

21. Locutus fui ad te in tranquillitatibus tuis; (*sed*) dixisti; non audiam: hæc via tua (*est*) ab adolescentia tua, quod non obedis voci Meæ.

22. Omnes pastores tuos pascet ventus, & amasii tui in captivitatem abibunt: tunc enim pudefies, & ignominia afficieris ob omnem malitiam tuam.

23. O

23. O habitans in Libano, nidum habens in cedris! quantum gratiæ invenies, quum venerint tibi dolores, dolores sicut parturientis.

24. Per vivum Me, [dictum JEHOVÆ,] quod si forer Chonja, filius Jojakimi, Rex Judæ, sigillum super manu dextera; quod (*inquam*) avellerem inde eum.

25. Dabo enim te in manum quærentium animam tuam, & in manum (*eorum,*) à quibus tu tibi times; hoc est, in manum Nebucadrezaris Regis Babelis, & in manum Chaldæorum.

26. Projiciamque te, & matrem tuam, quæ peperit te, super terram aliam, ubi non geniti estis; ibique moriemini.

27. Super enim terram, super quam illi tollunt animam suam, ut revertantur eò; eò (*inquam*) non revertentur.

28. Num (*sicut*) idolum contemtum (*&*) abjectum (*est*) vir hic Chonja? num (*sicut*) vas, in quo non (*est*) complacentia? Quare (*enim*) sublati sunt, ipse & semen ejus, & projecti super terram, quam non noverant?

29. O terra, terra, terra! audi verbum JEHOVÆ:

30. Sic dixit JEHOVAH; scribite virum hunc solitarium; virum, (*qui*) non prosperetur in diebus suis; quia non prosperabitur de semine ejus vir, qui sedeat super throno Davidis, & dominetur amplius in Juda.

CAP. XXIII.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Est concio contra Pastores, ut vocantur, populi Judaici, à v. 1. II. Concio contra Pseudoprophetas, à v. 9.

a) Ez. 34, 2. VÆ [a] Pastoribus, perdentibus, & dispergentibus gregem pascui Mei: dictum JEHOVÆ:

2. Propterea sic dixit JEHOVAH, Deus Israëlis, contra Pastores pascentes populum Meum; vos dispersistis gregem Meum, & impulistis eos, neque visitastis eos: (*ideò*) ecce, Ego (*sum*) visitans super vos malitiam operum vestrorum; dictum JEHOVÆ.

3. Ego tamen congregabo reliquias gregis Mei ex omnibus terris, quo dispuli eos, & reducam eas ad caulam earum, ut fœtificent, & multiplicentur.

4. Tum constituam super eos pastores, qui pascent eos; ut non timeant sibi amplius, neque terreantur, neque desiderentur; dictum JEHOVÆ.

5. Ecce, dies (*sunt*) venientes, dictum JEHOVÆ; quum suscitabo Davidi [b] germen justum, qui regnet Rex, & prosperetur, faciatque judicium & justitiam in terra.

b) Esa. 4, 2. Jer. 33, 15.

6. In diebus Ejus [c] salvabitur Juda, & Israël habitabit secure: & hoc (*est*) Nomen Ejus, quod vocabunt Eum, JEHOVAH justitia nostra.

c) Deut. 33, 28. Esa. 45, 17.

7. Quare, [d] ecce, dies venientes, [dictum JEHOVÆ] quibus non dicent amplius per vivum JEHOVAM, qui ascendere fecit filios Israëlis è terra Ægypti:

d) Jer. 16, 14-15

8. Sed per vivum JEHOVAM, qui ascendere fecit, & qui reduxit semen domus Israëlis è terra versus septentrionem, & ex omnibus terris, quo depuli eos; ut habitarent super terra sua.

9. Contra Propheras: fractum est cor meum in medio mei; quassata sunt omnia ossa mea; factus sum sicut vir ebrius, & sicut vir, quem penetravit vinum; propter JEHOVAM, & propter verba sanctitatis Ejus.

10. Quia adulteris plena est terra: quare propter maledictionem luget terra, exaruerunt pascua deserti; adeò ut cursus eorum factus sit malus, & robur eorum non firmum.

11. Quin tam Propheta, quam Sacerdos hypocrisin exercent: etiam in domo Mea inveni malitiam eorum; dictum JEHOVÆ.

12. Propterea fiet ipsis via ipsorum, sicut lubricitates in tenebris, in qua impellentur & cadent: quia adducam super eos malum, anno visitationis eorum; dictum JEHOVÆ.

13. Equidem in Prophetis Samariæ vidi insulsitatem: (*dum*) prophetarunt per Baalem, & seduxerunt populum Meum, Israëlem.

14. Sed in Prophetis Hierosolymæ vidi obsti-

obſirmationem, adulterando & eundo in mendacio; dum confirmarunt manus malorum, ut non reverterentur vir à malitia ſua: facti ſunt Mihi omnes ſicut Sodoma, & habitatores ejus ſicut Gomorrha.

15. Quare ſic dixit JEHOVAH Zebaoth
c) *Ier. 9, 15.* contra Prophetas: Ecce, Ego *(ſum)* cibans eos abſinthio, & potabo eos aquis felliſ: quia à Prophetis Hieroſolymæ exivit hypocriſis in univerſam terram.

f) *Ier. 14, 14.* 16. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; [f] ne attendite ad verba Prophetarum prophetantium vobis; *(quia)* vanos reddunt illi vos; viſionem cordis ſui loquuntur; non ex ore JEHOVÆ.

17. Dicentes *(ſunt)* dicendo irritantibus Me; locutus eſt JEHOVAH, pax erit vobis: & omni ambulanti in obſtirmatione cordis ſui dixerunt; non veniet ſuper vos malum.

g) *Eſa. 40, 13. Rom. 11, 34. 1. Cor. 2, 16.* 18. [g] Quis ſtetit in arcano JEHOVÆ, qui videat & audiat verbum Ejus? quis auſcultavit verbum Ejus & audivit?

19. En, procella JEHOVÆ! ira exivit, & turbo minans irruet; ſuper caput impiorum irruet.

20. Non avertetur ira JEHOVÆ, donec fecerit, & donec perfecerit cogitationes cordis ſui: in extremitate dierum, intelligetis in ea intelligentiam.

h) *Ier. 14, 14. 27, 15. 29, 9.* 21. Non [h] miſeram Prophetas, illi tamen cucurrerunt; non locutus eram ad eos, illi tamen prophetabant.

22. Quod ſi ſteterunt in arcano Meo: audire ergò faciant verba Mea populum, & reducant eos à via ipſorum mala, & à malitia operum ipſorum.

23. Num DEUS è propinquo Ego [dictum JEHOVÆ,] & non DEUS è longinquo.

24. Num occultabitur *(à Me)* vir in latibulis, ut Ego non videam eum, dictum JEHOVÆ?

25. Audivi, quod dixerunt Prophetæ, qui prophetant in Nomine Meo mendacium, dicendo; ſomniavi, ſomniavi.

26. Quouſque? num eſt in corde Prophetarum, prophetantium mendacium, & Prophetarum doli cordis ſui?

27. Num cogitant facere, ut obliviſcatur populus Meus Nomen Meum per ſomnia ipſorum, quæ narrant vir ſocio ſuo? quemadmodum obliti ſunt Patres eorum Nomen Meum per Baalem.

28. Propheta, cum quo *(eſt)* ſomnium, narret ſomnium: at cum quo *(eſt)* verbum Meum, loquatur verbum Meum *(in)* veritate. Quid paleæ cum tritico? dictum JEHOVÆ.

29. Nonne ita *(eſt)* verbum Meum, ſicut ignis? dictum JEHOVÆ; & ſicut malleus, *(qui)* diſpergit petram?

30. Quapropter ecce, Ego *(ero)* contra Prophetas [dictum JEHOVÆ,] ſuffurantes verba Mea, vir à ſocio:

31. Ecce, Ego *(ero)* contra Prophetas, [dictum JEHOVÆ,] ſumentes blandam linguam ſuam, & dicentes; Oraculum *(eſt.)*

32. Ecce, Ego *(ero)* contra propheantes ſomnia mendacii [dictum JEHOVÆ,] & *(qui)* narrarunt ea, ut ſeducerent populum Meum per mendacia ſua, & per levitatem ſuam: cum Ego neque miſerim eos, neque præceperim iis; ſed proficiendo non proderunt populo huic; dictum JEHOVÆ.

33. Quando verò interrogaverint te populus hic, aut Propheta, aut Sacerdos, dicendo; quodnam onus JEHOVÆ? dicito ad eos, quodnam onus ſit, nimirum deſerui vos; dictum JEHOVÆ.

34. Interea Propheram, aut Sacerdotem, aut populum, qui dixerit, onus JEHOVÆ, quod attinet: viſitabo ſuper virum hunc, & ſuper domum Ejus.

35. Sic *(enim)* dicetis vir ad ſocium ſuum, & vir ad fratrem ſuum; quid reſpondit JEHOVAH? aut quid locutus eſt JEHOVAH?

36. Oneris autem JEHOVÆ non memineritis amplius: quia onus erit vito verbum Ejus. At vertiſtis verba DEI vivi, JEHOVÆ Zebaoth, DEI noſtri.

37. (*Ideò*) ſic dices ad Prophetam; quid reſpondit tibi JEHOVAH? aut, quid locutus eſt JEHOVAH?

38. Quod ſi, onus JEHOVÆ, dixeritis: propterea ſic dixit JEHOVAH; ideò quod dicitis verbum hoc, onus JEHOVÆ, cum miſerim

miſerim ad vos, dicendo; non dicetis onus JEHOVÆ:

39. Propterea *(inquam)* ecce Me, obliviſcendo obliviſcar veſtri; & abjiciam vos, urbemque, quam dedi vobis & Patribus veſtris, à coram faciebus Meis.

40. Et ponam ſuper vos ignominiam ſeculi, & opprobrium ſeculi, quod non tradetur oblivioni.

CAP. XXIV.

Partes hoc Caput habet duas. I. Eſt Viſionis duorum calathorum deſcriptio. à v. 1. II. Eſt viſionis duorum calathorum expoſitio. à v. 3.

OStendit mihi JEHOVAH, cùm, ecce *(eſſent)* duæ corbes ficuum, conſtitutæ coram templo JEHOVÆ; poſtquam tranſportaverat Nebucadrezar, Rex Babelis, Jechonjam, filium Jojakimi, Regem Judæ, & Principes Judæ, & fabrum, & clauſtrarium ex Hieroſolymis, & deduxerat eos Babelem.

2. Una corbis *(erant)* ficus bonæ valdè, ſicut ficus primitias ferentium; altera autem corbis ficus *(erant)* malæ valdè, quæ comedi non poterant præ malitia.

3. Dixit itaque JEHOVAH ad me; quid tu vides, Jirmejahu? Cui dixi; Ficus: ficus bonæ, *(ſunt)* bonæ valdè; at malæ, *(ſunt)* malæ valdè, quæ non comeduntur præ malitia.

4. Tum factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo;

5. Sic dixit JEHOVAH, DEUS Iſraëlis: ſicut ficus bonæ hæ *(ſunt:)* ita agnoſcam migrationem Judæ, quam dimiſi ex loco hoc *(in)* terram Chaldæorum, in bonum:

6. Et ponam oculos Meos ſuper eos in bonum, ac reducam eos ſuper terram hanc; & ædificabo eos, non autem deſtruam; & plantabo eos, non autem evellam.

a) *Ier. 31, 33. Hebr. 8, 10.* 7. Dabo [a] etiam iis cor ad cognoſcendum Me, quod Ego *(ſim)* JEHOVAH; eruntque Mihi in populum, & Ego ero iis in DEUM; convertentur enim ad Me in toto corde ſuo.

b) *Ier. 29, 17.* 8. At [b] ſicut ficus malæ, quæ comedi non poſſunt præ malitia, *(reliqui ſunt:)* ita namque dixit JEHOVAH, ſic dabo Zedekijam, Regum Judæ, & Principes ejus, & reliquias Hieroſolymæ, relictos in terra hac, & habitantes in terra Ægypti.

9. Dabo namque eos in commotionem, in malum omnibus regnis terræ: in opprobrium & in proverbium; in dicterium & in maledictionem, in omnibus locis, quo expulſurus ſum eos.

10. Ac mittam in eos gladium, famem & peſtem, donec conſumentur à ſuper terra, quam dedi ipſis & Patribus eorum.

CAP. XXV.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Habet prophetiam de divina variorum populorum per Babylonios pœna. à v. 1. II. Prophetia hujus per ſimilitudinem & imaginem illuſtrationem. à v. 15.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam ſuper univerſum populum Judæ, in anno quarto, *(qui)* Jojakimo, filio Joſijæ, Regi Judæ: hic annus primus *(erat, qui)* Nebucadrezari, Regi Babelis.

2. Quod *(inquam)* locutus eſt Jeremias Propheta ſuper univerſum populum Judæ, & ſuper omnes habitatores Hieroſolymæ, dicendo:

3. A tertio decimo anno, *(qui)* Joſijæ, filio Amonis, Regi Judæ, uſque ad diem hunc, hos tres & viginti annos, factum eſt verbum JEHOVÆ ad me: & locutus ſum ad vos matutinando & loquendo non tamen audiviſtis.

4. Sed & miſit JEHOVAH ad vos omnes ſervos ſuos, Prophetas matutinando & mittendo; attamen non audiviſtis, neque inclinaſtis aurem veſtram ad audiendum.

5. Dicendo *(nimirum;)* [a] Revertimini, agite, vir à via ſua mala, & à malitia operum ſuorum, & habitate ſuper terra, quam dedit JEHOVAH vobis & Patribus veſtris, à ſeculo uſque in ſeculum: a) *2. Reg. 17, 13. Ier. 18, 11. 35, 15. Ion. 3, &*

6. Ne autem abeatis poſt deos alios, ad ſerviendum illis, & ad incurvandum vos illis; neque provocetis Me ad iram per opus manuum veſtrarum, ut non malum faciam vobis.

7. Sed non obediviſtis Mihi; dictum JEHOVÆ, ut provocaretis ad iram Me per opus manuum veſtrarum in malum vobis.

8. Propterea ſic dixit JEHOVAH Zebaoth

baoth; propterea quod non audiviſtis verba Mea:

9. Ecce, Ego (*ſum*) mittens, & accipiam omnes familias ſeptentrionis [dictum JEHOVÆ,] & ad Nebucadrezarem, Regem Babelis, ſervum Meum (*mittam,*) & adducam eos ſuper terram hanc, & contra omnes habitatores ejus, & contra omnes gentes illas circumcirca, & devotioni dabo eas, & ponam eas in deſolationem, & in deriſionem, & in vaſtitates ſeculi:

10. Et abrogabo ex iis vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, vocem molarum & lucem lucernæ.

11. Ut ſit tota terra in deſolationem, in devaſtationem: ſervient autem gentes hæ Regi Babelis [b] ſeptuaginta annos.

b) *2. Paral. 36, 21, 22. 1. Eſd. 1, 1. Ier. 29, 10. Dan 9, 2*

12. Fiet enim; quum impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper Regem Babelis, & ſuper gentem hanc [dictum JEHOVÆ] iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum, ponamque eum in deſolationes ſeculi.

13. Ut adducam ſuper terram iſtam omnia verba Mea, quæ locutus ſum contra eam: omne, inquam, quod ſcriptum eſt in libro hoc, quod prophetavit Jeremias contra omnes gentes.

14. Nam ſervire facient eos etiam ipſos gentes multæ, & Reges magni: ut retribuam iis juxta opus ipſorum, & juxta factum eorum.

15. Ita enim dixit JEHOVAH, DEUS Jiſraëlis, ad me: ſume calicem vini, (*calicem*) iræ hunc è manu Mea, & bibere fac illum omnes gentes, ad quas Ego mittens (*jum*) te:

16. Ut bibant & titubent, & inſaniant propter gladium, quem Ego (*ſum*) miſſurus inter eos.

17. Accepi itaque calicem è manu JEHOVÆ, & bibere feci omnes gentes, ad quas miſit me JEHOVAH:

18. Hieroſolymam & urbes Judæ, & Reges ejus, & Principes ejus, ad tradendum eos in deſolationem, in devaſtationem, in deriſionem, & in maledictionem, ſicut die hoc:

19. Pharaonem, Regem Ægypti, & ſervos ejus, & Principes ejus; & omnem populum ejus.

20. Item univerſam Arabiam, & omnes Reges terræ Uz; & omnes Reges terræ Philiſthæorum, & Aſchkelonem, & Gazam, & Ekronem, & reliquias Alchdodi:

21. Edomum, & Moabum; & filios Ammonis:

22. Et omnes Reges Tyri; & omnes Reges Zidonis; & omnes Reges inſulæ, quæ (*eſt*) in tranſitu maris.

23. Dedanem & Themam, & Bus, & omnes abſciſſos anguli.

24. Et omnes Reges Arabiæ, & omnes Reges occidentis, habitantes in deſerto;

25. Et omnes Reges Simri, & omnes Reges Elam, & omnes Reges Mediæ:

26. Et omnes Reges Septentrionis, propinquos & longinquos, virum cum ſocio ſuo; & omnia regna terræ, quæ (*ſunt*) ſuper faciebus terræ: at Rex Scheſchach bibet poſt eos.

27. Dices ergò ad eos; ſic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jiſraëlis; [c] bibite, & inebriamini, & evomite, & cadite, nec reſurgite, propter gladium, quem Ego (*ſum*) miſſurus inter vos.

c) *Ier. 51, 58*

28. Fiet verò: quando renuerint accipere calicem è manu tua ad bibendum; dices ad eos; ſic dixit JEHOVAH Zebaoth; bibendo (*tamen*) bibetis.

29. Ecce, enim [d] in urbe, ſuper quam nominatur Nomen Meum, Ego (*ſum*) incipiens ad faciendum malum: ergóne vos innocentes exiſtendo exiſteris? non innocentes exiſtetis: quia gladium Ego (*ſum*) vocans ſuper univerſos habitatores terræ; dictum JEHOVÆ Zebaoth.

d) *1. Pet. 4, 17.*

30. Quare tu [e] prophetabis contra eos omnia verba hæc, diceſque ad eos; JEHOVAH ex alto rugiet, & ex habitaculo Sanctitatis Suæ edet vocem Suam: rugiendo rugiet contra habitaculum Suum; Hedad, ſicut calcantes (*torcular,*) reſpondebit erga omnes habitatores terræ.

e) *Ioel. 3, 16. Am. 1, 2*

31. Venit tumultus uſque ad finem terræ; quia lis JEHOVÆ contra gentes (*eſt;*) judicium intrabit cum omni carne: impios tradet gladio; dictum JEHOVÆ.

32. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; ecce, malum exibit de gente ad gentem, & procella

cella magna excitabitur à lateribus terræ.

33. Eruntque confoſſi JEHOVÆ in die illo à fine terræ uſque ad finem terræ: non plangentur, neque colligentur, neque ſepelientur; in ſtercus ſuper faciebus terræ erunt.

34. Ejulate, Paſtores, & clamate, & volvite vos potentes gregis; quia impleti ſunt dies veſtri ad mactandum; & diſperſionum veſtrarum, ut cadatis ſicut vas deſiderii.

35. Peribit autem refugium à paſtoribus, & ereptio à potentibus gregis.

36. Vox clamoris paſtorum (*eſt,*) & ejulatus potentium gregis: quia vaſtans (*eſt*) JEHOVAH paſcuum eorum.

37. Unde devaſtatæ ſunt caulæ pacis; propter ardorem iræ JEHOVÆ.

38. Deſeruit, ſicut leo juvenis, tabernaculum ſuum: quia redacta eſt terra eorum in deſolationem, propter ardorem defraudationis (*defraudati Jehova*) & propter ardorem iræ ejus.

CAP. XXVI.

Partes Caput hoc tres habet. I. Eſt Concio Legalis prophetæ contra populum Iudaicum. à v. 1. II. Sacerdotum Hieroſolymitanorum, falſorum prophetarum & populi peſſimus contra Prophetam Ieremiam conatus. à v. 7. III. Principum Iuda interventio pro propheta. à v. 10.

IN principio regni Jojakimi, filii Joſijæ, Regis Judæ, factum eſt verbum hoc à cum JEHOVAH, dicendo;

2. Sic dixit JEHOVAH; ſta in atrio domus JEHOVÆ, & loquere ſuper omnes urbes Judæ, ingredientes ad incurvandum ſe in domo JEHOVÆ, omnia verba, quæ præcepi tibi, ad loquendum ad eos; ne diminuas verbum.

3. Forte audient & revertentur vir à via ſua prava, ut pœniteat Me mali; quod Ego (*ſum*) cogitans facere illis ob malitiam operum eorum.

4. Porrò dices ad eos; ſic dixit JEHOVAH; ſi non obediveritis Mihi, ad eundum in lege Mea, quam dedi coram vobis.

5. Ut audiatis verba ſervorum Meorum, Prophetarum, quos Ego (*ſum*) mitteus ad vos, & (*quidem*) matutinando & mittendo, nec (*tamen*) audiveritis:

a) *1. Sa. 4, 3. ſeq. Ier. 7, 14*

6. Dabo [a] domum hanc, ſicut Schiluntem; & urbem hanc dabo in maledictionem omnibus gentibus terræ.

7. Audiverunt verò Sacerdotes & Prophetæ & univerſus populus Jeremiam loquentem verba hæc in domo JEHOVÆ:

8. Factum ergò eſt: quum abſolviſſet Jeremias loqui omnia, quæ præceperat JEHOVAH loqui ad univerſum populum: apprehenderunt eum Sacerdotes & Prophetæ, & univerſus populus, dicendo; moriendo morieris.

9. Quare (*enim*) prophetaſti in Nomine JEHOVÆ, dicendo; ſicut Schilo erit domus hæc, & urbs hæc devaſtabitur, ut non (*ſit*) habitator? Congregatus (*itaq;*) eſt univerſus populus contra Jeremiam in domo JEHOVÆ.

10. Verum audiverunt Principes Judæ verba hæc; ideò aſcenderunt è domo Regis (*in*) domum JEHOVÆ, ſederuntque in oſtio portæ JEHOVÆ novæ.

11. Tum dixerunt Sacerdotes & Prophetæ ad Principes, & ad univerſum populum, dicendo: reatus mortis (*eſt*) viro huic: quia prophetavit contra urbem hanc, quemadmodum audiviſtis auribus veſtris.

12. Sed dixit Jeremias ad omnes Principes & ad univerſum populum, dicendo; JEHOVAH miſit me ad prophetandum contra domum hanc, & contra urbem hanc, omnia verba, quæ audiviſtis.

13. Jam ergò [b] bonas reddite vias veſtras, & opera veſtra, & obedite voci JEHOVÆ, DEI veſtri: pœnitebit enim JEHOVAM mali, quod locutus eſt contra vos.

b) *Ier. 7, 3.*

14. Me quidem (*quod attinet;*) Ecce, Ego (*ſum*) in manibus veſtris: facite mihi, ſicut bonum, & ſicut rectum (*eſt*) in oculis veſtris.

15. Attamen ſciendo ſciatis, quod ſi occideritis vos me; quod (*inquam*) ſanguinem innocentem vos (*ſitis*) daturi ſuper vos, & ſuper urbem hanc, & ſuper habitatores ejus: quia in veritate miſit me

JEHO-

JEHOVAH ad vos, ad loquendum in auribus vestris omnia verba hæc.

16. Dixerunt ergò Principes, & universus populus ad Sacerdotes, & ad Prophetas; non (*est*) viro huic reatus mortis, quia in Nomine JEHOVÆ, DEI nostri, locutus est ad nos.

17. Surrexerunt insuper viri de Senioribus terræ, dixeruntque ad universum cœtum populi, dicendo:

c) *Mich.* 1, 1. 18. Michah [c] Morasthæus fuit prophetans in diebus Hiskijæ, Regis Judæ; dixitque ad universum populum Ju-
d) *Mich.* 3, 12. dæ, dicendo; sic dixit [d] JEHOVAH Zebaoth; Zijon (*sicut*) ager arabitur, & Hierosolyma acervi erit; mons autem domus in excelsa sylvæ.

19. Num occidendo occiderunt eum Hiskijah, Rex Judæ, & universa Judah? nonne timuit JEHOVAM, & deprecatus est facies JEHOVÆ; pœnituitque JEHOVAM mali, quod locutus erat contra eos? Ergo ne nos (*erimus*) facientes malum magnum contra animas nostras?

20. (*Alij quidem contra dixerunt:*) Atqui etiam vir fuit prophetans in Nomine JEHOVÆ, Urija, filius Schemajæ, de Kiriath-Jearim: prophetavit autem contra urbem hanc, & contra terram hanc, juxta omnia verba Jeremiæ.

21. Cum verò audivit Rex Jojakimus, & omnes potentes ejus, & omnes Principes verba ejus; quæsivit Rex occidere eum. Cumque audivisset Urija, timuisserque sibi, & fugisset, venisset in Ægyptum:

22. Misit Rex Jojakimus viros (*in*) Ægyptum; Elnathanem, filium Achboris, & viros cum eo ad Ægyptios;

23. Qui reduxerunt Urijam ex Ægypto, adduxeruntque eum ad Regem Jojakimum; qui percussit eum gladio, projecitque cadaver ejus inter sepulcra filiorum populi.

24. Veruntamen manus Achikami, filii Schaphanis, fuit cum Jeremia, ut non daret eum in manum populi ad occidendum eum.

CAP. XXVII.

Partes hujus Capitis sunt quatuor. I. Est brevis totius Capitis titulus. v. 1. II. Prophetia Jeremiæ ad diversos Reges missa. à v. 2. III. Prophetia ad Regem Zedekiam, ejusdem argumenti. à v. 12. IV. Similis prophetia ad Sacerdotes & populum, maximè contra falsos prophetas. à v. 16.

IN principio regni Jojakimi, filii Josiæ, Regis Judæ, factum est verbum hoc ad Jeremiam à cum JEHOVAH, dicendo:

2. Sic dixit JEHOVAH ad me; fac tibi vincula & juga, & dato ea super collum tuum;

3. Deinde mittito ea ad Regem Edomi, & ad Regem Moabi, & ad Regem filiorum Ammonis, & ad Regem Tyri, & ad Regem Zidonis, per manum legatorum, venientium Hierosolymam ad Zedekijam, Regem Judæ:

4. Præceptumque dato iis ad dominos eorum, dicendo; sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jisraëlis; ita dicetis ad dominos vestros:

5. Ego feci terram, hominem, & bestiam, quæ super faciebus terræ (*est*;) per virtutem Meam magnam, & per brachium Meum extensum; do autem eam ei, qui rectus (*est*) in oculis Meis.

6. Jam [a] verò dedi Ego omnes terras has in manum Nebucadrezaris, Regis Babelis, servi Mei: imò etiam feram agri dedi illi, ut serviat illi. a) *Dan.* 4, 19.

7. Servient ergò illi omnes gentes, & filio ejus; usque dum venerit tempus terræ ejus, etiam ipsius; quo servire facient illum gentes multæ, & Reges magni.

8. Fiet verò populo aut regno, quæ non servient illi, Nebucadrezari, (*inquam*) Regi Babelis, & ei, qui non tradiderit collum suum sub jugum Regis Babelis: gladio, & fame, & peste visitabo super gentem hanc, dictum JEHOVÆ, donec consumam eos per manum ejus.

9. Vos itaque [b] ne audite Prophetas vestros, & divinatores vestros, & somnia vestra, & auguratores vestros, & præstigiatores vestros, qui (*erunt*) dicentes ad vos, dicendo; non servietis Regi Babelis. b) *Jer.* 14, 14. 29, 8. 9.

10. Quia mendacium illi (*sunt*) prophetantes vobis, ut elongent vos à terra vestra, & dispellam vos, pereatisque.

11. Contra quod ad gentem, quæ subdet collum suum jugo Regis Babelis, servietque illi, relinquam eam super terra sua, [dictum JEHOVÆ] ut colat eam, & habitet in ea.

12. Quare ad Zedekijam, Regem Judæ, locutus sum, juxta omnia verba hæc, dicendo (*insuper*;) subdite colla vestra jugo Regis Babelis, serviteque ei, & populo ejus: & vivite.

13. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, fame & peste? sicut locutus est JEHOVAH contra gentem, quæ non serviverit Regi Babelis.

c) *Jer.* 14, 14. 23, 16. 29, 8. 9. 14. Nec audite verba [c] Prophetarum, dicentium ad vos, dicendo; non servieris Regi Babelis: quia mendacium illi (*sunt*) prophetantes vobis.

15. Quia non misi eos, dictum JEHOVÆ: sed illi prophetantes (*sunt*) in Nomine Meo per mendacium; ut dispellam vos, pereatisque, vos & Prophetæ vestri, prophetantes vobis.

16. Insuper ad Sacerdotes, & ad universum populum hunc locutus sum, dicendo; sic dixit JEHOVAH, ne audiatis verba Prophetarum vestrorum, prophetantium vobis, dicendo; Ecce, vasa domus JEHOVÆ (*erunt*) reducta è Babele jam citò: nam mendacium illi (*sunt*) prophetantes vobis.

17. Ne (*itaque*) audiatis eos; (*sed*) servite Regi Babelis, & vivite: quare (*enim*) fiet urbs hæc devastata?

18. Quod si Prophetæ illi (*sunt*,) & si est verbum JEHOVÆ cum illis: intercedant, quæso, apud JEHOVAM Zebaoth, ut non veniant vasa residua in domo JEHOVÆ, & in domo Regis Judæ, & in Hierosolyma, Babelem.

19. Ita namque dixit JEHOVAH Zeba-
d) 2. Reg. 25, 13. oth de [d] columnis, & de mari, & de basibus, & de residuo vasorum, relictorum in urbe hac:

20. Quæ non sumsit Nebucadnezar, Rex Babelis, quum transportaret Jechonjam, filium Jojakimi, Regem Judæ, ex Hierosolyma Babelem; & omnes primores Judæ, & Hierosolymæ:

21. Ita namque (*inquam*) dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jisraëlis, de vasis residuis in domo JEHOVÆ, & in domo Regis Judæ, & Hierosolymis;

22. Babelem abducentur, ibique erunt usque ad diem, quo visitavero eos, dictum JEHOVÆ: tum ascendere faciam ea, & reducam ea ad locum hunc.

CAP. XXIIX.

Partes hujus Capitis sunt duæ. I. Habet contentionem Chananjæ, prophetæ falsi, cum Jeremia, propheta vero. v. 1. II. Prophetiam Jeremiæ contra Chananjam. à v. 12.

CÆterum factum est eodem anno, in principio regni Zedekijæ, Regis Judæ, in anno quarto, in mense quinto; dixit ad me Chananjah, filius Assuris Prophetæ, qui de Gibeone, in domo JEHOVÆ, coram oculis Sacerdotum, & universi populi, dicendo;

2. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jisraëlis, dicendo; fregi jugum Regis Babelis.

3. Intra adhuc biennium dictum, Ego reducam ad locum hunc omnia vasa domus JEHOVÆ, quæ sumsit Nebucadnezar Rex Babelis, ex loco hoc, abduxitque ea Babelem.

4. Jechonjam quoque, filium Jojakimi, Regem Judæ, & omnem migrationem Judæ, qui venerunt Babelem, Ego reducam ad locum hunc, dictum JEHOVÆ: quia frangam jugum Regis Babelis.

5. Verum dixit Jeremias Propheta, ad Chananjam Propheram, coram oculis Sacerdorum, & coram oculis totius populi, stantium in domo JEHOVÆ:

6. Dixit, inquam, Jeremias Propheta; Amen: ita faciat JEHOVAH: stabiliat JEHOVAH verba tua, quæ prophetastis ut reducat vasa domus JEHOVÆ, & universam migrationem ex Babele ad locum hunc:

7. Attamen audi, quæso, verbum hoc, quod ego (*sum*) loquens in auribus tuis, & in auribus totius populi:

8. Prophetæ, qui fuerunt ante me, & ante te à ſeculo, prophetarunt ſuper terras multas, & ſuper regna magna de bello, & de malo & de peſte.

9. Propheta, qui prophetat de pace, quum venerit verbum Prophetæ, cognoſcetur (*inquam*) Propheta quod miſerit eum JEHOVAH in veritate.

10. Tum ſumſit Chananjah Propheta jugum à-ſuper collo Jeremiæ Prophetæ, fregitque illud:

11. Dixitque Chananjah coram oculis totius populi, dicendo; Sic dixit JEHOVAH; ita frangam jugum Nebucadnezaris, Regis Babelis, intra biennium dictum, deſuper collo omnium gentium: Abivit autem Jeremias in viam ſuam.

12. Sed factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jeremiam, poſtquam fregit Chananjah Propheta jugum deſuper collo Jeremiæ Prophetæ, dicendo;

13. (*Ito*) eundo, & dicito ad Chananjam, dicendo: ſic dixit JEHOVAH; juga ligni fregiſti: ſed facito loco eorum juga ferri:

14. Quoniam ſic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jiſraëlis; jugum ferri dedi ſuper collum omnium gentium iſtarum, ut ſerviant Nebucadnezari, Regi Babelis, & ſervient illi: quin etiam feram agri dedi illi.

15. Prætereà dixit Jeremias Propheta ad Chananjam Prophetam; audi, quæſo, Chananjah, non miſit te JEHOVAH; tu tamen feciſti confidere populum hunc ſuper mendacio.

16. Quare ſic dixit JEHOVAH, Ecce, Ego (*ſum*) projiciens te à-ſuper faciebus terræ: hoc anno tu (*eris*) moriens; quia rebellionem locutus es contra JEHOVAM.

17. Mortuus itaque eſt Chananjah Propheta in anno hoc, menſe ſeptimo.

CAP. XXIX.

Partes hujus Capitis ſunt tres. I. Eſt titulus Epiſtolæ Ieremiæ ad captivos in Babel miſſæ. à v. 1. II. Epiſtola Exordium. v. 4. III. Res ſeu contenta Epiſtolæ. à v. 5.

PROHÒ hæc (*ſunt*) verba epiſtolæ, quam miſit Jeremias Propheta ex Hieroſolyma, ad reſiduum Seniorum migrationis, & ad Sacerdotes, & ad Prophetas, & ad univerſum populum, quem tranſportavit Nebucadnezar ex Hieroſolyma Babelem:

2. Poſtquam exivit Jechonja Rex, & Domina & Eunuchi, Principes Judæ & Hieroſolymæ, & faber, & clauſtrarius ex Hieroſolyma:

3. Per manum Eleaſæ, filii Schaphanis, & Gemarjæ, filii Chilkijæ, quos miſit Zedekija, Rex Judæ, ad Nebucadnezarem, Regem Babelis, Babelem: dicendo;

4. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jiſraëlis, univerſæ migrationi, quam migrare feci ex Hieroſolyma Babelem;

5. Ædificate domos, & inhabitate; & plantate hortos, ac comedite fructum eorum.

6. Accipite uxores, ac generate filios ac filias: accipite etiam filiis veſtris uxores, & filias veſtras date viris, ut pariant filios & filias: quo multiplicemini ibi, nec diminuamini.

7. Quærite autem pacem urbis, quo migrare feci vos, & orate pro ea ad JEHOVAM: nam in pace ejus erit vobis pax.

8. Quoniam ſic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jiſraëlis, [a] ne decipiant vos Prophetæ veſtri, qui (*ſunt*) in medio veſtri, & divinatores veſtri, neque attendite ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis. a) Ier. 14.14. & 23.25.

9. Nam per mendacium illi (*ſunt*) prophetantes vobis in Nomine Meo: non miſi eos, dictum JEHOVÆ.

10. Quia ſic dixit JEHOVAH; omnino, [b] quum impleti fuerint Babeli ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & ſtabiliam ſuper vobis verbum Meum bonum, ut reducam vos ad locum hunc. b) 2. Par. 36. 21. Ier. 25.11. Dan. 9.2. 1. Eſr. 1.1.

11. Ego enim novi cogitationes, quas Ego (*ſum*) cogitans ſuper vos; dictum JEHOVÆ, cogitationes pacis, & non in malum, ut dem vobis poſteritatem & ſpem.

12. Quare invocate Me, & abite, & orate ad Me: exaudiam enim vos.

13. Et quærite Me, invenietis enim; quando quæſiveritis Me in toto corde veſtro.

14. Inveniar, inquam, vobis [dictum JEHOVÆ] & convertam captivitatem veſtram, & congregabo vos ex omnibus gentibus, & ex omnibus locis, quo depuli vos, [dictum JEHOVÆ] & reducam vos ad locum, unde migrare feci vos.

15. Dicetis namque; excitavit nobis JEHOVAH Prophetas in Babel.

16. Ita namque dixit JEHOVAH de Rege, ſedente ſuper throno Davidis, & de univerſo populo, habitante in urbe hac, fratribus veſtris, qui non exiverunt vobiſcum Babelem:

17. Sic (*inquam*) dixit JEHOVAH Zebaoth, Ecce, Ego (*ſum*) mittens in eos gladium, & famem, & peſtem; daboque eos, [c] ſicut ficus malas, quæ non comedi poſſunt præ malitia. c) Ier. 24.8.

18. Inſuper perſequar poſt eos gladio, fame & peſte, daboque eos in commotionem omnibus regnis terræ, in maledictionem, & in ſtuporem, & in deriſionem, & in opprobrium inter omnes gentes, quo depulſurus ſum eos:

19. Propterea quod non attenderunt ad verba Mea, [dictum JEHOVÆ] quod miſi ad eos ſervos Meos, Prophetas, matutinando & mittendo, neque audiverunt, dictum JEHOVÆ:

20. Vos autem audite verbum JEHOVÆ; omnis migratio, quam miſi ex Hieroſolyma Babelem:

21. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jiſraëlis, contra Achabum, filium Kolajæ, & contra Zedekijam, filium Maaſejæ, prophetantes vobis in Nomine Meo mendacium; Ecce, Ego (*ſum*) dans eos in manum Nebucadrezaris, Regis Babelis, qui percutiet eos coram oculis veſtris.

22. Ita ut ſumatur de iis maledictio univerſæ migrationi Judæ, quæ in Babele, dicendo; ponat te JEHOVAH, ſicut Zedekijam, & ſicut Achabum, quos torruit Rex Babelis igne.

23. Propterea quod fecerunt ſtultitiam in Jiſraële, & mœchati ſunt cum uxoribus, ſociorum ſuorum, locutique ſunt verbum in Nomine Meo, mendaciter, quod non præcepi iis; Ego autem (*ſum*) ſciens, & teſtis; dictum JEHOVÆ.

24. Sed ad Schemajam, Nechelamitam dices, dicendo;

25. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jiſraëlis, dicendo; Propterea quod tu miſiſti in Nomine tuo literas ad univerſum populum, qui in Hieroſolyma (*eſt*,) & ad Zephanjam, filium Maaſejæ, Sacerdotem, & ad omnes Sacerdotes, dicendo;

26. JEHOVAH dedit te Sacerdotem pro Jehojada Sacerdote, ut eſſetis præfecti in domo JEHOVÆ contra omnem virum inſanientem, & prophetantem; ita ut des eum in cippum & in nervum.

27. Jam ergò quare non increpaſti Jeremiam Anathothæum, prophetantem vobis?

28. Quandoquidem miſit ad nos Babelem, dicendo: Longum eſt: ædificate domos, & habitate; & plantate hortos, ac comedite fructus eorum.

29. Propterea que quòd legit Zephanja Sacerdos epiſtolam hanc coram auribus Jeremiæ Prophetæ.

30. Sed factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jeremiam, dicendo;

31. Mitte ad univerſam migrationem, dicendo; ſic dixit JEHOVAH de Schemaja Nechelamita; propterea quod prophetavit vobis Schemaja, cum Ego non miſerim eum, & confidere fecit vos ſuper mendacio:

32. Propterea (*inquam*) ſic dixit JEHOVAH: Ecce, Ego (*ſum*) viſitans ſuper Schemajam Nechelamitam, & ſuper ſemen ejus; non erit illi vir habitans in medio populi hujus; neque videbit bonum, quod Ego (*ſum*) facturus populo Meo, dictum JEHOVÆ: quia rebellionem locutus eſt contra JEHOVAM.

CAP. XXX.

Caput hoc Partes duas habet. I. Continet brevem totius prophetiæ, hoc & ſequenti capite contentæ, inſcriptionem ſeu exordium. à v. 1. II. Incipit ipſam prophetiam, ſequenti capite abſolvendam. à v. 5.

VERbum, quod factum eſt ad Jeremiam à-cum JEHOVAH, dicendo;

2. Sic

2. Sic dixit JEHOVAH. DEUS Iſraëlis, dicendo; ſcribe tibi omnia verba, quæ locutus eram ad te, ſuper librum.

3. Quia, ecce, dies (*ſunt*) venturi [dictum JEHOVÆ] quibus converſurus ſum captivitatem populi Mei, Iſraëlis & Judæ, dixit JEHOVAH, & reducturus eos in terram, quam dedi patribus eorum, ac hereditariò poſſederunt eam.

4. Hæc autem (*ſunt*) verba, quæ JEHOVAH locutus eſt ſuper Iſraëlem, & ſuper Judam:

5. Omninò ſic dixit JEHOVAH; vocem trepidationis audivimus: timor (*eſt,*) non autem pax.

6. Interrogate, agite, & videte; num pariens (*eſt*) mas? quare (*ergò*) vidi omnem virum, (*quod*) manus ejus ſuper lumbis ejus, ſicut parientis; & converſæ ſint omnes facies in pallorem?

a) *Ioel. 2, 11. Am. 5, 18. Soph. 1, 15.*

7. Heu! [a] quia magnus (*erit*) dies hic, ut non (*ſit*) ſicut ille, & tempus anguſtiæ hoc Jacobo: ideò ex eo ſervabitur.

8. Fiet ergò in die hoc, dictum JEHOVÆ Zebaoth; frangam jugum ejus deſuper collo tuo; & vincula tua avellam; ita ut non ſervire faciant eum amplius alieni,

9. Verum ſervient JEHOVÆ DEO ſuo, & Davidi, Regi ſuo, quem excitabo eis.

b) *Eſa. 54, 2. Jer. 46, 27.*

10. Tu ergò ne timeas, [b] ſerve Mi, Jacob, dictum JEHOVÆ; & ne terreatis Iſraël: quia, ecce, Ego (*ſum*) ſervans te è longinquo, & ſemen tuum è terra Captivitatis ſuæ, tum revertetur Jacob, & tranquillus atque quietus (*erit,*) nec (*erit*) territans.

11. Tecum enim Ego (*ſum,*) dictum JEHOVÆ, ad ſervandum te: quoniam faciam conſummationem in omnibus gentibus, quo diſperſi te: ſed tecum non faciam conſummationem; caſtigabo, inquam, te juxta judicium, neque innocentem reddendo reddam.

12. Quia ſic dixit JEHOVAH, deſperatum (*quidem eſt*) contractioni tuæ, ægra plaga tua:

13. Non (*eſt*) judicans judicium tuum ad ſanitatem: medicamenta reſtitutionis non (*ſunt*) tibi.

14. Omnes amaſii tui obliti ſunt tui, te non quærunt: quia [c] plaga hoſtis percuſſi te, caſtigatione tyranni, propter multitudinem iniquitatis tuæ, (*quod*) plurima facta peccata tua.

15. Quid clamas ſuper contractione tua? (*quod*) deſperatus dolor tuus? propter multitudinem iniquitatis tuæ, quod plurima facta peccata tua, feci hæc tibi.

16. Ideò (*tamen*) omnes comedentes te comedentur, & omnes hoſtes tui, omnes (*inquam*) in captivitatem abibunt: eruntque prædatores tui in prædam, & omnes direptores tui dabo in direptionem.

17. Aſcendere enim faciam ſanitatem tibi, & à plagis tuis ſanabo te, dictum JEHOVÆ: eò quod depulſam vocarunt te; Zijon (*eſt*) ea, cui quærens non (*eſt.*)

18. Sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*ſum*) reducens captivitatem tentoriorum Jacobi, & habitaculorum ejus miſerebor; ut ædificetur urbs ſuper tumulo ſuo, & palatium juxta morem ſuum habitabitur.

19. Tum exibit ex iis confeſſio, & vox ludentium: multiplicaboque eos, ut non diminuantur, & numeroſos eos reddam, ut non minores fiant.

20. Eruntque filii ejus, ſicut olim, & congregatio ejus coram Me conſtabit: contra viſitabo ſuper omnes oppreſſores ejus.

21. Tunc erit magnificus ejus ex ipſo, & dominator ejus è medio ejus exibit: ac appropinquare faciam eum, & accedet ad Me: quis namque (*eſt*) ille, qui deſpondit cor ſuum ad accedendum ad Me? dictum JEHOVÆ.

22. Ita eritis Mihi in populum, Ego verò ero vobis in DEUM.

23. Ecce, procella JEHOVÆ, (*procella*) iræ exibit; procella irruens; ſuper caput impiorum irruet.

24. Non avertetur ardor iræ JEHOVÆ, donec fecerit Ille, & donec ſtabiliverit Ille cogitationes cordis Sui: in poſteritate dierum intelligetis illud.

CAP. XXXI.

Continuat hoc capit prophetiam ſup. Cap. ceptam, habetq. partes ſeptem. I. Eſt promiſſio populi Iſraëlitici in gratiam recipiendi. à v. 1. II. Promiſſio ejuſdem congregandi. à v. 8. III. Gentilium ad Iſraëlem congregatio. à v. 10. IV. Determinatio temporis adventus Meſſiæ. à v. 15. V. Promiſſio liberationis Ephrajimi, in ſpecie. à v. 18. VI. Promiſſio ſpecialis Iudæ facta. à v. 23. VII. Promiſſio utrique, domui communis. à v. 27.

IN tempore illo [dictum JEHOVÆ] ero in DEUM omnibus familiis Iſraëlis, & illæ erunt Mihi in populum.

2. Sic dixit JEHOVAH; invenit gratiam in deſerto populus reſiduorum gladii: (*ivit*) eundo ad quietem dandum illi, Iſraëli.

3. E longinquo JEHOVAH apparuit mihi: & amore ſeculi amavi te; propterea traxi te (*per*) miſericordiam.

4. Denuò ædificabo te, ut ædificata ſis, ô virgo Iſraëlis: denuò adornabis tympana tua, & exibis in chorum ludentium.

5. Denuò plantabis vineas, in montibus Samariæ: plantabunt plantantes, & profanabunt.

6. Dies (*enim*) eſt, (*quo*) clamabunt a) *Eſa. 2, 3. Mich. 4, 2.* cuſtodes in monte Ephrajimi; [a] ſurgite, ut aſcendamus Zijonem, ad JEHOVAM, DEUM noſtrum.

7. Sic namque dixit JEHOVAH; cantate Jacobo gaudium, & clamate in capite gentium; audiri facite, laudate, & dicite, ſerva JEHOVAH populum Tuum, reliquias Iſraëlis.

8. Ecce, Ego (*ſum*) adducens eos è terra ſeptentrionis, & congregabo eos à lateribus terræ: inter eos (*erunt*) cœcus & claudus, gravida & pariens ſimul: cœtus magnus revertentur huc.

9. Cum fletu venient, & cum precibus adducam eos; ducam eos ad fontes aquarum, in via recti, (*ut*) non impingant in ea: ero enim Iſraëli in patrem, & Ephrajim (*erit*) primogenitus Meus ipſe.

10. Audite verbum JEHOVÆ gentes, & annuntiate in inſulis è longinquo: & dicite; Qui diſperſit Iſraëlem, congregabit eum, & cuſtodiet eum, ſicut paſtor gregem ſuum.

11. Quia redemit JEHOVAH Jacobum, & liberavit illum è manu fortioris illo.

12. Unde venient, & canent in altitudine Zijonis, & confluent ad bonum JEHOVÆ, ad triticum, & ad muſtum, & ad oleum, & ad filios gregis, & armenti: ſitque anima eorum ſicut hortus irriguus, neque addent dolere amplius.

13. Tunc lætabitur virgo in chorea, & adoleſcentes ac ſenes ſimul: convertam enim luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo eos è mœrore eorum.

14. Atque implebo animam Sacerdotum pinguedine; populus autem Meus bono Meo ſaturabuntur, dictum JEHOVÆ.

15. Sic dixit JEHOVAH; vox in Ramah (*quidem*) audita eſt, planctus, fletus amaritudinum: Rachel (*eſt*) deplorans ſuper filiis ſuis: renuit conſolationem accipere ſuper filiis ſuis; eò quod non (*ſit*) ullus.

16. (*Sed*) ſic dixit JEHOVAH; [b] inhibe vocem tuam à fletu, & oculos tuos à lachryma: quia eſt merces labori tuo, dictum JEHOVÆ; & revertentur è terra hoſtis. b) *Mat. 2, 18.*

17. Eſtque ſpes extremitati tuæ, dictum JEHOVÆ, revertentur enim filii in terminum ſuum.

18. Audiendo audivi Ephrajimum lugentem; caſtigaſti me, & caſtigatus ſum; ſicut vitulus, (*qui*) non aſſuetus (*eſt:*) converte me, ut convertar, quia Tu (*es*) JEHOVAH, DEUS meus.

19. Poſt namque quum converſus fuero, conſolationem habebo; & poſtquam agnitus fuero, plaudam ſuper femur: pudet me, & pudore ſuffuſus ſum; quia portavi opprobrium juventutis meæ.

20. Num filius pretioſus Mihi Ephrajimus? num natus deliciarum? nam poſtquam locutus fuero contra eum, recordando recordabor ejus iterum: propterea quod conturbata ſunt viſcera Mea illius miſerando miſerabor eum, dictum JEHOVÆ.

21. Conſtitue tibi ſigna, pone tibi columnulas, appone cor tuum ad ſemitam, viam, (*qua*) eas; revertere, ô virgo Iſraëlis, revertere ad urbes tuas has.

22. Quo-

22. Quousque circumvagaberis, ô filia aversa? quia creavit JEHOVAH novum in terra; fœmina circumdabit virum.

23. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jisraëlis; Adhuc dicent verbum hoc in terra Judæ, & in urbibus ejus, cum convertero captivitatem eorum; benedicat tibi JEHOVAH, habitaculum justitiæ, mons sanctitatis:

24. Ut habitent in te Judah, & omnes urbes ejus unà; agricolæ, & (*qui*) proficiscuntur cum grege.

25. Quoniam irrigabo animam lassam, & omnem animam, (*quæ*) dolet, implebo.

26. Super hoc evigilabo, & videbo; & somnus Meus dulcis erit Mihi.

27. Ecce, dies (*sunt*) venientes, dictum JEHOVÆ: quibus seminabo domum Jisraëlis, & domum Judæ, semine hominis, & semine bestiæ.

28. Fietque: sicut vigilans fui super iis ad evellendum, & ad destruendum, & ad evertendum, & ad perdendum, & ad faciendum malum: sic vigilabo super iis ad ædificandum, & ad plantandum; dictum JEHOVÆ.

c) Ezc. 18, 2. 29. In diebus [c] istis non dicent amplius; Patres comederunt labruscam; at dentes filiorum hebetati sunt.

30. Sed vir in iniquitate sua morietur: omnis hominis, qui comederit labruscam, hebetabuntur dentes.

d) Heb. 8, 8. 31. Ecce, [d] dies (*sunt*) venientes, dictum JEHOVÆ: quibus pangam cum domo Jisraëlis, & cum domo Judæ, fœdus novum.

32. Non sicut fœdus, quod pepigi cum Patribus eorum, quo die apprehendi manum eorum, ad educendum eos è terra Ægypti; quia illi irritum fecerunt fœdus Meum; ideò Ego dominatus sum in eos, dictum JEHOVÆ.

e) Ier. 24, 7. Heb. 8, 10. 33. Sed hoc (*est*) fœdus, quod pangam cum domo Jisraëlis post dies hos, dictum JEHOVÆ; [e] Dabo legem Meam in medio eorum, & super cor eorum scribam illam; eroque iis in DEUM, & ipsi erunt Mihi in populum.

f) Esa. 54, 13. Joh. 6, 45 34. [f] Neque docebunt amplius vir socium suum, aut vir fratrem suum, dicendo; cognoscite JEHOVAM: omnes enim cognoscent Me, à minimo eorum, usque ad maximum eorum; dictum JEHOVÆ: [g] quia propitius ero iniquitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius.

g) Act. 10, 43.

35. Sic dixit JEHOVAH, dans solem in lucem diei; statuta lunæ & stellarum in lucem noctis; commovens mare, ut tumultuentur fluctus Ejus; JEHOVAH Zebaoth Nomen Ejus (*est*:)

36. Si recesserint statuta hæc à-coram Me, dictum JEHOVÆ; etiam semen Jisraëlis cessabunt, ut non sint gens coram Me omnibus diebus.

37. Sic dixit JEHOVAH; si mensurabuntur cœli sursum, & perveſtigabuntur fundamenta terræ deorsum: Ego etiam reprobabo omne semen Jisraëlis, propter omne, quod fecerunt; dictum JEHOVÆ.

38. Ecce, dies (*sunt*) venientes, dictum JEHOVÆ; quibus ædificabitur urbs JEHOVÆ, à turri Chananeel, usque ad portam anguli:

39. Exibitque amplius linea mensuræ ante ipsam super collem Gareb: & circuibit ad Goah.

40. Et tota vallis cadaverum, & cineris, & omnes agri usque ad torrentem Kidronis, (&) usque ad angulum portæ equorum, versus ortum, sanctum (*erunt*) JEHOVÆ: non evelletur, neque everteтur amplius in seculum.

CAP. XXXII.

Partes hujus Capitis præcipuæ duæ sunt. I. Habet prophetiæ titulum. à v. 1. II. Prophetiam super emtione agri Chanameelis editam. In qua continentur (1.) emtionis antecedentia. à v. 6. (2.) ipsa emtionis contractus. à v. 9. (3.) consequentia contractus emtionis. à v. 16.

VErbum, quod factum est à-cum JEHOVAH, in anno decimo, (*qui*) Zedekijæ, Regi Judæ: hic annus (*erat*) annus octavus decimus, annus Nebucadrezaris.

2. Et tunc exercitus Regis Babelis (*erant*) obsidentes Hierosolymam; Jeremias autem Propheta fuit conclusus in atrio custodiæ, quæ (*in*) domo Regis Judæ.

3. Concluserat enim eum Zedekija, Rex Judæ, dicendo: quare tu (*es*) prophetans, dicendo; sic dixit JEHOVAH; Ecce, [a] Ego (*sum*) dans urbem hanc in manum Regis Babelis, ut capiat eam?

a) Ier. 21, 7. 27, 6. 34, 2. 38, 3.

4. [b] Zedekija autem, Rex Judæ, non eripietur è manu Chaldæorum; sed tradendo tradetur in manum Regis Babelis, loqueturque ore suo ad os hujus, & oculi ipsius oculos hujus videbunt.

b) item 39, 5.

5. Ac Babelem deducet Zedekijam, ut sit ibi, donec visitavero eum, dictum JEHOVÆ: quando pugnabitis cum Chaldæis, non prosperabimini.

6. Dixit itaque Jeremias; factum est verbum JEHOVÆ ad me, dicendo;

7. Ecce, Chanameel, filius Schallumi, patrui tui, veniens (*est*) ad te, dicendo; Eme tibi agrum meum, qui (*est*) in Anathoth; quia tibi (*est*) jus redemtionis ad emendum.

8. Venit ergò ad me Chanameel, filius patrui mei, juxta verbum JEHOVÆ, ad atrium custodiæ, dixitque ad me, Eme, quæso, agrum meum, qui (*est*) in Anathoth, quæ in terra Binjaminis; quia tibi (*est*) jus hereditatis, & tibi redemtio; eme tibi: cognovi verò, quod verbum JEHOVÆ hoc.

9. Emi itaque agrum à-cum Chanameele; filio patrui mei, qui in Anathoth; & appendi illi argentum, septem siclos & decem (*nummos*) argenti.

10. Scripsique in libro, & obsignavi, & attestari feci testes; appendi, inquam, argentum libra.

11. Deinde sumsi libellum emtionis, obsignatum, præceptum & statuta, & apertum:

12. Dedique libellum emtionis Barucho, filio Nerijæ, filii Machlejæ, coram oculis Chanameelis, patrueiis mei, & coram oculis testium, qui scripserant in libello emtionis, (&) in oculis omnium Judæorum, qui sedebant in atrio custodiæ:

13. Præcepique Barucho coram oculis eorum, dicendo;

14. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jisraëlis; (*accipe*) accipiendo libellos hos, libellum emtionis hunc, eumque obsignatum, & libellum apertum hunc, & pone eos in vas testæ, ut durent dies multos.

15. Quia sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jisraëlis: Adhuc ementur domus, & agri, & vineæ in terra hac.

16. Posteà oravi ad JEHOVAM; postquam (*scilicet*) dedi libellum emtionis Barucho, filio Nerijæ, dicendo:

17. Ah! Domine JEHOVIH; Ecce, Tu fecisti cœlum & terram, per virtutem Tuam magnam, & per brachium Tuum extensum: non mirabile est præ Te ullum verbum.

18. [c] Faciens (*es*) misericordiam in millenos, & retribuens iniquitatem Patrum in sinum filiorum eorum post eos: DEUS (*es*) magnus, potens, JEHOVAH Zebaoth Nomen Ejus:

c) Exod. 20, 5. 34, 7. Deut. 5, 9. 10.

19. Magnus consilio [d] & grandis opere, Tu (*es,*) cujus oculi (*sunt*) aperti super omnes vias filiorum hominis, ad dandum vito juxta vias ejus, & juxta fructum operum ejus.

d) Luc. 4, 17.

20. Qui posuisti signa, & miracula in terra Ægypti, (&) usque ad diem hunc, tum in Jisraële, tum (*in*) aliis hominibus; & fecisti Tibi Nomen, sicut die hoc (*est.*)

21. Eduxisti, inquam, populum Tuum Jisraëlem è terra Ægypti, per signa & per miracula, & per manum fortem, & per brachium extensum, & cum admiratione magna:

22. Dedistique iis terram hanc, quam juraveras Patribus eorum, ad dandum iis terram, fluentem lacte & melle:

23. Venerunt etiam, & hæreditatiò possederunt eam: sed non obediverunt voci Tuæ, & in lege Tua non ambularunt; omne, quod præcepisti eis ad faciendum, non fecerunt: unde obvenire fecisti eis omne malum hoc.

24. Ecce, valla venerunt (*usque ad*) urbem, ad capiendam eam; & urbs dabitur in manum Chaldæorum, pugnantium contra eam, propter gladium, & famem, & pestem: & quod locutus es, factum est; &, ecce, Tu videns.

27. Tu tamen dixisti ad me, Domine JEHOVIH; eme tibi agrum argento, & attestari fac testes: atqui urbs dabitur in manum Chaldæorum.

28. Tum factum est verbum JEHOVÆ ad Jeremiam, dicendo;

29. Ecce, Ego (*sum*) JEHOVAH, Deus omnis carnis: num præ Me mirabile erit ullum verbum?

30. Quare sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*sum*) dans (*quidem*) urbem hanc in manum Chaldæorum, & in manum Nebucadrezaris, Regis Babelis, ut capiat eam.

31. Et venient Chaldæi pugnantes contra urbem hanc; accendentque urbem hanc igne, & comburent eam, & domos,
e) *Ier. 19,13.* [e] super quarum tectis suffiverunt Baali, & libarunt libamina diis aliis, ut ad iram provocarent Me.

32. Fuerunt enim filii Jisraëlis, & filii Judæ tantummodo facientes malum in oculis Meis ab adolescentiis eorum: quia filii Jisraëlis tantummodo (*sunt*) provocantes Me ad iram per opus manuum eorum, dictum JEHOVÆ:

33. Unde sub ira Mea & sub excandescentia Mea fuit Mihi urbs hæc, inde à die, quo ædificarunt eam, usque ad diem hunc, ut removerem eam à coram faciebus Meis.

34. Propter omne malum filiorum Jisraëlis, & filiorum Judæ, quod fecerunt, ad provocandum Me ad iram, ipsi, Reges eorum, Principes eorum, Sacerdotes eorum, & Propheræ eorum, inprimis vir Judæ, & habitatores Hierosolymæ:

35. Obverterunt quoque Mihi cervicem, & non facies, ut, licet (*docuerim*) docendo eos, matutinando & docendo, non tamen illi (*fuerint*) audientes ad admittendum disciplinam.

f) *Ier. 7, 30.* 36. Sed [f] posuerint abominationes suas in domo, super quam nominatur Nomen Meum, ad polluendum eam.

g) *Ier. 7,31. 19,5.* 37. Insuper [g] ædificarunt excelsa Baalis, quæ in valle filii Hinnomi, ad traducendum filios suos, & filias suas, Molecho; de quo non præcepi iis, neque ascendit super cor Meum, ad faciendum abominationem hanc, ut peccare facerent Judam.

36. Attamen, nunc utique, sic dixit JEHOVAH, Deus Jisraëlis de urb hac, de qua vos dicitis; dabitur in manum Regis Babelis, per gladium, & per famem, & per pestem.

37. Ecce, Ego (*ero*) congregans eos ex omnibus terris, quò dispulero eos in ira Mea, & in excandescentia Mea, & in indignatione Mea magna; & reducam eos ad locum hunc, ac habitare faciam eos securè:

38. Eruntque Mihi in populum, ac Ego ero iis in Deum.

39. Daboque iis cor unum, & viam unam, ad timendum Me omnibus diebus, in bonum ipsis & filiis ipsorum post ipsos:

40. Feriamque ipsis fœdus seculi, quod non aversurus Me sim à post eos, ut benefaciam iis; timorem autem Meum dabo in cor eorum, ut non recedant ab-apud Me:

41. Unde gaudebo super iis ad faciendum bonum ipsis; & plantabo eos in terra hac, in veritate, in toto corde Meo, & in tota anima Mea.

42. Quia sic dixit JEHOVAH; Quemadmodum adduxi super populum hunc omne malum magnum hoc: sic Ego (*ero*) adducens super eos omne bonum, quod Ego (*sum*) loquens super eos.

43. Tum emetur ager in terra hac, de qua vos dicitis; desolatio illa (*est*) ita, ut non (*sit in ea*) homo aut bestia: dabitur in manum Chaldæorum.

44. Agros argento ement, idque scribendo in libello, & obsignando, & attestari faciendo testes; in terra Binjaminis, & in circuitibus Hierosolymæ, & in urbibus Judæ, & in urbibus montis, & in urbibus planitiei, & in urbibus meridiei: quia convertam captivitatem eorum, dictum JEHOVÆ.

CAP. XXXIII.

Partes hoc Caput habet tres. I. Brevis est, & titulum habet. v. 1. II. Brevis etiam est, habetque alloquium DEI ad prophetam, fidem & alacritatem ejus excitans. v. 2. 3. III. Præcipua Capitis pars est, ipsa scil. prophetia. à v. 4.

PRæterea factum est verbum JEHOVÆ ad Jeremiam secundùm: cum ille adhuc (*esset*) conclusus in atrio custodiæ, dicendo;

2. Sic dixit JEHOVAH, faciens hoc, JEHOVAH formans id, ad stabiliendum id; JEHOVAH (*est*) Nomen Ejus.

3. Clama ad Me: respondebo enim tibi, & indicabo tibi magna, & firma, quæ non novisti.

4. Quia sic dixit JEHOVAH, Deus Jisraëlis, de domibus urbis hujus, & de domibus Regum Judæ, destructis adversùs aggeres & adversùs gladium.

5. Quas (*sunt*) intrantes, ad pugnandum contra Chaldæos, & ad implendum eas cadaveribus hominum, quos percussi in ira Mea, & in excandescentia Mea, & dum occultavi facies Meas ab urbe hac, propter omne malum eorum.

6. Ecce, Ego ascendere facturus (*sum*) ei sanitatem & medelam, & sanaturus sum eos: & revelabo iis coronam pacis & veritatem.

7. Et reducam captivitatem Judæ, & captivitatem Jisraëlis; & ædificabo eos, sicut prius:

8. Et mundabo eos ab omni iniquitate eorum, quam peccarunt Mihi, & condonabo omnes iniquitates eorum, quas peccarunt Mihi, & quibus prævaricati sunt contra Me.

9. Eritque Mihi in Nomen gaudii, in laudem, & in decus (*in*) omnibus gentibus terræ, quæ audient omne bonum, quod Ego (*sum*) faciens illis, ut timeant, & commoveantur super omni bono, & super omni pace, quam Ego facturus illi.

10. Sic dixit JEHOVAH, adhuc audietur in loco hoc, de quo vos (*estis*) dicentes; devastatus (*est*) ille, ut non (*sit in eo*) homo, & ut non (*sit in eo*) bestia; in urbibus (*nempe*) Judæ, & in plateis Hierosolymæ, devastatis, ut non (*sit ibi*) homo, & non (*sit*) habitator, & non (*sit*) bestia;

a) *Ier. 7, 34. 25,10.* 11. [a] Vox gaudii, & vox lætitiæ, & vox sponsi, & vox sponsæ; vox dicentium; confitemini JEHOVÆ Zebaoth; quia bonus (*est*) JEHOVAH; quia in æternum misericordia Ejus: adferentium Eucharisticum (*in*) domum JEHOVÆ: quia convertam captivitatem terræ, sicut prius; dixit JEHOVAH.

12. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; Adhuc erit in loco hoc, devastato (*ita,*) ut non (*sit ibi*) homo usque ad bestiam, & in omnibus civitatibus ejus, habitaculum Pastorum, jacere facientium gregem;

13. In urbibus montis, in urbibus planitiei, & in urbibus meridiei, & in terra Binjaminis, & in circuitibus Hierosolymæ, & in urbibus Judæ, ad huc transibunt greges juxta manus numerantis; dixit JEHOVAH.

14. Ecce, dies (*sunt*) venientes, [dictum JEHOVÆ] quibus stabiliam verbum bonum, quod locutus sum super domum Jisraëlis, & super domum Judæ.

b) *Ier. 23,5.* 15. [b] In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Davidi germen justitiæ; facietque judicium & justitiam in terra.

c) *Deut. 13,17.* 16. In diebus illis servabitur Judah, & [c] Hierosolyma habitabit secure: hoc autem (*est nomen Ejus*) quod vocabunt Illi; JEHOVAH justitia nostra.

17. Quia sic dixit JEHOVAH; non excidetur David vir sedens super throno domus Jisraëlis.

18. Ac Sacerdotibus Levitis non excidetur vir à coram faciebus Meis; offerens holocaustum, & adolens Mincham, & faciens sacrificium omnibus diebus.

19. Porrò factum est verbum JEHOVÆ ad Jeremiam, dicendo;

20. Sic dixit JEHOVAH; si irritum reddideritis fœdus Meum, (*fœdus*) diei; & fœdus Meum (*fœdus*) noctis, ut non sit dies & nox in tempore suo.

21. Etiam fœdus Meum irritum fiet cum David, servo Meo, ut non sit illi filius regnans super throno illius, & cum Levitis Sacerdotibus, ministris Meis.

22. Sicut non numerabitur exercitus cœlorum, & non mensuratur arena maris: ita multiplicabo semen Davidis, servi Mei, & Levitas, ministros Meos.

23. Insuper factum est verbum JEHOVÆ ad Jeremiam, dicendo:

24. Nonne vidisti quid populus hic locuti

locuti ſint ? dicendo ; duas familias, quas elegerat JEHOVAH, reprobavit ; ita contemſerunt populum Meum, ut non ſit amplius gens coram iis.

25. (*Ideò*) ſic dixit JEHOVAH, ſi non (*fuerit amplius*) fœdus Meum, (*fœdus*) diei & noctis, (*ſi*) ſtatuta cœli & terræ ; non (*amplius*) poſuero :

26. Etiam ſemen Jacobi & Davidis, ſervi Mei, reprobabo, ut non ſumam de ſemine ejus dominantes ſuper ſemen Abrahami, Jizchaki & Jacobi : reducam enim captivitatem eorum, & miſerebor eorum.

CAP. XXXIV.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Eſt prophetia ad Regem Zedekyam, de ſe & urbe Nebucadnezaris tradendâ, niſi motu velit. à v. 1. II. Prophetia ſuper negotio dimiſſionis ſervorum & ancillarum Hebræarum in libertatem à v. 8.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam à-cum JEHOVAH, cum Nebucadnezar Rex Babelis, & omnis exercitus ejus, & omnia regna terræ dominii potentiæ ejus, & omnes populi pugnarent contrà Hieroſolymam, & contra omnes urbes ejus, dicendo ;

2. Sic dixit JEHOVAH, DEUS Jiſraëlis ; (*ito*) eundo, & dicito ad Zedekijam, Regem Judæ ; dicito, inquam, ad eum ; ſic dixit JEHOVAH ; Ecce, Ego (*ſum*) traditurus urbem hanc in manum Regis Babelis, qui comburet eam igne.

3. Tu verò non evades è manu ejus, ſed capiendo capieris, & in manum ejus traderis, & oculi tui oculos Regis Babelis videbunt, & os ejus cum ore tuo loquetur, ac Babelem venies.

4. Veruntamen audi verbum JEHOVÆ, ô Zedekija, Rex Judæ ; ſic dixit JEHOVAH de te ; (*Tum*) non morieris per gladium :

5. In pace morieris, & cum combuſtionibus Patrum tuorum, Regum priorum, qui fuerunt ante te ; ſic comburent tibi, &, Heu Domine ! plangent tibi : nam verbum Ego locutus ſum, dictum JEHOVÆ.

6. Locutus eſt itaque Jeremias Propheta ad Zedekijam, Regem Judæ, omnia verba hæc in Hieroſolyma ;

7. Cum exercitus Regis Babelis (*eſſent*) pugnantes contra Hieroſolymam, & contra omnes urbes Judæ reſiduas ; (*inprimis*) contra Lachiſch, & contra Aſekam ; quia hæ relictæ erant inter urbes Judæ, urbes munitionis.

8. Verbum, quod factum eſt ad Jeremiam à-cum JEHOVAH, poſtquam ferüit Rex Zedekija fœdus cum univerſo populo, qui in Hieroſolyma, ad proclamandum ipſis libertatem ;

9. Ut dimitteret vir [a] ſervum ſuum, & vir ancillam ſuam, Hebræum & Hebræam, liberos ; ut non ſervire facerent eos, Judæum fratrem ſuum vir. a) *Exod. 21, 2. Levit. 25, 39. Deut. 15, 12.*

10. Obediverunt que omnes Principes, & omnis populus, qui venerant in fœdus, dum dimiſit vir ſervum ſuum & vir ancillam ſuam liberos, ut non ſervire facerent eos amplius ; obediverunt, inquam, & dimiſerunt.

11. Sed reverſi ſunt poſteà, & tetraxerunt ſervos & ancillas, quos dimiſerant liberos, & ſubigebant eos in ſervos & ancillas :

12. Tum (*inquam*) factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jeremiam à-cum JEHOVAH, dicendo ;

13. Sic dixit JEHOVAH, DEUS Jiſraëlis ; [b] Ego ferii fœdus cum Patribus veſtris in die, quo eduxi eos è terra Ægypti, è domo ſervorum, dicendo ; b) *Exod. 24, 7. Deut. 15, 12.*

14. A fine ſeptem annorum dimitteris vir fratrem ſuum Hebræum, qui venditus fuerit tibi, & ſerviverit tibi ſex annos ; dimittes autem eum liberum à-cum te : ſed non obediverunt Patres veſtri Mihi, neque inclinarunt aurem ſuam.

15. Jam converſi fuiſtis vos hodie, feciſtiſque rectum in oculis Meis, ut proclamaretis libertatem vir ſocio ſuo, feriiſtiſque fœdus coram Me in domo, ſuper quam nominatum eſt Nomen Meum :

16. Reverſi tamen eſtis, & profanaſtis Nomen Meum, dum tetraxiſtis vir ſervum ſuum, & vir ancillam ſuam, quos dimiſeratis liberos pro arbitrio ipſorum ; & ſubegiſtis eos, ut ſint vobis in ſervos, & in ancillas.

17. Quare ſic dixit JEHOVAH, vos non obedivi-

obediviſtis Mihi, ut proclamaretis libertatem, vir fratri ſuo, & vir ſocio ſuo : Ecce, Ego (*ero*) proclamans vobis libertatem, [dictum JEHOVÆ] ad gladium, ad peſtem, & ad famem, ac tradam vos in commorionem omnibus regnis terræ :

18. Tradamque viros tranſgreſſos fœdus Meum, ita ut non ſtabiliverint verba fœderis, quod ferierunt coram Me, (*quoad*) vitulum, quem conciderunt in duas (*partes,*) ut tranſirent inter partes ejus ;

19. Principes Judæ, & principes Hieroſolymæ, Eunuchos & Sacerdotes, & omnem populum terræ, tranſeuntes inter partes vituli :

20. Tradam, inquam, eos in manum hoſtium eorum, & in manum quærentium animas eorum : ut ſit cadaver eorum in cibum avi cœlorum, & beſtiæ terræ :

21. Zedekijam autem, Regem Judæ, & Principes ejus tradam in manum hoſtium eorum, & in manum quærentium animam eorum, & in manum exercitus Regis Babelis, aſcendentium deſuper vobis.

22. Ecce, Ego (*ero*) præcipiens, [dictum JEHOVÆ] & reducam eos ad urbem hanc, ut pugnent contra eam, capiantque eam, ac comburant eam igne : urbes autem Judæ tradam (*in*) deſolationem, ut non (*ſit*) habitator.

CAP. XXXV.

Prophetia hujus Capitis partes habet duas. I. Continet rem Jeremiæ cum filiis domus Rechabi geſtam. à v. 1. II. Verba prophetiæ, occaſione iſtius rei geſtæ, edita. à v. 12.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam à-cum JEHOVAH, in diebus Jojakimi, filii Joſijæ, Regis Judæ, dicendo :

2. (*Ito*) eundo ad domum Rechabitarum, & loquitor ad eos, & duciro eos (*in*) domum JEHOVÆ, in unum cubiculorum ; & bibendum da illis vinum.

3. Accepi itaque Jaaſanjam, filium Jirmejahu, filii Chabazinjæ, & fratres ejus, & omnes filios ejus, & univerſam domum Rechabitarum :

4. Ac deduxi eos (*in*) domum JEHOVÆ, in cubiculum filiorum Chananis, filii Jigdaljæ, viri DEI : quod (*eſt*) juxta cubiculum Principum, quod (*eſt*) ſupra cubiculum Maaſejæ, filii Schallumi, cuſtodis limiuis.

5. Poſui autem coram filiis domus Rechabitarum ſcyphos plenos vini, & calices, dixique ad eos ; bibite vinum.

6. Sed dixerunt, non bibimus vinum : Jonadabus enim filius Rechabi, Pater noſter, præcepit nobis, dicendo ; non bibetis vinum, vos & filii veſtri uſque in ſeculum.

7. Neque domum ædificabitis, neque ſemen ſeretis, neque vineam plantabitis, neque erit vobis : ſed in tentoriis habitabitis omnibus diebus veſtris, ut vivatis diebus multis ſuper faciebus terræ, ubi vos (*eſtis*) peregrinantes.

8. Obedimus itaque voci Jonadabi, filii Rechabi, Patris noſtri, quoad omne, quod præcepit nobis : ut non bibamus vinum omnibus diebus noſtris ; nos, uxores noſtræ, filii noſtri, & filiæ noſtræ :

9. Et ut non ædificemus domos, ut habitemus nos ; & vinea, & ager, & ſementis non erit nobis :

10. Sed habitamus in tentoriis ; & obedimus, & facimus juxta omne, quod præcepit nobis Jonadabus, pater noſter.

11. Factum verò eſt ; quum aſcenderet Nebucadnezar, Rex Babelis, ſuper terram, diximus ; venite, ut ingrediamur Hieroſolymam propter exercitum Chaldæorum, & propter exercitum Syrorum : ita habitamus Hieroſolymis.

12. Tum factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jeremiam, dicendo ;

13. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jiſraëlis : (*ito*) eundo, & dicito viro Judæ, & habitatoribus Hieroſolymæ ; annon accipietis diſciplinam, ad obediendum verbis Meis ? dictum JEHOVÆ.

14. Servantur (*enim*) verba Jonadabi, filii Rechabi, quæ præcepit filiis ſuis, ut non biberent vinum : non enim bibunt uſque ad diem hunc ; ſed obediunt præcepto Patris ſui : Atqui Ego locutus ſum ad vos, mane tinando & loquendo ; ſed non obediviſtis Mihi.

15. Quin

15. Quin misi ad vos omnes servos Meos, Prophetas, matutinando & mittendo, dicendo; [a] revertimini nunc vir à via sua mala, & bona reddite opera vestra, ut non abeatis post deos alios, ad serviendum iis, ac sedete super terra, quam dedi vobis & patribus vestris: non tamen inclinastis aurem vestram, neque obedivistis Mihi.

a) Ier. 18, 11. 25, 5. Ion. 3, 8.

16. Omnino stabiliverunt filii Jonadabi, filii Rechabi, præceptum Patris sui, quod præcepit illis: at populus hic non obediverunt Mihi.

17. Quare sic dixit JEHOVAH, DEUS Zebaoth, DEUS Israelis; Ecce, Ego (*sum*) adducens super Judam, & super omnes habitatores Hierosolymæ omne malum, quod locutus sum contra eos; propterea quod locutus sum ad eos, sed non audiverunt; & vocavi illos, sed non responderunt.

18. Contra domui Rechabitarum dixit Jeremias: sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Israëlis, propterea quod obedivistis præcepto Jonadabi, Patris vestri, & servastis omnia præcepta ejus, feciſtisque juxta omne, quod præcepit vobis:

19. Ideò (*inquam*) sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Israëlis; non excidetur vir Jonadabo, filio Rechabi, stans coram Me omnibus diebus.

CAP. XXXVI.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Continet historiam voluminis Prophetiarum scriptarum per Baruchum, & prælectarum. à v. 1. II. Historiam alterius voluminis, loco prioris combusti, scripti per eundem. à v. 27.

PRætereà factum est in anno quarto Jojakimi, filii Josijæ Regis Judæ; factum est verbum hoc ad Jeremiam à cum JEHOVAH, dicendo;

2. Sume tibi volumen libri, & scribe super illud omnia verba, quæ locutus sum ad te de Israële, & de Juda, & de omnibus gentibus, à die, (*quo*) locutus sum ad te, à diebus (*nempe*) Josijæ usque ad diem hunc:

3. Fortè audient domus Judæ omne malum, quod Ego (*sum*) cogitans facere illis; ut convertantur vir à via sua mala, & condonem iniquitatem eorum, & peccatum eorum.

4. Vocavit itaque Jeremias Baruchum, filio Nerijæ; scripsitque Baruchus ex ore Jeremiæ omnia verba JEHOVÆ, quæ locutus erat ad ipsum, in volumen libri.

5. Post præcepit Jeremias Baruchum, dicendo; Ego (*sum*) conclusus; non possum venire (*in*) domum JEHOVÆ.

6. Intrato ergò tu, & legito in volumine, quod scripsisti ex ore meo, verba JEHOVÆ in auribus populi, (*in*) domo JEHOVÆ, in die jejunii; etiamque in auribus universi Judæ, ingredientium ex urbibus eorum, leges illa.

7. Fortè cadet deprecatio eorum coram JEHOVAH, & revertentur vir à via sua mala: magna enim (*est*) ira & exandescentia, quam locutus est JEHOVAH contra populum suum.

8. Fecit itaque Baruch, filius Nerijæ, juxta omne, quod præcepit ipsi Jeremias Propheta, legendo in libro verba JEHOVÆ (*in*) domo JEHOVÆ.

9. Factum autem est in anno quinto Jojakimi, filii Josijæ, Regis Judæ, in mense nono: proclamarunt jejunium coram JEHOVAH, omnis populus in Hierosolyma, & omnis populus, ingredientes ex urbibus Judæ in Hierosolymam.

10. Quum ergò legeret Baruch in libro verba Jeremiæ, (*in*) domo JEHOVÆ, in cubiculo Gemarjæ, filii Schaphanis scribæ, in atrio superiori (*ad*) ostium portæ domus JEHOVÆ novæ, in auribus universi populi:

11. Audivit Michas, filius Gemarjæ, filii Schaphanis omnia verba JEHOVÆ desuper libro;

12. Descenditque in domum Regis, ad cubiculum scribæ, cum, ecce, (*essent*) ibi omnes Principes sedentes: Elisthama scriba, & Delaja, filius Schemajæ, & Elnathan, filius Achboris, & Gemarja, filius Schaphanis, & Zedekija, filius Chananjæ, & omnes (*reliqui*) Principes.

13. Indicavit ergò illis Michas omnia verba, quæ audiverat, cum legeret Baruchus in libro in auribus populi.

14. Quare miserunt omnes Principes ad Baruchum, Jehudium, filium Nethanjæ, filii Schelemjæ, filii Kuschii, dicendo: Quod ad volumen, in quo legisti in auribus populi, sume illud in manum tuam, & ito. Sumsit ergò Baruchus, filius Nerijæ volumen in manum suam, venitque ad eos.

15. Qui dixerunt ad eum: sede, quæso, & lege illud in auribus nostris: legitque Baruchus in auribus eorum.

16. Factum autem est, quum audirent illi omnia verba, consternati sunt vir ergà socium suum: unde dixerunt ad Baruchum, indicando indicabimus Regi omnia verba hæc:

17. Insuper Baruchum interrogarunt, dicendo; indica, quæso, nobis; quomodo scripsisti omnia verba hæc ex ore ejus?

18. Dixit autem illis Baruchus; ex ore suo edidit ad me omnia verba hæc; quæ ego (*fui*) scribens super librum atramento.

19. Tum dixerunt Principes ad Baruchum; abi, occulta te, tu & Jeremias; ut vir non sciat, ubinam vos.

20. Deinde venerunt ad Regem in atrium; volumen autem deposuerunt in cubiculum Elischamæ scribæ: indicarunt ergò in auribus Regis omnia verba.

21. Tum misit Rex Jehudium, ad accipiendum volumen: qui accepit illud è cubiculo Elischamæ scribæ: legitque illud Jehudius in auribus Regis, & in auribus omnium Principum stantium juxta Regem.

22. Rex autem sedens (*erat in*) domo hyemis, in mense nono, & focus coram eo ardens.

23. Factum itaque est: cum legisset Jehudius tria folia vel quatuor, discidit illud cultello scribæ, & projecit super ignem, qui super foco; usque dum consumtum est totum volumen super igne, qui super foco.

24. Neque exhorruerunt, aut ruperunt vestes suas, Rex & omnes servi ejus, audientes omnia verba hæc.

25. Licet etiam Elnathan, & Delaja, & Gemarja intercessissent apud Regem, ut non combureret volumen: non tamen exaudivit eos.

26. Quin præcepit Rex Jerachmeeli, filio Regis, & Serajæ, filio Asrielis, & Schelemjæ, filio Abdeelis, ad sumendum Baruchum scribam, & Jeremiam Prophetam: sed abscondidit eos JEHOVAH.

27. Verum factum est verbum JEHOVÆ ad Jeremiam, postquam combussit Rex volumen, & verba, quæ scripserat Baruchus ex ore Jeremiæ, dicendo;

28. Itera, sume tibi volumen aliud, & scribe super id omnia verba priora, quæ fuerunt super volumine priori, quod combussit Jojakimus, Rex Judæ.

29. Insuper de Jojakimo Rege Judæ, dices; sic dixit JEHOVAH; Tu combussisti volumen hoc, dicendo; Veniendo veniet Rex Babelis, & perdet terram hanc, & cessare faciet ex ea hominem & bestiam?

30. Ideò sic dixit JEHOVAH de Jojakimo, Rege Judæ: Non erit illi sedens super throno Davidis, & cadaver ejus erit projectum æstui in die, & frigori, in nocte.

31. Visitabo enim super eum, & super semen ejus, & super servos ejus, iniquitatem eorum; adducamque super eos, & super habitatores Hierosolymæ, & super virum Judæ, omne malum, quod locutus sum ad eos, nec audiverunt.

32. Jeremias itaque accepit volumen aliud, deditque illud Baruchо, filio Nerijæ scribæ: qui scripsit super illud ex ore Jeremiæ omnia verba libri, quem combussit Jojakimus, Rex Judæ, igne: & amplius addita sunt præter illa verba multa, sicut illa.

CAP. XXXVII.

Habet Caput hoc partes tres. In I. est petita à Rege Zedekija intercessio Jeremiæ. à v. 1. In II. Prophetia Jeremiæ captivitas in domo carceris. à v. 11. In III. Regis Zedekija cum Propheta Jeremia colloquium. à v. 17.

CÆterum regnavit Rex Zedekija, filius Josijæ, loco Chonjæ, filii Jojakimi;

kimi; quem regnare fecit Nebucadrezar, Rex Babelis in terra Judæ.

2. Sed non obedivit, ipſe & ſervi ejus, & populus terræ, verbis JEHOVÆ, quæ locutus eſt per manum Jeremiæ Prophetæ.

3. Miſit quidem Rex Zedekija, Jehuchalem, filium Schelemjæ, & Zephanjam, filium Maaſejæ, Sacerdotem, ad Jeremiam Prophetam, dicendo; ora, quæſo, pro nobis ad JEHOVAM, DEUM noſtrum.

4. Jeremias autem (*tum erat*) intrans & exiens in medio populi, nec poſuerant eum in domum carceris.

5. Exercitus verò Pharaonis exiverat ex Ægypto; audiveruntque Chaldæi, obſidentes Hieroſolymam famam eorum, ideoque aſcenderunt à-contra Hieroſolymam.

6. Tum (*inquam*) factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jeremiam Prophetam, dicendo:

7. Sic dixit JEHOVAH DEUS Jiſraëlis; ſic dicetis ad Regem Judæ, mittentem vos ad Me, ad interrogandum Me; Ecce, exercitus (*qui*) Pharaoni, exiens vobis in auxilium, revertetur in terram ſuam, (*in*) Ægyptum:

8. Redibunt autem Chaldæi, & pugnabunt contra urbem hanc, capientque eam, & comburent eam igne.

9. Sic dixit JEHOVAH; ne tollatis (*in ſpem*) animas veſtras, dicendo: abeundo abibunt à-contra nos Chaldæi: non enim abibunt.

10. Quinimò ſi percuteretis univerſum exercitum Chaldæorum, pugnantium contra vos, & relinquerentur de iis viri perfoſſi: vir in tentorio ſuo ſurrecturi eſſent, & combuſturi urbem hanc igne.

11. Intereà factum eſt; quum aſcendiſſet exercitus Chaldæorum à-contra Hieroſolymam propter exercitum Pharaonis,

12. Exivit Jeremias ex Hieroſolyma, ad eundum (*in*) terram Binjaminis, ut partem acciperet ibi in medio populi.

13. Quumque eſſet ille in porta Binjaminis, ubi præfectus præſidii, cujus nomen, Jirijah, filius Schelemjæ, filii Chananjæ, prehendit Jeremiam Prophetam, dicendo; Ad Chaldæos tu (*es*) deſciſcens.

14. Dixit quidem Jeremias, dicendo; mendacium (*eſt:*) non ego (*ſum*) deſciſcens ad Chaldæos: non tamen obedivit illi. Cum ergò prehendiſſet Jirijah Jeremiam, duxiſſetque eum ad principes:

15. Succenſuerunt Principes Jeremiæ, ut percuſſerint eum, dederintque eum (*in*) domum vinculi (*vinctorum, in*) domo Jonathanis ſcribæ: hunc enim conſtituerant ſuper domum carceris.

16. Quum venit Jeremias in domum foveæ, & ad cellas: manſit ibi Jeremias dies multos.

17. Verum miſit Rex Zedekija, accepitque eum ac interrogavit eum Rex in domo ſua in occulto, dixitque: Num eſt verbum à-cum JEHOVAH? cui dixit Jeremias; eſt: porrò dixit; in manum Regis Babelis traderis,

18. Amplius dixit Jeremias ad Regem Zedekijam; quid peccavi tibi & ſervis tuis, & populo huic, quod poſuiſtis me in domum carceris.

19. Ubi verò (*ſunt*) Prophetæ veſtri, qui prophetarunt vobis, dicendo; non veniet Rex Babelis contra vos, & contra terram hanc.

20. Jam ergò audi, quæſo, domine mi, Rex; cadat, quæſo, deprecatio mea coram te; & ne mittas me (*in*) domum Jonathanis ſcribæ, ut non moriar ibi.

21. Præcepit itaque Rex Zedekija, ut conſtituerent Jeremiam in atrium cuſtodiæ; & (*darent*) dando illi tractam panis in die è platea piſtorum; uſque dum conſumtus eſt omnis panis ex urbe: Sic manſit Jeremias in atrio cuſtodiæ.

CAP. XXXIIX.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Habet propheta Ieremia perſecutionem per conjectionem in foveam ſordidam, & ex eadem per Ebedmelechum extractionem. à v. 1. II. Regis Zedekijæ cum propheta Ieremia colloquium. à v. 14.

QUum autem audivit Schephatja, filius Matthanis, & Gedalja, filius Paſchchuris, & Juchal, filius Schelemjæ, & Paſchchur, filius Malkijæ, verba, quæ Jeremias (*erat*) loquens ad univerſum populum, dicendo;

a) *Ier. 21, 9.* 2. Sic dixit JEHOVAH, [a] qui manebit in urbe hac morietur gladio, fame & peſte: qui autem exibit ad Chaldæos, vivet, & erit ipſi anima ipſius in prædam, vivuſque (*erit.*)

3. Sic dixit JEHOVAH; tradendo tradetur urbs hæc in manum exercitus Regis Babelis, ut capiat eam:

4. Dixerunt Principes ad Regem; occidant, quæſo, virum hunc: quandoquidem ille læſſas facit manus virorum belli, relictorum in urbe hac, & manus univerſi populi, loquendo ad eos juxta verba iſta: nam vir hic non (*eſt*) quærens pacem populo huic, ſed malum.

5. Quibus dixit Rex Zedekija; Ecce, ille (*eſto*) in manu veſtra: non enim Rex poterit contra vos verbum.

6. Quare ſumſerunt Jeremiam, ac projecerunt eum in foveam, (*foveum*) Malkijæ, filii Regis, quæ in atrio cuſtodiæ, & demiſerunt Jeremiam per funes; in fovea autem non (*erat*) aqua, ſed cœnum; ut immergeretur Jeremias cœno.

b) *Ier. 39, 16.* 7. Cum verò audiret [b] Ebed-Melech Kuſchæus, vir Eunuchus; iſque in domo Regis, quod dediſſent Jeremiam in foveam: [tum Rex ſedebat in porta Binjaminis:]

8. Exivit Ebed-Melech è domo Regis, locutuſque eſt ad Regem, dicendo;

9. Domine mi Rex, malum fecerunt viri iſti in omni, quod fecerunt Jeremiæ Prophetæ, dum eum dejecerunt in foveam: morietur enim ſubtus ſe propter famem; quia non (*eſt*) panis amplius in urbe.

10. Præcepit ergò Rex Ebed-Melecho Kuſchæo, dicendo; accipe in poteſtatem tuam hinc triginta viros, & aſcendere fac Jeremiam Propheram ex fovea, antequam moriatur.

11. Quare accepit Ebed-Melechus viros in poteſtatem ſuam, venitque (*in*) domum Regis ad-ſub theſaurum; ſumſitque inde veteramenta extractorum, & veteramenta detritorum, demiſitque ea ad Jeremiam in foveam per funes.

12. Dixitque Ebed-Melechus Kuſchæus ad Jeremiam; pone, quæſo, veteramenta extractorum, & detritorum ſub axillas manuum tuarum ſubter funes: fecit autem Jeremias ſic.

13. Tum extraxerunt Jeremiam per funes, & aſcendere fecerunt eum è fovea, manſitque Jeremias in atrio cuſtodiæ.

14. Deinde miſit Rex Zedekija, accepitque Jeremiam Propheram ad ſe, ad introitum tertium, qui in domo JEHOVÆ: dixit autem Rex ad Jeremiam; interrogans ego (*ſum*) te verbum, ne celes à me verbum.

15. Tum dixit Jeremias ad Zedekijam; ſi indicavero tibi, nonne occidendo occides me? quod ſi conſuluero tibi, non audies me.

16. Juravit ergò Rex Zedekija Jeremiæ in occulto, dicendo; per vivum JEHOVAM, qui fecit nobis animam hanc, ſi occidero te, aut ſi tradidero te in manum virorum iſtorum, qui (*ſunt*) quærentes animam tuam.

17. Quare dixit Jeremias ad Zedekijam; ſic dixit JEHOVAH, DEUS Zebaoth, DEUS Jiſraëlis, ſi exeundo exiveris ad Principes Regis Babelis, vivet anima tua, & urbs hæc non comburetur igne; vives, inquam, tu & domus tua:

18. Quod ſi non exiveris ad Principes Regis Babelis, dabitur urbs hæc in manum Chaldæorum, qui comburent eam igne; tu verò non evades è manu eorum.

19. Quumque diceret Rex Zedekija ad Jeremiam; Ego (*ſum*) ſolicitus de Judæis, qui deſciverunt ad Chaldæos; ne fortè tradant me in manum eorum, illudantque me.

20. Dixit Jeremias; Non tradent: obedi, quæſo, voci JEHOVÆ, cujus causâ ego (*ſum*) loquens ad te, ut bene ſit tibi, & vivat anima tua.

21. Quod ſi (*ſuerit*) renuens tu ad exeundum; hoc (*eſt*) verbum, quod oſtendit mihi JEHOVAH:

22. Ecce, nempe, omnes mulieres, quæ relictæ ſunt in domo Regis Judæ, eductæ (*erunt*) ad Principes Regis Babelis; & hæ (*erunt*) dicentes; incitarum te, & prævaluerunt tibi viri pacis tuæ: (*ſed*) immerſi ſunt in lutum pedes tui; receſſerunt retrorſum.

23. Omnes, inquam, uxores tuas, & omnes filios tuos educent ad Chaldæos; tu autem non evades è manu eorum, ſed in manum Regis Babelis concludes te ipſum, & urbem hanc combures igne.

24. Tum dixit Zedekija ad Jeremiam; vir ne cogноſcat verba hæc: ne moriaris.

25. Quum autem audiverint Principes, quod locutus ſim tecum, venerintque ad te, ac dixerint ad te; indica, quæſo, nobis, quid locutus ſis ad Regem; ne celes à nobis, [non enim occidemus te] & quid locutus ſit ad te, Rex:

26. Dices ad eos; cadere faciens (*ſui*) ego deprecationem meam coram Rege, ne redire faceret me (*in*) domum Jonathanis, ut moriar ibi.

27. Cum ergò venerunt omnes Principes ad Jeremiam, interrogaveruntque eum: indicavit illis juxta omnia verba iſta, quæ præcepit Rex: tum deſtiterunt ab illo; non enim auditum fuit verbum.

28. Manſit itaque Jeremias in atrio cuſtodiæ uſque ad diem, quo capta eſt Hieroſolyma: fuitque (*ibi,*) cum capta eſt Hieroſolyma.

CAP. XXXIX.

Habet hoc Caput hiſtoriam expugnatæ à Chaldæis urbis Hieroſolymæ. Habet autem partes tres. In I. continetur antecedens Urbis diuturna obſidio. à v. 1. In II. deſcribitur ipſa urbis expugnatio. à v. 2. In III. habentur expugnationis conſequentia. à v. 4.

a) 2. Reg. xxv. 1. Iſa. 52. 4

IN [a] anno nono, (*qui*) Zedekijæ, Regi Judæ, in menſe decimo, venit Nebucadrezar, Rex Babelis, & omnis exercitus ejus ad Hieroſolymam, & obſederunt eam.

2. In undecimo anno, (*qui*) Zedekijæ, in menſe quarto, in nona menſis (*die*) perrupta eſt urbs.

3. Tum venerunt omnes Principes Regis Babelis, ſederuntque in porta mediætatis; Nergal-Sarezer, Samgar-Nebo, Sarſechim, Princeps Eunuchorum, Nergal-Sarezer, princeps Magorum, & omne reſiduum Principum Regis Babelis.

4. Factum quidem eſt: quum vidit eos Zedekija, Rex Judæ, & omnes viri belli, fugerunt, & exiverunt noctu ex urbe, via horti Regis per portam inter duos muros: exivitque via ſolitudinis.

5. Sed perſecuti ſunt exercitus Chaldæorum poſt eos, comprehenderuntque Zedekijam in ſolitudinibus Jerichuntis, ac ſumſerunt eum, & aſcendere fecerunt eum ad Nebucadnezarem, Regem Babelis, in Riblam, in terra Chamath: locutus autem eſt cum eo judicia;

6. Ita ut mactaverit Rex Babelis filios Zedekijæ in Ribla coram oculis ejus, omneſque primores Judæ mactaverit Rex Babelis;

7. Oculos autem Zedekiæ excæcaverit, vinxeritque eum duabus catenis, ad deducendum eum Babelem.

8. Domum verò Regis, & domos populi combuſſerunt Chaldæi igne; & muros Hieroſolymæ deſtruxerunt.

9. At reſiduum populi, relictos in urbe, & defectores, qui defecerant ad ipſum; reſiduumque populi, relictos tranſportavit Nebuſaradan, princeps Satellitum Babelem.

10. De populo tamen, depauperatis, quibus non (*erat*) quicquam, reliquit Nebuſaradan, Princeps Satellitum, in terra Judæ, deditque illis vineas, & agros in die iſto.

11. Cæterum præceperat Nebucadrezar, Rex Babelis ſuper Jeremia per manum Nebuſaradanis, Principis Satellitum, dicendo;

12. Accipe eum, & oculos tuos pone ſuper eum, nec fac illi quicquam mali; ſed ſicut locutus fuerit ad te, ſic fac cum eo.

13. Quare miſit Nebuſaradan, Princeps Satellitum, & Nebuſchasbas Princeps Eunuchorum, & Nergal-Sarezer, Princeps Magorum; & omnes principes Regis Babelis.

14. Miſerunt, inquam, & acceperunt Jeremiam ex atrio cuſtodiæ, dederuntque eum Gedaljæ, filio Achikami, filii Schaphanis, ad educendum eum in domum; ubi manſit in medio populi.

15. Ad Jeremiam autem factum eſt verbum JEHOVÆ, cum eſſet clauſus in atrio cuſtodiæ, dicendo;

16. Eundo (*ito,*) & dicito Ebed-Melecho Kuſchæo, dicendo; ſic dixit JEHOVAH Zebaoth, Deus Iſraëlis; Ecce, Ego (*ſum*) adducens verba Mea contra urbem hanc, in malum, & non in bonum, ita ut ſint coram te in die illo.

17. Te autem eripiam in die illo, dictum JEHOVÆ; neque traderis in manum virorum, à quibus tu tibi timuiſti.

18. Nam eripiendo eripiam te, ut per gladium non cadas; ſed ſit tibi anima tua in ſpolium; ideo quod confiſus es in Me; dictum JEHOVÆ.

CAP. XL.

Habet hoc Caput Partes duas. I. Continet actorum Nebuſaradanis cum Jeremiâ repetitionem ampliorem. à v. 1. II. Recenſet Judæorum in Judæâ ſub Gedal, aincrementa. à v. 7.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam a-cum JEHOVAH, poſtquam dimiſit eum Nebuſaradan, princeps Satellitum ex Ramah; cum accepiſſet eum, iſque vinctus eſſet catenis in medio totius migrationis Hieroſolymæ, & Judæ, tranſportandorum Babelem.

2. Accepit, inquam, princeps Satellitum Jeremiam, dixitque ad eum; JEHOVAH, Deus tuus, locutus eſt malum hoc ſuper locum hunc.

3. Adduxitque, & fecit JEHOVAH, ſicut locutus eſt, quia peccaſtis JEHOVÆ, nec obediviſtis voci ejus: unde factum eſt vobis verbum hoc:

4. Jam verò, ecce, aperui te hodiè à catenis, quæ ſuper manibus tuis: ſi bonum in oculis tuis venire mecum Babelem, veni: ponam namque oculos meos ſuper te: ſin malum in oculis tuis venire mecum Babelem, omitte: vide, tota terra coram te (*eſt,*) ad quod bonum, & ad quod rectum in oculis tuis, ut eas eò, ito.

5. Quod ſi nondum ille reverſus ſit, redi ad Gedaljam, filium Achikami, filii Schaphanis, quem præfecit Rex Babelis in urbibus Judæ, & mane cum eo, in medio populi, aut ad (*locum*) quemcunque rectum in oculis tuis ut eas, ito. Inſuper dedit illi Princeps Satellitum viaticum, & donum, dimiſitque eum.

6. Venit itaque Jeremias ad Gedaljam, filium Achikami in Mizpam; manſitque cum eo in medio populi, relictorum in terra.

7. Quum autem audiviſſent omnes Principes exercituum, qui in agro, ipſi & viri eorum, quod præfectum feciſſet Rex Babelis Gedaljam, filium Achikami, in terra, & quod commiſiſſet illi viros, & mulieres, & infantes, & de tenuitate terræ, de iis, qui non tranſportati erant Babelem:

8. Venerunt ad Gedaljam in Mizpam: nimirum, Jiſmaël, filius Nethanjæ, & Jochanan ac Jonathan, filii Kareachi, & Serajah, filius Thanchumeth, & filii Ephaji, Netopharhitæ, & Jeſanja, filius Maachathi, ipſi & viri ipſorum.

9. Juravit autem eis [a] Gedalja, filius Achikami, filii Schaphanis, & viris eorum, dicendo; ne timete à ſerviendo Chaldæis: manete in terra, & ſervite Regi Babelis, ut benè ſit vobis.

a) 2. Reg. xxv. 24.

10. Me quod attinet: Ecce, Ego (*ſum*) habitans in Mizpa, ad ſtandum coram Chaldæis, qui venerint ad nos: vos autem colligite vinum & autumni fructus, & oleum, ac ponite in vaſa veſtra, ac habitate in urbibus veſtris, quas occupabitis.

11. Sed & omnes Judæi, qui in Moabo, & inter filios Ammonis, & in Edomo, & qui in omnibus terris, audiverunt, quod permiſiſſet Rex Babelis reliquias Judæ, & quod præfeciſſet illis Gedaljam, filium Achikami, filii Schaphanis,

12. Ideò reverſi ſunt omnes Judæi ex omnibus locis, quo depulſi fuerunt, veneruntque (*aut*) terram Judæ ad Gedaljam in Mizpam: collegeruntque vinum, & autumni fructus, multos valdè.

13. Posteà Jochanan, filius Kareachi, & omnes Principes exercituum, qui in agro, venerunt ad Gedaljam in Mizpam.

14. Dixeruntque ad eum; num sciendo scis, quod Baalis, Rex filiorum Ammonis, miserit Jismaëlem, filium Nethanjæ, ad percutiendum te (*quoad*) animam? Sed non credidit illis Gedalja filius Achikami.

15. Licet etiam Jochanan, filius Kareachi, dixerit ad Gedaljam in occulto, in Mizpa, dicendo; ibo, quæso, & percutiam Jismaëlem, filium Nethanjæ, ut vir non cognoscat: quare percutiet te (*quoad*) animam, & dispergentur omnis Judah, qui congregati sunt ad te, peribuntque reliquiæ Judæ?

16. Dixit tamen Gedalja, filius Achikami ad Jochananem, filium Kareachi; ne facias verbum hoc: quia mendacium tu (*es*) loquens contra Jismaëlem.

CAP. XLI.

Habet Caput hoc Partes duas. I. Continet facinora Jismaëlis, filij Nethanja, in Mizpah perpetrata. à v.1. II. Habet persecutionem Iismaëlis profugi, à principibus reliquis factam. à v.11.

FActum ergò est in mense septimo: venit Jismaël, filius Nethanjæ, filii Elischamæ, de semine regni, & magnatibus Regis, & decem viri cum eo, ad Gedaljam, filium Achikami, in Mizpam, comederuntque ibi panem una in Mizpa.

2. Sed surrexit Jismaël, filius Nethanjæ, & decem viri, qui fecerunt cum eo, percusseruntque Gedaljam, filium Achikami, filii Schaphanis gladio, ac occidit eum: quem præfectum fecerat Rex Babelis in terra.

3. Omnes etiam Judæos, qui fuerunt cum eo, Gedalja (*nempe,*) in Mizpa, & Chaldæos, qui inventi sunt ibi, viros belli, percussit Jismaël.

4. Deinde factum est in die secundo, ex quo occidit Gedaljam, cum vir non nosset:

5. Venerunt viri ex Sichem, ex Schilum, & ex Samaria, octoginta viri, rasi barbam, & rupti vestes, & incisi à seipsis; ac Minchah, & thus in manibus eorum, ut deferrent ad domum Jehovæ.

6. Exivit verò Jismaël filius Nethanjæ obviam iis ex Mizpa, iens eunde ac flens: factumque est; cum occurreret eis, dixit ad illos, venite ad Gedaljam, filium Achikami.

7. Sed factum est; quum venissent in medium urbis, [a] mactavit eos Jismaël, filius Nethanjæ ad medium foveæ; ipse & viri, qui cum eo. a) 2. Reg 25, 25.

8. Decem tamen viri inventi sunt inter eos, qui dixerunt ad Jismaëlem; ne occidas nos: quia sunt nobis abscondita in agro; tritica, & hordea, & oleum & mel; ideò omisit, nec occidit eos inter fratres eorum.

9. Cæterum fovea, quo projecit [b] Jismaël cadavera virorum, quos percussit propter Gedaljam, illa (*est,*) quam fecit Rex Asa propter Baeschama, Regem Jisraëlis: hanc implevit Jismaël, filius Nethanjæ, confossis. b) 1. Reg 15, 22.

10. Posteà captivas abduxit Jismaël omnes reliquias populi, qui in Mizpa, filias Regis, & omnem populum, relictos in Mizpa, quibus præfecerat Nebusaradan, Princeps Satellitum, Gedaljam, filium Achikami: captivos, inquam, duxit eos Jismaël, filius Nethanjæ, ivitque ad transeundum ad filios Ammonis.

11. Cum verò audivisset Jochanan, filius Kareachi, & omnes principes exercituum, qui cum ipso, omne malum, quod fecerat Jismaël, filius Nethanjæ:

12. Acceperunt omnes viros, iveruntque ad pugnandum cum Jismaële, filio Nethanjæ ac invenerunt eum apud aquas magnas, quæ in Gibeone.

13. Sed factum est, quum videret omnis populus, qui cum Jismaële, Jochananem, filium Kareachi, & omnes Principes exercituum, qui cum eo, gavisi sunt:

14. Ideò converterunt se omnis populus, quem captivum ducebat Jismaël ex Mizpa, redieruntque, ac iverunt ad Jochananem, filium Kareachi.

15. Jismaël autem filius Nethanjæ evasit, cum octo viris coram Jochanane, abivitque ad filios Ammonis.

16. Ac-

16. Accepit itaque Jochanan, filius Kareachi, & omnes Principes exercituum, qui cum eo, omnes reliquias populi, quas reduxit à cum Jismaële, filio Nethanjæ, ex Mizpa, postquam percussit Gedaljam, filium Achikami; mares, viros belli, & mulieres, & infantes, & Eunuchos, quos reduxit ex Gibeone;

17. Abiveruntque, & consederunt in hospitio Kimhami, quod (*erat*) prope Bethlehemum, ut abirent ad veniendum in Ægyptum;

18. Propter Chaldæos; quia timuerunt sibi ab his: ideò quod percussisset Jismaël, filius Nethanjæ, Gedaljam, filium Achikami, quem præfectum fecerat Rex Babelis in terra.

CAP. XLII.

Capitis hujus Partes duæ sunt. I. Habet interrogationem Iehova pro consilio à principibus Iudaorum per Ieremiam prophetam factam. à v.1. II. Ieremia ad principes & populum de divina responsa refert. à v.7.

TUm accesserunt omnes Principes exercituum, inprimis Jochanan filius Kareachi, & Jesanja, filius Hoschajæ; & omnis populus, à minimo usque ad maximum.

2. Dixeruntque ad Jeremiam Prophetam; cadat, quæso, deprecatio nostra coram te, ut ores pro nobis ad Jehovam, Deum tuum; pro omnibus reliquiis his, qui relicti sumus pauci de multis; quemadmodum oculi tui vident nos.

3. Ut annuntiet nobis Jehovah, Deus tuus, viam, in qua eamus, & verbum, quod faciamus.

4. Dixit autem ad eos Jeremias Propheta; Exaudivi: ecce, ego (*ero*) orans ad Jehovam, Deum vestrum, juxta verba vestra: fierique; omne verbum, quod respondebit Jehovah vobis, indicabo vobis; non cohibebo à vobis verbum.

5. Tum illi dixerunt ad Jeremiam; sit Jehovah contra nos in testem veritatis, & fidelem; si non, juxta omne verbum, cum quo mittet te Jehovah, Deus tuus ad nos, ita fecerimus.

6. Sive bonum sive malum (*fuerit,*) voci Jehovæ, Dei nostri, ad quem nos (*sumus*) mittentes te, obediemus; ut bene nobis sit, quando obediverimus voci Jehovæ, Dei nostri.

7. Factum itaque est à fine decem dierum: factum est verbum Jehovæ ad Jeremiam.

8. Quare vocavit Jochananem, filium Kareachi, & omnes Principes exercituum, qui cum eo, & universum populum, à minimo usque ad maximum:

9. Dixitque ad eos; sic dixit Jehovah, Deus Jisraëlis, ad quem misistis me, ut deferrem deprecationem vestram ante Ipsum.

10. Si habitando habitabitis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam; & plantabo vos, ac non evellam: quia pœnituit Me mali, quod feci vobis.

11. Ne timeatis vobis à Rege Babelis, à quo vos (*estis*) timentes vobis; ne timete vobis ab eo, dictum Jehovæ: quia vobiscum Ego (*ero,*) ad servandum vos, & ad eripiendum vos è manu ejus.

12. Daboque vobis misericordias, ut misereatur vos, & reducat vos ad terram vestram.

13. Quod si dicentes (*eritis*) vos, non habitabimus in terra hac; ut non obediatis voci Jehovæ, Dei vestri.

14. Dicendo; Non, sed (*in*) terram Ægypti veniemus, ubi non videbimus bellum, & vocem buccinæ non audiemus, & panem non esuriemus; ibique habitabimus:

15. Nunc, inquam, ideò audite verbum Jehovæ; ô reliquiæ Judæ! sic dixit Jehovah Zebaoth, Deus Jisraëlis; si vos ponendo posueritis facies vestras ad veniendum in Ægyptum, veneritisque ad peregrinandum ibi:

16. Fiet, (*ut*) gladius, à quo vos (*estis*) timentes vobis, ibi prehendat vos in terra Ægypti; & fames, de qua vos (*estis*) solliciti, ibi adhærebit post vos (*in*) Ægypto, ut ibi moriamini.

17. Eruntque omnes viri, qui posuerunt facies suas ad veniendum in Ægyptum, ad peregrinandum ibi, (*tales;*) morientur gladio.

gladio, fame ac peste; nec erit illis residuus, aut evadens, propter malum, quod Ego (*ero*) adducens super eos.

18. Sic namque dixit JEHOVAH Zebaoth, Deus Jisraëlis; quemadmodum effusa est ira Mea, & excandescentia Mea, super habitatores Hierosolymæ; sic effundetur excandescentia Mea super vos, quum veneritis in Ægyptum: critisque in maledictionem, & in stuporem, & in execrationem, & in opprobrium, neque videbitis amplius locum hunc.

19. Locutus est JEHOVAH super vos, ô reliquiæ Judæ; ne veniatis (*in*) Ægyptum: sciendo (*itaq.*) scietis, quod testificer contra vos hodie;

20. Quod seducturi (*vos ipsos*) sitis contra animas vestras: nam vos misistis me ad JEHOVAM, Deum vestrum, dicendo; ora pro nobis ad JEHOVAM, Deum nostrum, & juxta omne, quod dixerit JEHOVAH, Deus noster; sic indica nobis, & faciemus.

21. Jam indicavi vobis hodie; at non obedivistis voci JEHOVÆ, Dei vestri, & omni ei, cum quo misit me ad vos.

22. Jam ergò sciendo scietis, quod gladio, fame ac peste morituri sitis in loco, quo voluistis venire, ad peregrinandum ibi.

CAP. XLIII.

Partes hujus Capitis tres sunt. I. Est responsio principium & reliquiarum ex Judæis ad Ieremiæ relationem responsi divini. à v. 1. II. Iter Judæorum in Ægyptum. à v. 5. III. Prophetia Ieremiæ in Ægypto. à v. 7.

SEd factum est; cum absolvisset Jeremias loqui ad universum populum omnia verba JEHOVÆ, Dei eorum, cum quibus miserat eum JEHOVAH, Deus eorum ad eos; omnia (*inquam*) verba hæc:

2. Dixit Asarja, filius Hoschajæ, & Jochanan, filius Kareachi, & omnes viri contumaces; dicentes ad Jeremiam; mendacium tu (*es*) loquens; non misit te JEHOVAH, Deus noster, dicendo; ne veniatis (*in*) Ægyptum ad peregrinandum ibi:

3. Sed Baruchus, filius Nerijæ (*est*) incitans te contra nos, ut det nos in manum Chaldæorum, ad occidendum nos, & ad transportandum nos Babelem.

4. Non ergò obediverunt Jochanan filius Kareachi, & omnes principes exercituum, & universus populus, voci JEHOVÆ, ut manerent in terra Judæ:

5. Sed sumsit Jochanan, filius Kareachi, & omnes Principes exercituum omnes reliquias Judæ, qui redierant ex omnibus gentibus, quò depulsi erant, ad habitandum in terra Judæ;

6. Viros & mulieres, & infantes, & filias Regis, & omnem animam, quam reliquit Nebusaradan, Princeps Satellitum, cum Gedalja, filio Achikami, filii Schaphanis; Jeremiam etiam Prophetam, & Baruchum filium Nerijæ;

7. Veneruntque (*in*) terram Ægypti, non enim obediverunt voci JEHOVÆ. Cum autem venissent usque ad Thachpanchesum:

8. Factum est verbum JEHOVÆ ad Jeremiam in Thachpanchesо, dicendo:

9. Sume in manum tuam lapides magnos, & absconde eos in argilla in fornace lateritia, quæ (*est*) ad ostium domus Pharaonis in Thachpanchesо, in oculis virorum Judæorum.

10. Et dic ad eos; Sic dixit JEHOVAH, Deus Jisraëlis; Ecce, Ego (*Sum*) mittens, & accipiam Nebucadrezarem, Regem Babelis, servum Meum, ponamque thronum ejus supra lapides hos, quos abscondi; ita ut extendat tentorium suum super illis.

11. Veniet autem, & percutiet terram Ægypti; qui morti (*obveniet,*) morti (*obveniat,*) & qui captivitati, captivitati; & qui gladio, gladio:

12. Ac incendam ignem in domibus deorum Ægypti, ut comburat eos, vel captivet eos: tandem induet sibi terram Ægypti, sicut induit pastor vestem suam, & exibit inde cum pace.

13. Tum confringet statuas domus Solis, quæ in terra Ægypti, & domos deorum Ægypti comburet igne.

CAP. XLIV.

Partes hujus Capitis tres sunt. I. Est concio Ieremiæ prophetica ad omnes Judæos in Ægypto. à v. 1. II. Responsio Judæorum ad concionem Ieremiæ. à v. 15. III. Replica Ieremiæ contra omnes in universum, viros, mulieres, & omnem populum: à v. 20.

VErbum, quod factum est ad Jeremiam, ad omnes Judæos, habitantes in terra Ægypti; habitantes (*nimirum*) in Migdol, & in Thachpanchesо, & in Nopho, & in terra Pathrosi, dicendo;

2. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, Deus Jisraëlis; vos vidistis omne malum, quod adduxi super Hierosolymam, & super omnes urbes Judæ, ita ut illæ, ecce, (*sint*) desolatio die hoc, nec (*sit*) in iis habitator:

3. Propter malitiam eorum, quam fecerunt ad provocandum Me ad iram, eundo ad suffiendum, (*&*) ad serviendum diis aliis, quos non noverant, illi, vos & patres vestri.

4. Misi quidem ad vos omnes servos Meos, Prophetas, maturinando & mittendo, dicendo; Ne nunc faciatis verbum abominationis hujus, quam odi.

5. Sed non audiverunt, nec inclinarunt aurem suam, ad revertendum à malitia sua, ut non suffirent diis aliis.

6. Ideò effusa est excandescentia Mea & ira Mea, & accendit urbes Judæ, & plateas Hierosolymæ, ut factæ sint in desolationem, & devastationem, sicut die hoc.

7. Jam ergò sic dixit] JEHOVAH, Deus Zebaoth, Deus Jisraëlis; quare vos (*estis*) facientes malum magnum contra animas vestras, ad excidendum vobis virum, & fœminam, infantem & lactentem è medio Judæ, ut non relinquam vobis reliquias?

8. Eò quod ad iram provocatis Me per opera manuum vestrarum, suffiendo diis aliis in terra Ægypti, quò vos (*fuistis*) venientes, ad peregrinandum ibi; ut excidam vos, & ut fiatis in maledictionem & in opprobrium inter omnes gentes terræ,

9. Num obliti estis malorum patrum vestrorum, & malorum Regum Judæ, & malorum uxorum eorum, & malorum uxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Judæ, & in plateis Hierosolymæ?

10. Nonne contusi sunt usquead diem hunc? eò quod non timuerunt, neque iverunt in lege Mea, & in statutis Meis quæ dedi ante vos, & ante patres eorum.

11. Propterea sic dixit JEHOVAH Zebaoth, Deus Jisraëlis; [a] Ecce; Ego (*sum*) ponens faciem Meam contra vos in malum, & ad excindendum totum Judam. a) Am. 9, 4.

12. Sumam enim reliquias Judæ, qui posuerunt facies suas ad veniendum in terram Ægypti, ad peregrinandum ibi, ut consumantur omnes: in terra Ægypti cadent; gladio, fame consumentur; à minimo usque ad maximum, gladio & fame mórientur: eruntque in execrationem, in stuporem, & in maledictionem, & in opprobrium.

13. Visitabo namque super habitantes in terra Ægypti, quemadmodum visitavi super Hierosolymam, gladio, fame & peste:

14. Ut non sit evasor, aut residuus reliquiis Judæ, qui venerunt ad habitandum ibi, in terra Ægypti, aut ad redeundum (*in*) terram Judæ, quò illi attollunt animam suam ad revertendum (*&*) ad habitandum ibi: non enim redibunt nisi evasores (*pauci.*) cf. vers. 28

15. Tum responderunt Jeremiæ omnes viri, scientes, quod suffirent uxores eorum [b] diis aliis, & omnes mulieres stantes, cœtus magnus, & omnis populus, habitantes in terra Ægypti, in Pathroso, dicendo; b) Ier. 7, 17, 18.

16. Quod ad verbum, quod locutus es ad nos in Nomine JEHOVÆ, [c] non obediemus tibi; c) Esa. 4, 20.

17. Sed faciendo faciemus omne verbum, quod exivit ex ore nostro, suffiendo Melecheth cœli, & libando ei libamina; quemadmodum fecimus nos & patres nostri, Reges nostri, & Principes nostri, in urbibus Judæ, & in plateis Hierosolymæ, ubi

ubi saturati sumus pane, fuimusque læti, nec malum vidimus.

18. Ex quo autem cessavimus suffire Melecheth cœlorum, & libare illi libamina, destituti sumus omnibus, & gladio ac fame consumti sumus:

19. Insuper quando nos (*suimus*) suffientes Melecheth cœlorum, & (*libavimus*) ad libandum ei libamina; num sine viris nostris fecimus ei placentas, ad afficiendum, & (*libavimus*) ad libandum ei libamina?

20. Verumenimverò dixit Jeremias ad universum populum; ad viros, & ad mulieres, & ad omnem populum (*reliquum,*) qui responderunt illi verbum (*istud,*) dicendo;

21. Nonne suffimenti, quod suffivistis in urbibus Judæ, & in plateis Hierosolymæ, vos & patres vestri, Reges vestri, & Principes vestri, & populus terræ, horum (*inquam*) recordatus est JEHOVAH, ascenditque (*res*) super cor Ipsius?

22. Ita ut non potuerit JEHOVAH amplius ferre propter malitiam operum vestrorum, propter abominationes, quas fecistis; factaque sit terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictionem, nec (*sit*) habitator, sicut die hoc.

23. Propterea (*inprimis,*) quod suffivistis, & quod peccastis JEHOVÆ, nec obedivistis voci JEHOVÆ, & in lege Ejus, & in statutis Ejus, & in testimoniis Ejus non ambulastis; propterea (*inquam*) obvenit vobis malum hoc, sicut die hoc (*est.*)

24. Præterea dixit Jeremias ad totum populum, & ad omnes mulieres, Audite verbum JEHOVÆ omnis Judah, qui in terra Ægypti:

25. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, Deus Israëlis, dicendo; Vos & uxores vestras (*quod attinet,*) locutæ estis ore vestro, & manibus vestris implevistis, dicendo; faciendo faciemus vota nostra, quæ vovimus, suffiendo Melecheth cœlorum, & libando illi libamina: stabiliendo stabilietis vota vestra, & faciendo facietis vota vestra:

26. Propterea (*itaq;*) audite, verbum JEHOVÆ omnis Juda, habitantes in terra Ægypti; Ecce, Ego juravi per Nomen Meum magnum, dixit JEHOVAH, si erit amplius Nomen Meum nominatum in ore omnis viri Judæ, dicentis; per vivum Dominum JEHOVAM, in tota terra Ægypti.

27. Ecce, Ego (*ero*) vigilans super vobis in malum, & non in bonum, ut consumantur omnis vir Judæ, qui in terra Ægypti, gladio & fame, usque dum consummentur.

28. Evasores quidem gladii revertentur è terra Ægypti (*in*) terram Judæ, homines pauci; ut cognoscant omnes reliquiæ Judæ, qui venerunt in terram Ægypti, ad peregrinandum ibi, cujus verbum consistat, (*quod*) ex Me, an ex illis.

29. Et hoc vobis (*erit*) signum, [dictum JEHOVÆ] quod visitaturus (*sim*) Ego super vos in loco hoc; ut sciatis, quod consistendo consistant verba Mea super vobis in malum.

30. Sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*ero*) dans Pharaonem Chophram, Regem Ægypti, in manum hostium ejus, & in manum quærentium animam ejus: sicut dedi Zedekijam, Regem Judæ, in manum Nebucadnezaris, Regis Babelis, hostis ejus, & quærentis animam ejus,

CAP. XLV.

Brevem habet Caput hoc prophetiam Ieremiæ ad Baruchum: in qua duæ sunt partes. I. Titulus prophetiæ. v. 1. II. Contenta prophetiæ: tum querela Baruchi, v. 3. tum ad querelam ejus responsio. v. 4. 5.

VErbum, quod locutus est Jeremias Propheta ad Baruchum, filium Nerijæ, quum scriberet hic verba hæc super librum ex ore Jeremiæ, in anno quarto, (*qui erat*) Jojakimo, filio Josiæ, Regi Judæ, dicendo;

2. Sic dixit JEHOVAH, Deus Israëlis, de te, ô Baruche;

3. Dixisti; heu nunc mihi! quia addit JEHOVAH tristitiam super dolorem meum; laboravi in suspirio meo; sed quietem non inveni.

4. Sic dices ad eum; sic dixit JEHOVAH;

ecce, quod ædificavi, Ego (*sum*) destruens; & quod plantavi, Ego (*sum*) evellens; & (*quidem*) cum tota terra hac:

5. Tu ergò quæres tibi magna? ne quæras. Nam, ecce, Ego (*sum*) adducens malum super omnem carnem; dictum JEHOVÆ: sed dabo tibi animam tuam in prædam, super omnibus locis, quò abibis.

CAP. XLVI.

Partes hujus Capitis sunt tres. I. Habet titulum duplicem: unum generalem pro hoc & sequentibus Capitibus. v. 1. alterum pro hoc Capite. v. 2. II. Est prophetia contra exercitum Pharaonis Nechonis. à v. 2. III. Cladis Ægyptiacæ prædictio à v. 13.

QUod factum est verbum JEHOVÆ ad Jeremiam Prophetam contra gentes.

a) *Esa. 19. 1. Ez. 29. 2. 30. 1.*

2. [a] Contra Ægyptum: contra exercitum Pharaonis Necho, Regis Ægypti, qui fuit apud fluvium Euphratem in Carchemisch: quem percussit Nebucadrezar, Rex Babelis, in anno quarto Jojakimi, filii Josijæ, Regis Judæ.

3. Disponite scutum & clypeum, & accedite in prælium.

4. Alligate equos, & ascendite equites, & sistite vos cum galeis: expolite lanceas, induite loricas.

5. Quare vidi, (*quod*) illi consternati (*sint,*) recedentes retrorsum? & fortes eorum contusi sunt: fugam fugerunt, nec respexerunt, timor (*est*) circumcirca? dictum JEHOVÆ.

6. Ne effugiat celer, neque eripiat se fortis: versus septentrionem, juxta littus fluvii Euphratis, impegerunt, & ceciderunt.

7. Quis hic? (*qui*) sicut flumen (*Nilus*) ascendit; cujus aquæ sicut flumina commoventur?

8. Ægyptus sicut flumen (*Nilus*) ascendit, & sicut flumina commoventur aquæ ejus: dixit enim; ascendam, obtegam terram, perdam urbem, & habitantes in ea.

9. Ascendite equi, & insanite currus, ac exite fortes: Kusch & Put, apprehendentes scutum, & Ludii, apprehendentes, (*& tendentes*) arcum.

10. Sed dies ille (*est*) Domino JEHOVIH Zebaoth dies ultionis, ut vindictam sumat de hostibus suis, comedatque gladius & saturetur, & inebrietur a sanguine eorum; quia sacrificium (*est*) Domino JEHOVIH Zebaoth in terra septentrionis, juxta fluvium Euphratis.

11. Ascende (*in*) Gilead, & sume Balsamum, ô virgo filia Ægypti: (*sed*) in vanum multiplicasti medicamenta; (*nam*) sanatio non (*est*) tibi.

12. Audiverunt gentes ignominiam tuam, & clamore tuo impleta est terra: quia fortis in fortem impegit, unà ceciderunt ambo.

13. Verbum, quod locutus est JEHOVAH ad Jeremiam Prophetam, quum veniret Nebucadrezar, Rex Babelis, ad percutiendum terram Ægypti.

14. Annunciate in Ægypto, & audiri facite in Migdol, audirique facite in Nopho & in Thachpancheso: dicite; consiste & confirmate; quia comedit gladius circuitus tuos.

15. Quare tracti sunt validi tui? non consistit (*quisquam,*) quia JEHOVAH impulit eum.

16. Multiplicavit (*Jehovah*) impingentes; etiam cecidit vir super socium suum; unde dixerunt, surge, & revertemur ad populum nostrum, & ad terram nativitatis nostræ propter gladium opprimentem.

17. Clamarunt ibi; Pharao Rex Ægypti tumultus (*factus, dum*) transgressus est tempus statum.

18. Per Me vivum, dictum Regis, JEHOVAH Zebaoth nomen (*est*) Ejus; quod, sicut Thabor inter montes, & sicut Carmel, in mare veniet.

19. Vasa migrationis fac tibi, habitatrix filia Ægypti; quia Nophum desolatio fiet, & comburetur, ut non (*sit*) habitator.

20. Vitula pulcherrima Ægyptus (*fuit; sed*) excidium à septentrione venit, venit.

21. Etiam mercenarii ejus (*sunt*) in medio ejus, sicut viruli saginarii: nam etiam ipsi converterunt se, fugerunt simul, non constiterunt: quia dies exitii eorum

venit

venit ſuper eos, tempus viſitationis eorum.

22. Vox ejus ſicut ſerpentis ibit, quia cum robore ibunt, & cum ſecuribus venerunt illi, ſicut exciſores lignorum.

23. Exciderunt ſylvam ejus, dictum JEHOVÆ; quia non perveſtigabitur: quia multiplicati ſunt præ locuſta, nec (*eſt*) iis numerus.

24. Pudefacta eſt filia Ægypti; tradita eſt in manum populi ſeptentrionis.

25. Dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Iſraëlis; Ecce, Ego (*ſum*) viſitans ſuper Amonem de No, & ſuper Pharaonem, & ſuper Ægyptum, & ſuper deos ejus, & ſuper Reges ejus: inprimis ſuper Pharaonem, & ſuper confidentes in eo.

26. Daboque eos in manum quærentium animam eorum, nempe, in manum Nebucadrezaris, Regis Babelis, & in manum ſervorum ejus, poſtea tamen habitabit, ſicut diebus antiquitatis, dictum JEHOVÆ.

b) *Eſa. 44,2. Ier. 30, 10.* 27. Tu [b] verò ne timeas, ſerve Mi, Jacob; & ne conſterneris, Iſraël: ecce, enim Ego (*ſum*) ſervans te è longinquo, & ſemen tuum è terra captivitatis eorum; ita ut redeat Jacob, & quieſcat, & tranquillus ſit, nec (*ſit*) qui terreat.

28. Tu ne timeas, ſerve Mi Jacob, dictum JEHOVÆ: quia tecum Ego (*ſum*) faciam enim (*quidem*) conſummationem c) *Ier. 30, 11.* [c] cum omnibus gentibus, quo depuli te; ſed tecum non faciam conſummationem; tantum caſtigabo te juxta judicium; at innocentem relinquendo non relinquam te innocentem.

CAP. XLVII.

Partes hujus Capitis tres ſunt. I. Habet titulum propheticum. v. 1. II. Ipſam prophetiam, ſeu futurorum prædictionem, contra Philiſthæos. à v. 2. III. Concluſionem ejus per ſignificationem condolentiæ. à v. 2. 6. 7.

a) *Eſa. 15, 29. Ez. 25, 6 Zeph. 2, 5. Zach. 9,* QUod factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jeremiam Prophetam [a] contra Philiſthæos, antequam percuteret Pharao Gazam.

2. Sic dixit JEHOVAH; Ecce, aquæ aſcendentes (*ſunt*) à ſeptentrione, quæ fient in flumen inundans, & inundabunt terram plenitudinemque ejus; urbem & habitantes in ea: ut clament homines, & ejulet omnis habitator terræ.

3. Præ voce plauſus equorum ungularum fortium (*equorum*) ejus, à tumultu (*qui*) currui ejus, ſtrepitu rotarum ejus, non reſpexerunt patres ad filios, pra remiſſione manuum:

4. Propter diem venientem ad vaſtandum omnes Philiſthæos, ad excidendum Tyro & Zidoni omnem reſiduum auxiliantem: quia vaſtans (*eſt*) JEHOVAH Philiſthæos, reliquias inſulæ Capthor.

5. Venit calvities ſuper Gazam exciſa eſt Aſchkelon, reliquiæ vallis eorum; quouſque incideris te?

6. Heu gladie, (*quies*) JEHOVÆ! quouſque non quieſces? colligere ad vaginam tuam, acquieſce & ſile. *Lev. 19 27. Deuter 14, 1.*

7. (*Sed*) quomodo quieſces? quum JEHOVAH præceperit tibi ſuper Aſchkelone, & ſuper ttactu maris: eò deſtinavit illum.

CAP. XLIIX.

Prophetia Capitis hujus contra Moabum duas habet partes. I. Eſt de vaſtatione Moabitica prædictio ſimplex. à v. 1. II. De vaſtatione Moabitica prædictio figurata. Utraq; autem mixtim.

COntra Moabum. Sic [a] dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Iſraëlis; a) *Eſa 15, 1.*

Væ ſuper Nebo; quia devaſtata eſt, pudefacta eſt, capta eſt Kirjathajim. pudefacta eſt Miſgab & conſternata.

2. Non (*eſt*) amplius gloria Moabi; in Cheſchbone cogitatunt contra eam malum; ite, ut excidamus eam, ut non (*ſit*) gens: Etiam Madmen excideris; poſt te ibit gladius.

3. Vox clamoris ex Choronajim; devaſtatio & confractio magna.

4. Confracta eſt Moab: auditi fecerunt clamorem minor ennes ejus.

5. Quia aſcenſus Luchith in fletu aſcendit (*eum*) fletu, quia in deſcenſu Chotonajim hoſtes clamoris confractionis audiverunt.

6. Fugite, eripite animam veſtram:

b) *Ier. 17, 6.* erunt enim ſicut [b] arbor ſolitaria in deſerto.

7. Quoniam propter confidentiam tuam in operibus tuis, & in theſauris tuis, etiam tu capieris; ita [c] ut Kemoſch exeat in exilium, Sacerdotes ejus, & Principes ejus ſimul. c) *2 Reg. 11, 7.*

8. Veniet enim vaſtator ſuper omnem urbem, ut urbs (*ulla*) non evadat, ſed pereat vallis, & perdatur planities: quia dixit JEHOVAH:

9. Date alam Moabo; quia avolando avolabit, & urbes ejus in deſolationem erunt, ut non (*ſit*) habitans in iis.

10. Maledictus (*eſto*) faciens opus JEHOVÆ (*cum*) dolo; & maledictus prohibens gladium ſuum à ſanguine.

11. Quietus erat Moabus ab adoleſcentiis ſuis, & quieſcens ille (*erat*) ſuper fecibus ſuis; nec evacuatus eſt è vaſe in vas, neque in exilium abivit: propterea conſtitit guſtus ejus in eo, & odor ejus non mutatus eſt.

12. Quare, ecce, dies (*ſunt*) venturi [dictum JEHOVÆ,] quibus mittam illi extractores, qui extrahent eum; & vaſa ejus evacuabunt, utreſque ejus diſpergent.

13. Tum pudebit Moabum à Kemoſcho: ſicut pudefacti ſunt [d] domus Iſraëlis à Bethele, refugio ſuo. d) *1. Reg. 12, 29*

14. Quomodo dicitis; fortes nos (*ſumus*) & viri roboris ad bellum?

15. (*Atqui*) devaſtatus eſt Moabus, & urbes ejus, (*in quas*) aſcendit; at electio juvenum ejus deſcenderunt ad mactationem; dictum Regis, JEHOVAH Zebaoth (*eſt*) nomen Ejus.

16. Propinquum (*eſt*) exitium Moabi, ad veniendum, & malum ejus feſtinavit valde.

17. Condolete illi omnes circuitus ejus, & omnes agnoſcentes nomen ejus: dicite; quomodo fractus eſt baculus roboris, baculus decoris.

18. Deſcende de gloria, & ſede in ſiti, habitatrix filia Dibonis: quia vaſtator Moabi aſcendit contra te, perdidit munimenta tua.

19. Juxta viam conſiſte, & ſpeculare, habitatrix Aroer; interroga fugientem & ereptum, dic; quid factum eſt.

20. Pudefactus eſt Moabus; quia conſternata eſt, ejulatunt, & clamarunt; indicate in Amone, quod devaſtatus ſit Moabus.

21. Judicium enim venit ſuper terram planitiei; ſuper Cholonem, & ſuper Jachzam, & ſuper Mephaatham;

22. Et ſuper Dibonem, & ſuper Nebonem, & ſuper domum Diblathajim;

23. Et ſuper Kirjathajim, & ſuper Beth-Gamul, & ſuper Beth-Meon;

24. Et ſuper Kerijoth, & ſuper Bozram, & ſuper omnes urbes terræ Moabi, longinquas & propinquas.

25. Exciſum eſt cornu Moabi, & brachium ejus confractum eſt, dictum JEHOVÆ.

26. Inebriate eum, quia contra JEHOVAM ſe extulit; ut complodat Moabus in vomitu ſuo, ſitque in riſum etiam ille.

27. Nonne enim riſus fuit tibi Iſraël? num inter fures inventus eſt? nam ad verba tua contra ipſum, commoves te (*ſidens.*)

28. Relinquite urbes, & habitate in petra, habitatores Moabi; & eſtote ſicut columba, (*quæ*) nidificat in tranſitibus oris foveæ.

29. Audivimus ſuperbiam Moabi, ſuperbus eſt valdè: celſitudinem ejus & ſuperbiam ejus & elationem, & altitudinem cordis ejus.

30. Ego ſcio, dictum JEHOVÆ; indignationem ejus, quod non rectus; mendacia ejus, (*quod*) non rectum fecerunt.

31. Propterea ſuper Moabo ejulabo, & ob Moabum totum clamabo; ſuper viris Kir-cheres meditabitur (*Moabus.*)

32. Supra fletum Jaëſeris flebo ob te, ô vitis Sibmæ; propagines tuæ tranſiverunt mare, uſque ad mare Jaëſeris pertigerunt; ſuper fructus autumni tuos, & ſuper vindemiam tuam vaſtator cecidit.

33. Unde collecta eſt lætitia, & gaudium ex Carmele, & ex terra Moabi: [e] vinum enim ex torcularibus ceſſare feci; non (*quiſquam*) calcabit (*cum*) Hedad; Hedad non (*erit*) Hedad. e) *Eſa 16, 10.*

34. A Clamore Cheſchbonis uſque ad Eleale, uſque ad Jachaz ediderunt vocem ſuam, à Zoare uſque ad Choronajim, (ſicut) vitula triennis: quia etiam aquæ Nimrim in deſolationem erunt.

35 Quin ceſſare faciam Moabo [dictum JEHOVÆ] offerentem (in) excelſo, & ſuffientem, DEO ipſius.

36. Propterèa cor Meum ſuper Moabo, ſicut (ſuper) confoſſis [f] turbatur: & cor Meum ſuper vitis Kir-cheres, ſicut (ſuper) confoſſis, turbatur: quandoquidem ornatus, (quæs) fecit, perierunt:

37. Omne namque [g] caput (eſt) calvities, & omnis barba raſa; ſuper omnibus manibus (ſunt) inciſiones, & ſuper lumbis ſaccus.

38. Super omnibus rectis Moabi, & in plateis ejus, totus luctus (eſt;) ſi egi enim Moabum, ſicut vas, in quo non (eſt) beneplacitum, dictum JEHOVÆ.

39. Quomodo conſternata eſt, (&) ejulant? quomodo obvertit cervicem Moabus, (&) pudefactus eſt? factuſque eſt Moabus in riſum & conſternationem omnibus circuitibus ejus.

40. Quoniam ſic dixit JEHOVAH: Ecce, quemadmodum aquila volat (hoſtis) & expandit alas ſuas contra Moabum.

41. Capta eſt Kerijoth, & munitiones occupatæ: factum namque eſt cor potentum Moabi in die hoc, ſicut cor mulieris angustatæ.

42. Unde perditus eſt Moabus, ut non (ſit) populus; eò quod contra JEHOVAM ſe extulit.

43. Timor, & fovea, & laqueus (venium) ſuper te, habitator Moabi, dictum JEHOVÆ.

44. Qui [h] effugerit timorem, incidet in foveam: qui aſcenderit è fovea, capietur laqueo: adducam namque ſuper eam, ſuper Moabum, annum viſitationis eorum, dictum JEHOVÆ.

45. In umbra Cheſchbonis conſtiterunt ex (omnibus) viribus fugientes, ſed ignis exivit ex Cheſchbone, & flamma ab inter Sichonem, qui comedit angulum Moabi, & verticem filiorum ſtrepitus, Numeri XXI: 28.

46. Væ tibi Moabe; periit populus Kemoſchi: nam rapti ſunt filii tui in captivitatem, & filiæ tuæ in captivitatem.

47. Reducam tamen captivitatem Moabi in extremitate dierum, dictum JEHOVÆ. Hucuſque judicium Moabi.

CAP. XLIX.

Capitis hujus quinq; partes ſunt. I. Eſt prophetia contra filios Ammonis. a v. 1. II. Prophetia contra Edomum de devaſtatione ejus. a v. 7. III. Prophetia contra Damaſcum ſeu regnum Syria. à v. 23. IV. Prophetia contra Arabiam & regna Chazoris. à v. 28. V. Prophetia contra Elamum. a v. 34.

CONtra filios [a] Ammonis. Sic dixit JEHOVAH; num filii non (ſunt) Iſraël? num hæres non (eſt) illi? Quare (ergò) hereditavit Rex eorum Gadem, & populus ejus in urbibus illius habitavit? a) Ex. vul. Sunt ſic 25,2. hic infelix ultra al ſic qui infelicitas ſuo ſic und.

2. Propterèa ecce, dies (ſunt) venientes [dictum JEHOVÆ,] quibus audiri faciam contra Rabbath filiorum Ammonis clangorem belli, fierque in acervum deſolationis, & filiæ ejus igne comburentur; hereditabitque Iſraël hæredes ſuos, dixit JEHOVAH.

3. Ejula Cheſchbon, quia devaſtata eſt Aj: clamate filiæ Rabbæ, accingite ſaccos, plangite & vagamini inter macerias: quia Rex eorum in exilium abivit, Sacerdotes ejus & Principes ejus ſimul.

4. Quid gloriaberis vamous? defluxit vallis tua, ô filia perverſa, quæ confidis in theſauris tuis (dicens;) quis veniet ad me?

5. Ecce, Ego (ſum) adducens contra te timorem, dictum Domini JEHOVIH Zebaoth, ex omnibus circuitibus tuis: ut diſpellamini vir ante ſe, nec (ſit) congregans vaganti.

6. Poſteà tamen reducam captivitatem filiorum Ammonis, dictum JEHOVÆ.

7. Contra [b] Edomum. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth: Num non amplius (eſt) ſapientia in Themane? periitne conſilium ab intelligentibus? putidane facta eſt ſapientia eorum?

8. Fugite: averterunt ſe, in profundum demiſerunt ſe ad habitandum, habitatores

Dedanis: quia exitium Eſavi adducam ſuper eum, tempus, (quo) viſitabo eum.

9. Si vindemiatores venerint tibi, nonne relinquent racemationes? ſi fures in nocte, corrumpent ne ſufficientiam ſuam?

10. Ego namque denudabo Eſavum, revelabo occulta ejus, & abſcondi non poterit: devaſtatum eſt ſemen ejus, & fratres ejus, & vicini ejus; ut non (ſit) ille.

11. Relinque orphanos tuos; Ego vivificabo: & viduæ ſuper Me confident.

12. Quia ſic dixit JEHOVAH; Ecce, quorum non (erat) judicium, ut biberent calicem, bibendo bibent: Tunc ergò innocentem relinquendo innocens relinqueris? non innocens relinqueris; ſed bibendo bibes.

13. Quia per Me juravi, dictum JEHOVÆ, quod in deſolationem, in opprobrium, in devaſtationem, & in maledictionem futura ſit Bozra, & omnes urbes ejus futuræ ſint in vaſtitates ſeculi.

14. Famam [c] audivi à cum JEHOVAH, & legatum inter gentes miſſum; congregamini, & venite contra eam, ac ſurgite ad bellum.

15. Quia, ecce, minimum dedi te inter gentes; ſpretum inter homines.

16. Terror tuus decepit te, ſuperbia cordis tui; habitans Ego (ſum) in foraminibus petræ; tenens Ego altitudinem collis: [d] ſi exaltar ſicut aquila, nidum tuum, inde dejicerem te; dictum JEHOVÆ;

17. Erit itaque Edomus in deſolationem: omnis, qui tranſibit præter eam, obſtupeſcet, & ſibilabit ſuper omnibus plagis ejus.

18. Sicut everſio [e] Sodomæ, & Gomorrhæ, & vicinarum ejus (erit,) dixit JEHOVAH: non habitabit ibi vir, nec commorabitur in ea filius hominis.

19. Ecce, ſicut leo aſcende. à ſuperbia Jordanis ad habitaculum Ethanis: quia commovebo, cuttere faciam eum à ſuper ea. Et [f] quis (eſt) juvenis, (quem) ſuper eam præficiam? Quis enim (eſt) ſicut Ego? & quem comparabitis Mihi? & quis (eſt) ille Paſtor, qui conſiſtet coram Me?

20. Propterèa audite conſilium JEHOVÆ, quod conſultavit ſuper Edomo, & cogitationes ejus, quas cogitavit ſuper habitatoribus Themanis; ſi non traxerint eos minores gregis! ſi non devaſtabit ſuper iis habitacula eorum!

21. A voce caſus eorum contremuit terra: (quoad) clamorem, in mari Suph audita eſt vox ejus.

22. Ecce, ſicut aquila aſcendit, volatque & extendit alas ſuas ſupra Bozram: unde factum eſt cor fortium Edomi in die hoc, ſicut cor mulieris angustatæ.

23. Contra [g] Damaſcum. Pudefacta eſt Chamatha & Arpad: quia famam malam audiverunt, liquefacti ſunt: in mari (eſt) ſolicitudo, (quia) quieſcere non poteſt.

24. Remiſſa facta eſt Damaſcus, convertit ſe ad fugiendum, & horrorem apprehendit: anguſtia & dolores arripuit eam, ſicut parturientem.

25. Quomodo non relicta eſt urbs gloriæ? urbs gaudii mei?

26. Quare cadent juvenes ejus in plateis ejus, & omnes viri belli excindentur in die iſto, dictum JEHOVÆ Zebaoth.

27. Et accendam ignem in muro Damaſci, qui comedet palatia Benhadadi.

28. Contra Arabiam, & regna Chazoris, quæ percuſſit Nebucadrezar, Rex Babelis. Sic dixit JEHOVAH, ſurgite, aſcendite contra Arabiam, & devaſtate filios orientis.

29. Tentoria eorum, & greges eorum ſument; & cortinas eorum, & omnia vaſa eorum, & camelos eorum auferent ſibi, & conclamabunt contra eos terrorem circumcirca.

30. Fugite, vagamini, in profundum demiſerunt ſe ad habitandum, habitatores Chazoris, dictum JEHOVÆ; quia conſultavit ſuper vobis Nebucadrezar, Rex Babelis, conſilium, & cogitavit ſuper vos cogitationem:

31. Surgite, aſcendite contra gentem quietam, habitantem ſecurè, dictum JEHOVÆ: non valvæ, nec vectes illi, ſolitarii habitant.

32. Erunt itaque cameli eorum in prædam, & multitudo pecorum eorum in prædam: dispergamque eos in omnem ventum, (*ut sint*) abscissi anguli, & ab omnibus transitibus ejus adducam exitium eorum, dictum JEHOVÆ:

33. Fietque Chazor in habitaculum draconum, desolationem usque in seculum: non habitabit ibi vir, nec commorabitur in eâ filius hominis.

34. Quod factum fuit verbum JEHOVÆ ad Jeremiam Prophetam contra Elamum, in principio Regni Zedekijæ, Regis Judæ, dicendo:

35. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; Ecce, Ego (*sum*) frangens arcum Elami, præcipuum potentiæ ejus:

36. Et adducam super Elamum quatuor ventos ex quatuor finibus cœlorum, & dispergam eos in omnes ventos hos, ut non sit gens, quo non veniat de dispulsis Elami.

37. Et consternabo Elamum coram hostibus suis, & coram quærentibus animam ipsius; & adducam super eos malum cum excandescentia iræ Meæ [dictum JEHOVÆ,] mittamque post eos gladium, usque dum consumsero eos.

38. Ac ponam thronum Meum in Elamo, & perdam inde Regem & Principes, dictum JEHOVÆ.

39. Fiet tamen in postremitate dierum; reducam captivitatem Elami, dictum JEHOVÆ.

CAP. L.

Incipit hoc Caput prophetiam contra Babelem, sequenti capite continuandam: habet[q; partes] quatuor. I. Generalis quodammodo est, & summa totius prophetiæ à v. 1. In II. animat Iehovah hostes Babelis ad alacritatem, à v. 14. III. Habet contentionem Iehovæ cum Babele, à v. 31. IV. Habet descriptionem hostis contra Babelem venturi

VErbum, quod locutus est JEHOVAH contra [a] Babelem, contra terram Chaldæorum, per manum Jeremiæ Prophetæ.

2. Annuntiate inter gentes, & audiri facite, ac tollite signum, audiri facite, nec celate: dicite; capta est Babel, pudefactus est Bel, consternatus est Merodachus; pudefacta sunt idola ejus, consternata sunt simulacra ejus:

3. Quia ascendit contra eam gens à septentrione; hæc ponet terram ejus in desolationem, ut non sit habitans in ea: ab homine usque ad bestiam se dimoverunt, abiverunt.

4. In diebus istis & in tempore isto, dictum JEHOVÆ, venient filii Jisraëlis, ipsi & filii Judæ simul; eundo & flendo ibunt, & JEHOVAM DEUM suum quærent.

5. De Zijone interrogabunt, de via, quò facies eorum (*dicentes,*) venite, ut adhæreamus JEHOVÆ fœdere seculi, (*quod*) oblivioni non detur.

6. Oves perditæ fuerunt populus Meus, pastores eorum seduxerunt eos, montes refractarii: de monte super collem iverunt, obliti sunt cubilis sui.

7. Omnes, qui invenerunt eos, comederunt eos, & hostes eorum dixerunt; non rei fiemus: pro eo, quod peccarunt JEHOVÆ, habitaculo justitiæ, spei[que patrum eorum, JEHOVÆ.

8. Fugite è medio Babelis, & è terra Chaldæorum exite, & estote sicut arietes coram grege.

9. Ecce, enim Ego (*sum*) excitans & ascendere faciens contra Babelem congregationem gentium magnarum è terra septentrionis, & instruent aciem contra eam; inde capietur: tela ejus (*sunt*) sicut fortis prudentis, non revertetur (*ullum*) vanum.

10. Eritque Chaldæa in spolium; omnes spoliantes eam saturabuntur, dictum JEHOVÆ.

11. Nam gavisi estis, nam exultastis, deprædantes hereditatem Meam: nam obesi facti estis, sicut vitula herbatia, & hinnistis, sicut fortes (*equi*)

12. Pudefacta est mater vestra valdè, pudore suffusa est genitrix vestra: ecce, postremitas gentium (*est*) desertum, siccitas & solitudo:

13. Ab ira JEHOVÆ non habitabit, sed erit devastatio tota; omnis transiens præter

Babelem obstupescet, & sibilabit super omnibus plagis ejus.

14. Disponite vos contra Babelem circumcirca, omnes tendentes arcum, jaculamini contra eam, nec parcite telis: quia JEHOVÆ peccavit.

15. Clangite contra eam circumcirca, dedit manum suam: ceciderunt [b] rundamenta ejus, destructi sunt muri ejus, quia vindicta JEHOVÆ hæc (*est, ideò*) vindictam sumite de ea; quemadmodum fecit, facite illi.

16. Excindite seminantem è Babele, & prehendentem falcem in tempore messis, propter gladium opprimentem vir ad populum suum convertent se, & vir ad terram suam fugient.

17. Pecus dispersa (*est*) Jisraël, leones dispulerunt: prior comedit eum Rex Assyriæ; hic vero posterior deossavit eum, Nebucadrezar, Rex Babelis.

18. Ideò sic dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jisraëlis: Ecce, Ego (*sum*) visitans super Regem Babelis, & super terram ejus, quemadmodum visitavi super Regem Aschuris:

19. Contra reducam Jisraëlem ad habitaculum ipsius, ut pascat in Carmele & Baschane: ac in monte Ephrajimi & Gileade saturetur anima ejus.

20. In diebus illis, & in tempore illo, dictum JEHOVÆ, quæretur iniquitas Jisraëlis, sed non (*erit*) illa, & peccata filiorum Judæ, sed non invenientur: quia condonabo iis, quos residuos fecero.

21. Contra terram rebellionum, ascende (*inquam*) contra eam, & contra habitatores Pekod; devasta, & devotioni dato post eos, dictum JEHOVÆ, & fac juxta omne, quod præcepi tibi.

22. Vox belli (*est*) in terra & confractio magna.

23. Quomodo excisus est, & confractus malleus totius terræ? quomodo facta est in desolationem [c] Babel inter gentes?

24. Laqueos posui tibi, & capta etiam es, ô Babel, cum tu non nosses: inventa es, etiamque prehensa es; quia contra JEHOVAM bellum iniisti.

25. Aperuit JEHOVAH thesaurum suum, depromsitque instrumenta iræ suæ: quia opus est Domino JEHOVIH Zebaoth in terra Chaldæorum.

26. Venite illi à fine, aperite horrea ejus, sternite eam quasi acervos, & devotioni date eam, ut non sint illi reliquiæ.

27. Vastate omnes juvenes ejus, (*ut*) descendant ad mactationem: væ illis; quia venit dies illorum, tempus visitationis eorum.

28. Vox (*est*) fugientium & eripientium se è terra Babelis; ad annuntiandum in Zijone vindictam JEHOVÆ, DEI nostri, vindictam templi Ipsius.

29. Audite facite contra Babelem jaculatores, omnes tendentes arcum castra metamini contra eam circumcirca, ne sit illi evasio; retribuite illi juxta opus illius, juxta omne, quod fecit, facite illi: quia contra JEHOVAM insolenter egit, contra Sanctum Jisraëlis.

30. Propterea cadent juvenes ejus, in plateis ejus, & omnes viri belli ejus excidentur in die illo, dictum JEHOVÆ.

31. Ecce, Ego contra te superbia, dictum Domini JEHOVIH Zebaoth: quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ:

32. Tum impinget superbia, cadetque, nec (*erit*) erigens: ac incendam ignem in urbibus ejus, qui comedet omnes circuitus ejus.

33. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth: oppressi (*sunt*) filii Jisraëlis & filii Judæ simul: & omnes captivantes eos prehendunt eos, renuunt dimittere eos.

34. (*Sed*) Redemtor eorum (*est*) fortis, JEHOVAH Zebaoth (*est*) Nomen Ejus, litigando litigabit litem eorum, ut quietem det terræ; commoveat autem habitatores Babelis.

35. Gladie, contra Chaldæos (*exi,*) dictum JEHOVÆ; & contra habitatores Babelis, & contra Principes ejus, & contra sapientes ejus.

36. Gladie, adversus mendaces, ut stulteſcant: gladie, contra fortes ejus, ut consternentur.

37. Gladie, contra equos ejus, & contra currus ejus & contra promiscuam turbam, quæ in medio ejus, ut sint in mulieres:

tes: gladie, contra thesauros ejus, ut diripiantur.

38. Siccitas super aquas, ut exaresçant: quia terra sculptilium (*est*) illa, & de hortendis gloriantur.

39. Ideò habitabunt [d] Zijim cum Ijim, & habitabunt in ea filiæ noctuæ: nec sedebit amplius in æternum, nec inhabitabit usque in generationem & generationem.

40. Juxta eversionem DEI, (*quæ everti*) [e] Sodomam, & Gomorrham, & vicinas ejus, dictum JEHOVÆ, non habitabit ibi vir, neque commorabitur in ea filius hominis.

41. Ecce, populus (*est*) veniens à septentrione; & gens magna, ac Reges multi excitabuntur à lateribus terræ.

42. Arcum & hastam tenent; crudeles illi, nec misertantur: vox eorum sicut mare tumultuatur, & super equis equitant: dispositus (*est*) sicut vir ad bellum, contra te, filia Babelis.

43. Audivit Rex Babelis famam eorum; inderemissæ factæ sunt manus ejus: angustia apprehendit eum, dolor sicut parturientis.

44. Ecce, sicut leo ascendet à superbia Jordanis, ad habitaculum fortis, quia commovebo, currere faciam eos à-super ea. Et [f] quis (*est*) juvenis, (*quem*) super eam præficiam? Quis enim (*est*) sicut Ego? aut quis comparabit se Mihi, aut quis pastor, qui consistet coram Me?

45. Ideò audite consilium JEHOVÆ, quod consultavit super Babelem, & cogitationes ejus, quas cogitavit super terram Chaldæorum: si non trahent eos minimi (*canes*) gregis, si non vastabit super iis habitaculum!

46. A voce, capta est Babel, contremuit terra, & clamor inter gentes auditus est.

CAP. LI.

Partes hujus Capitis duæ sunt. In I. continuatur prophetia contra Babelem sup. cap. cepta. à v. 1. per quadruplicem sermocinationem Iehova. Quarum (1.) à v. 2. (2.) à v. 13. (3.) à v. 21. (4.) à v. 36. cum conclusione DEI. v. 52. In II. est prophetia Babelem missa, à v. 59.

Sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*sum*) excitans contra Babelem, & contra habitatores cordis insurgentium adversus Me, spiritum perdentem;

2. Mittamque contra Babelem ventilatores, qui ventilabunt eam, & evacuabunt terram ejus: quia erunt contra eam circumcirca in die mali.

3. Contra (*cum qui*) tendit, (*sit*) tendens arcum suum; & (*contra eum, qui*) effert se lorica sua: & ne parcite juvenibus ejus, devotioni date universum exercitum ejus:

4. Ut cadant confossi in terra Chaldæorum, & perfossi in plateis ejus.

5. Quia non orbus Jisraël & Judah à DEO suo, à JEHOVAH Zebaoth: at terra illorum plena est reatu à Sancto Jisraëlis.

6. [a] Fugite è medio Babelis, & eripite vir animam suam; ne excindamini ob iniquitatem ejus: quia tempus (*est*) hoc vindictæ JEHOVÆ; retributionem Ille retribuet ei.

7. Calix auri Babel (*est*) in manu JEHOVÆ, inebrians universam terram: de vino ejus biberunt gentes, ideò insaniunt gentes.

8. Subitò cecidit Babel, & confracta est: ejulate super ea, sumite balsamum pro dolore ejus, forte sanabitur.

9. Sanavimus Babelem, sed non sanata est: (*ideò*) deserite eam, & eamus vir in terram suam; quia pertigit ad cœlos judicium ejus, & extulit se usque ad nubes.

10. Produxit JEHOVAH justitias nostras: venite, & enarremus in Zijone opus JEHOVÆ, DEI nostri.

11. Expolite tela, implete scuta: excitavit JEHOVAH spiritum Regum Mediæ; quia contra Babelem (*est*) cogitatio ejus, ad perdendum eam: quia vindicta JEHOVÆ (*est*) hæc, vindicta templi illius.

12. Contra muros Babelis tollite signum; tenete custodiam, constituite custodes, parate insidiatores; quia tum cogitavit JEHOVAH, tum fecit id, quod locutus est contra habitatores Babelis.

13. Quæ habitas super aquis multis, thesauris multis; venit finis tuus, mensura lucri tui.

14. Juravit JEHOVAH Zebaoth [e] per animam suam, nisi impleturus sim te homine, quasi brucho, qui respondebunt super te, Hedad.

15. O qui facit [d] terram virtute sua, parat orbem sapientia sua, & intelligentia sua extendit cœlos:

16. Ad vocem, quam dat ille, (*sit*) strepitus aquarum in cœlis, & ascendere facit vapores à fine terræ: fulgura imbri fecit, & educit ventum è thesauris suis!

17. [e] Stultus factus est omnis homo à scientia, pudefactus est omnis conflator à sculptili: nam mendacium (*est*) fusile illius, nec spiritus (*est*) in eo.

18. Vanitas illa (*sunt*,) opus errorum: in tempore visitationis eorum peribunt:

19. Non sicut ista (*est*) pars [f] Jacobi: sed formator omnium Ille, inprimis (*Jisraëlis*) baculi hereditatis Ejus; JEHOVAH Zebaoth (*est*) Nomen Ejus.

20. Malleus tu (*es*) Mihi, arma belli: ut dispergam per te gentes, & perdam per te regna:

21. Ut dispergam per te equum & currum ejus: ut dispergam per te currum & vectum in eo:

22. Ut dispergam per te virum, & fœminam: ut dispergam per te senem & juvenem: ut dispergam per te adolescentem & virginem.

23. Ut dispergam per te pastorem & gregem ejus: ut dispergam per te agricolam & jugales ejus: ut dispergam per te præfectos & antistites.

24. Interim retribuam Babeli, & omnibus habitatoribus Chaldææ omne malum eorum, quod fecerunt in Zijone coram oculis vestris, dictum JEHOVÆ.

25. Ecce, Ego contra te, ô mons perdens, dictum JEHOVÆ, perdens universam terram: & exiendam manum Meam contra te, ut devolvam te de petris, & dem te in montem combustionis:

26. Nec sumant de te lapidem pro angulo, aut lapidem fundamentorum: quia vastitates seculi eris, dictum JEHOVÆ.

27. Tollitè signum in terra, clangite buccina inter gentes, sanctificate contra eam gentes, audire facite contra eam regna Ararat, Minni, & Aschkenas; præfinite contra eam principem, ascendere facite equos sicut bruchum rubi.

28. Sanctificate contra eam gentes cum Regibus Mediæ, cum ducibus ejus, & cum antistitibus ejus, & cum omni terra dominii ejus.

29. Ut contremiscat terra & parturiat: quia stant contra Babelem cogitationes JEHOVÆ, ad ponendum terram Babelis in desolationem, ut non (*sit*) habitator.

30. Cessarunt fortes Babelis pugnare: sedent in munitionibus, oblivioni data est potentia eorum, facti sunt mulieres: (*unde*) accenderunt habitationes ejus, fracti sunt vectes ejus.

31. Cursor contra cursorem curret, & nuntius contra nuntium, ad indicandum Regi Babelis, quod capta sit urbs ejus ab extremitate:

32. Et transitus occupati sint, & stagna exusserint igne, & viri belli territi sint.

33. Sic namque dixit JEHOVAH Zebaoth, DEUS Jisraëlis, filia Babelis (*est*) sicut area: tempus (*est*) ad triturandum eam: adhuc parum, cum veniet tempus messis illi.

34. Comedit me, conturbavit me Nebucadrezar, Rex Babelis: constituit me vas vacuum, deglutivit me, sicut draco, implevit ventrem suum ex deliciis meis, dispulit me.

35. Violentia mea, & caro mea (*est*) super Babele, dicit habitatrix Zijonis, & sanguis meus super habitatoribus Chaldæorum, dicit Hierosolyma.

36. Ideò sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*sum*) litigans litem tuam, & ulciscar ultionem tuam; ut exiccem mare ejus, ac arefaciam scaturiginem ejus.

37. Sitque Babel in acervos, habitaculum draconum, stuporem & sibilum, nec (*sit*) habitator.

38. Una sicut leones rugient, rugitum edent sicut catuli leonum.

39. Cum incaluerint, ponam convivia eorum, & inebriabo eos ut exultent, & dormiant somnum seculi, nec evigilent, dictum JEHOVÆ.

40. Descendere faciam eos sicut arietes ad mactandum; sicut arietes cum hircis.

41. Quo-

41. Quomodo capta est [g] Scheschach, & occupata gloria omnis terræ? quomodo redacta est in desolationem Babel inter gentes?

42. Ascendit super Babelem mare; multitudine fluctuum hujus obtecta est.

43. Redactæ sunt urbes ejus in desolationem, terram siccitatis & solitudinis; terras, in quibus non habitat vir ullus, neque transit per eas filius hominis.

44. Visitabo enim super Belem in Babele, & extraham bolum ejus ex ore ejus, ut non amplius confluant ad eum gentes: (*quin*) etiam murus Babelis concidet.

45. Exite ex medio ejus, populе mi! & eripite vir animam suam, præ excandescentia iræ JEHOVÆ:

46. Ut ne fortè mollescat cor vestrum, timeatisque ob famam, quæ audietur in terra: veniet namque in anno fama, & violentia (*erit*) in terra, dominator contra dominatorem.

47. Ideò, ecce, dies (*sunt*) venientes, quibus visitabo super sculptilia Babelis, ut omnis terra ejus pudefiat; & omnes confossi ejus cadant in medio ejus.

48. Tum canent super Babele cœli & terra, & omne quod in iis: quando venient illi à septentrione vastatores, dictum JEHOVÆ.

49. Etiam, quod ad Babelem, cadendum (*illi*) est, (*sicut*) confossis Israëlis: etiam Babeli cadent, (*sicut*) confossi omnis terræ.

50. Erepti à gladio, ite, ne consistite: mementote à longinquo JEHOVÆ, & Hierosolyma ascendat super cor vestrum.

51. Pudefacti sumus, cum audivimus opprobrium; obtexit ignominia facies nostras: quum venerunt alieni contra sanctuaria domus JEHOVÆ.

52. Ideò, ecce, dies (*sunt*) venientes, dictum JEHOVÆ; quibus visitabo super sculptilia ejus, & in tota terra ejus gemet confossus.

53. Si ascenderet Babel in cœlos, & si muniverit excelsum roboris sui: a-mecum venient vastatores illi, dictum JEHOVÆ.

54. Vox clamoris ex Babele, & contritio magna è terra Chaldæorum.

55. Quia devastans (*est*) JEHOVAH Babelem, & perdidit ex ea vocem magnam: tumultuatique sunt fluctus ejus, sicut aquæ multæ, editus est strepitus vocis eorum.

56. Quoniam venit super eam, super Babelem, vastator, & capti sunt fortes ejus, fracti sunt arcus eorum: DEUS namque retributionum JEHOVAH (*est*,) retribuendo retribuet.

57. Inebriabo ergò Principes ejus, & sapientes ejus, duces ejus, & antistites ejus, & fortes ejus, ut dormiant somnum seculi, nec evigilent, dictum Regis, JEHOVAH Zebaoth (*est*) Nomen Ejus.

58. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth! Murus Babelis lati evertendo evertentur, & portæ ejus altæ igne comburentur; laborabuntque populi pro vano, & gentes pro igne, & defatigabuntur.

59. Verbum, quod præcepit Jeremias Propheta Serajæ, filio Nerijæ, filii Machsejæ, quum abiret cum Zedekija, Rege Judæ, Babelem, in anno quarto, ex quo Rex factus erat: (*Erat*) autem Seraja Princeps quietis.

60. Scripsit namque Jeremias omne malum, quod venturum erat super Babelem super librum unum: omnia verba hæc, quæ scripta sunt contra Babelem.

61. Dixit insuper Jeremias ad Serajam; quum veneris Babelem, videbis, ut legas omnia verba hæc,

62. Deinde dices, ô JEHOVAH, Tu locutus es contra locum hunc, quod excisurus sis eum, ut non sit in eo habitans, ab homine usque ad bestiam, sed vastitates seculi futurus sit.

63. Fiet autem cum absolveris legere librum hunc, ligabis super eum lapidem, & projicies eum in medium Euphratis.

64. Ac dices; sic submergetur Babel, nec resurget; propter malum, quod Ego (*sum*) adducens super eam, ut deficiant. Huc usque verba Jeremiæ.

CAP. LII.

Caput hoc Partes duas continet. I. Habet Regnum Zedekijæ, Regis ante captivitatem Babylonicam ultimi cum excidio urbis Hierosolymæ, ejusq; spoliis.

liii. à v. 31. II. *Habet Regem Iojachinum è carcere exaltatum. à v.* 31.

FIlius viginti & unius anni (*erat*) [a] Zedekija, quum Rex fieret, & undecim annis regnavit in Hierosolyma; nomenque matris ejus (*erat*) Chamutal, filia Jeremiæ de Libna.

2. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ juxta omne, quod fecit Jojakimus.

3. Nam propter iram JEHOVÆ factum est in Hierosolyma & Juda, usque dum projecit eos à-coram facie bus Suis; ut rebellaret Zedekija contra Regem Babelis.

4. Unde factum est in [b] anno nono, ex quo regnavit, in mense decimo, in decimo (*die*) mensis: venit Nebucadrezar, Rex Babelis; ipse & omnes exercitus ejus contra Hierosolymam, & castra metati sunt contra eam, extruxeruntque contra eam vallum circumcirca.

5. Venit itaque urbs in obsidionem usque in annum undecimum, (*qui*) Regi Zedekijæ.

6. In mense quarto, in nono (*die*) mensis, invaluit fames in urbe; nec fuit panis populo terræ.

7. Perrupta ergò est urbs: & omnes (*quidem*) viri belli fugerunt, exiveruntque ex urbe noctu, via portæ inter duos muros, quæ (*erat*) juxta hortum Regis, cum Chaldæi (*essent adhuc*) contra urbem circumcirca, iveruntque via planitiei:

8. Sed persecuti sunt exercitus Chaldæorum post Regem, comprehenderuntque Zedekijam in solitudinibus Jerichuntis; omnis autem exercitus ejus dispersi sunt à-cum ipso.

9. Cumque comprehendissent Regem, ascendere fecerunt eum ad Regem Babelis in Riblam, in terra Chamath: qui cum eo locutus est judicia.

10. Mactavit enim Rex Babelis filios Zedekijæ coram oculis ejus: etiamque omnes Principes Judæ mactavit in Ribla.

11. Oculos autem Zedekijæ excœcavit, ipsumque ligavit duabus catenis; ac deduxit ipsum Rex Babelis Babelem, ubi posuerunt eum in domo custodiarum usque ad diem mortis ejus.

12. Deinde in mense quinto, in decimo (*die*, *qui*) mensi, [hic (*est*) annus decimus nonus (*qui*) Regi Nebucadrezari, Regi Babelis] venit Nebusaradan, Princeps Satellitum, (*qui*) stetit coram Rege Babelis, in Hierosolymam.

13. Combussitque domum JEHOVÆ, & domum Regis, & omnes domos Hierosolymæ, omnemque domum magnam combussit igne:

14. Omnes autem muros Hierosolymæ circumcirca destruxerunt torus exercitus Chaldæorum, qui cum Principe Satellitum.

15. Sed de tenuitate populi, & residuum populi, relictorum in urbe, & defectores, qui defecerant ad Regem Babelis, & reliquum turbæ multitudinis, transportavit Nebusaradan, Princeps Satellitum.

16. De tenuitate tamen terræ reliquit Nebusaradan, Princeps Satellitum, in vinitores, & agricolas.

17. Porrò columnas æris, quæ (*erant*) domui JEHOVÆ, & bases, & mare æris, quod in domo JEHOVÆ, fregerunt Chaldæi, & abstulerunt omne æs eorum Babelem.

18. Item ollas, & scopas, & instrumenta musica, & crateras, & paropsides, & omnia vasa æris, quibus ministrabant, sumserunt.

19. Pelves quoque & thuribula, & crateras, & scopulas, & ollas, & candelabra, & paropsides, quæ (*ex*) auro aurum, & quæ (*ex*) argento argentum, sumsit Princeps Satellitum.

20. Columnarum duarum, maris unius, & boum duodecim æs, quod sub basibus, quæ fecit Rex Schelomo domui JEHOVÆ; non fuit (*inquam*) pondus æris eorum, omnium (*scilicet*) vasorum istorum.

21. Cæterum [c] columnas (*quod attinet*) octodecim cubitorum (*erat*) altitudo columnæ unius, & filum duodecim cubitorum circumdabat eam; crassities autem ejus (*erat*) quatuor digitorum, cavæ:

22. Ac corona (*erat*) super ea ex ære: altitudo autem coronæ unius, quinque cubiti; reticulum insuper, & malogranata (*erant*) super corona circumcirca, omnia ex

ex ære. Et juxta hæc (*erant*) columnæ alteri, & malogranata.

23. Erant autem malogranata nonaginta sex versus ventos: omnia malogranata centum super reticulo circumcirca.

24. Porrò sumsit Princeps Satellitum Serajam Sacerdotem primum, & Zephanjam Sacerdotem secundum, & tres custodes liminis.

25. De urbe autem sumsit Eunuchum unum, qui fuit præfectus super viros belli, & septem viros de videntibus facies Regis, qui inventi sunt in urbe, & scribam principem exercitus, qui militariter exercebat populum terræ, & sexaginta viros de populo terræ, inventos in medio urbis;

26. Sumsit, inquam, eos Nebusaradan, Princeps Satellitum, deduxitque eos ad Regem Babelis Riblam.

d) 2. Reg. 25, 21. 27. Ubi percussit eos [d] Rex Babelis, & occidit eos in Ribla, in terra Chamath. Ita migravit Judah desuper terra sua.

28. Hic est populus, quem transportavit Nebucadrezar, in anno septimo, Judæi, tria millia, viginti ac tres.

29. In anno octavo decimo, (*qui*) Nebucadrezari, ex Hierosolyma animæ octingentæ, triginta & duæ.

30. In anno tertio & vigesimo, (*qui*) Nebucadrezari, transportavit Nebasaradan, Princeps Satellitum, Judæos, animas septuagentas, quadraginta & quinque: omnes animæ sunt quater mille & sexcentæ.

31. Tandem factum est in trigesimo & septimo anno, (*qui*) migrationi Jojachini, Regis Judæ, in duodecimo mense, in vigesimo & quinto (*die*) mensis, extulit Evilmerodachus, Rex Babelis, in anno (*primo*) regni sui, caput Jojachini, Regis Judæ; eduxitque eum è domo carceris:

32. Ac locutus est cum eo bona; posuitque thronum ejus super thronum Regum, qui cum ipso in Babele.

33. Mutavit etiam vestes carceris ejus, comeditque panem coram ipso jugiter, omnibus diebus vitæ ejus.

34. Cibatium denique ejus, cibarium juge, datum est ei à cum Rege Babelis, verbum diei in die ejus, usque ad diem mortis ejus; omnibus diebus vitæ ejus.

THRENORUM.

CAPUT I.

Hic in hoc Capite I. querela super mutato Hierosolyma statu, è regno in servitutem & captivitatem; è felici in afflictum & devastatum. à v. 1. II. Causa tanta mutationis, peccata ejus: ob quæ hostis invaluit, populus gemit. à v. 9. III. Provocatio ad omnes transeuntes in testimonium tanta miseria. à v. 12. IV. Invocatio jam Jehovæ ad consolandum eam. à v.

QUomodo habitavit solitaria, urbs magna populo? (*Quomodo*) facta est ficut vidua, magna inter gentes? (*Quomodo*) quæ dominata in provinciis, facta est in tributariam?

2. (*Ideò*) flendo flebit in nocte, & lacryma ejus (*erit*) super gena ejus; nec est illi consolator ex omnibus amasiis ejus: omnes socii ejus perfidi facti sunt in ea, facti sunt illi in inimicos.

3. In captivitatem abiit Judah præ afflictione, & præ magnitudine servituris: illa habitavit inter gentes; non invenit requiem: omnes persecutores ejus assecuti sunt eam inter angustias.

4. Viæ

mea, & dominabitur ei: expandit rete pedi meo, repulit me retrorsum; dedit me vastatam, toto die infirmam.

14. Compactum est jugum prævaricationum mearum manu Ejus; implexæ sunt (*illæ,*) ascenderunt super collum meum; impulit vires meas: dedit me ADONAI in manus, unde non possum resurgere.

15. Prostravit omnes robustos meos ADONAI in medio mei; proclamavit contra me constitutum tempus ad frangendum juvenes meos: torcular calcavit ADONAI virgini filiæ Judæ.

16. Propter hæc ego (*sum*) ploratus; oculus meus, oculus meus descendit aquis; quia procul est à me consolans, recreans animam meam: facti (*nunc,*) sunt filii mei devastati; eò quod invaluerit hostis.

17. Expandit Zijon manus suas, non (*tamen est*) consolator illi: præcepit (*enim*) JEHOVAH contra Jacobum circum eum hostibus ejus: inter quos Hierosolyma facta est in menstruam.

18. Justus (*tamen*) JEHOVAH est, quia ori ejus rebellis fui. Audite, quæso, omnes populi, & videte dolorem meum: (*nam*) virgines meæ, & juvenes mei iverunt in captivitatem.

19. Clamavi (*quidem*) ad amasios meos, (*sed*) illi deceperunt me: (*unde*) Sacerdotes mei & Seniores mei in urbe expirarunt; quia quæsiverunt (*frustra*) cibum sibi, quo recrearent animam suam.

20. Vide, (*ergò,*) JEHOVAH, quia angustia mihi; viscera mea conturbata sunt; conversum est cor meum in medio mei; eò quod rebellando rebellavi: (*unde*) foris orbavit gladius, in domo (*autem*) sicut mors (*fuit.*)

21. Audiverunt (*quidem,*) quod ingemiscens ego (*essem,*) non (*tamen*) consolator mihi (*fuit: quia*) omnes hostes mei audiverunt malum meum, (&) gavisi sunt: sed Tu, (*ô Jehovah,*) facies: adduces diem, (*quem*) vocabis, ut sint ficut ego.

22. Veniet omne malum eorum ante Te, faciesque illis, sicut feceris mihi ob omnes

omnes prævaricationes meas, quia multi (*sunt*) gemitus mei, & cor meum languidum.

CAP. II.

Caput hoc habet I. querelam de ſeveriſſimo DEI judicio contra populum ſuum exercito. à v.1. Quod verò II. juſtiſſimum fuiſſe oſtenditur, ob peccata, & inprimis fidem falſis prophetis habitam: unde DEUS lætificaverit hoſtes & tranſeuntes inimicos juſſit. à v.15. Fit autem III. adhortatio ad pœnitentiam & deprecationem coram DEO. à v.18.

QUomodo obnubilat in ira ſua ADONAI filiam Zijonis? projecit è cœlis (*in*) terram decus Iſraëlis? nec recordatur ſcabelli pedum Suorum in die iræ Suæ?

2. Abſorpſit ADONAI, non pepercit omnibus habitaculis Jacobi: deſtruxit in excandeſcentia Sua munimenta filiæ Judæ; projecit in terram: profanavit regnum & Principes ejus.

3. Abſcidit in excandeſcentia iræ omne cornu Iſraëlis: reverti fecit terrorſum dextram ipſius coram hoſte: accenſus eſt contra Jacobum, ſicut ignis flammæ, (*qua*) comedit circumcirca.

4. Tetendit arcum Suum ſicut hoſtis: conſtitit dextra Ejus ſicut inimicus, occidítque omnia deſiderabilia oculorum; in tentorium filiæ Zijonis effudit ſicut ignem viram Suam.

5. Factus eſt ADONAI ſicut hoſtis; abſorpſit Iſraëlem, abſorpſit omnia palatia ejus; perdidit munimenta ejus, multiplicavitque in filia Judæ mœrorem & mæſtitiam.

6. Et vi perrupit, ſicut horti, ſepem ejus; perdidit conventum ejus: (*nam*) oblivioni dedit JEHOVAH in Zijone feſtum & Sabbathum: & ſprevit in indignatione iræ Suæ Regem & Sacerdotem.

7. Deſeruit ADONAI altare Suum; abominatus eſt Sanctuarium Suum; concluſit in manum hoſtis muros palatiorum ipſius: vocem ediderunt in domo JEHOVÆ, ſicut in die feſti.

8. Cogitavit JEHOVAH perdere murum filiæ Zijonis; tetendit lineam, non terraxit manum Suam ab abſorbendo; undelugere fecit promurale & murum, (*ut*) ſimul langueant.

9. Subſederunt in terram portæ ejus; perdidit & confregit vectes ejus; Rex ejus & Principes ejus (*ſunt*) intergentes; non (*eſt*) lex, etiam Prophetæ non invenerunt viſionem à JEHOVAH.

10. Sedent in terra, conticeſcunt Seniores filiæ Zijonis; aſcendere fecerunt pulverem ſuper caput ſuum; cinxerunt ſe ſaccis, deſcendere fecerunt in terram caput ſuum virgines Hieroſolymæ.

11. Conſumti ſunt per lachrymas oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea; effuſum eſt in terram jecur meum ſuper contractione filiæ populi mei: dum infans & lactens deficit in plateis urbis.

12. Matribus ſuis dicunt; ubi frumentum & vinum? quum deficiunt ſicut conſoſſus in plateis urbis: quum effunditur anima eorum ſuper ſinum matrum eorum.

13. Quid teſtificabor tibi? cui aſſimilabo te? ô filia Hieroſolymæ: quid comparabo tibi, ut conſoler te ô virgo filia Zijonis? (*eſt*) namque magna ſicut mare contractio tua: quis (*ergò*) ſanabit te?

14. Prophetæ tui viderunt tibi vanum & inſulſum, nec revelarunt iniquitatem tuam, ad avertendum captivitatem tuam: viderunt enim tibi propheties vanitatis & depulſiones.

15. Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes (*in*) via, exibilarunt, & moverunt caput ſuum ſuper filiam Hieroſolymæ (*dicentes;*) num hæc (*eſt*) urbs, quam vocarunt perfectam pulchritudine, gaudium totius terræ?

16. Aperuerunt contra te os ſuum omnes hoſtes tui, exibilarunt, & ſtrenduerunt dente; dixerunt; abſorpſimus: utique hic (*eſt*) dies, quem expectavimus, invenimus, vidimus.

17. Fecit (*verò*) JEHOVAH, quod [a] cogitavit; perfecit ſermonem Suum, quem præcepit à diebus antiquitatis; deſtruxit, & non pepercit: dum lætificavit ſuper te hoſtem, exaltavit cornu inimicorum tuorum.

18. Clamabit (*ergò*) cor eorum ad

a) *Lev. 26. 17. ſ. Deuter. 28. 20. ſ.*

b) *Iſa. 44. 19.*

ADONAI [b] nate filiæ Zijonis, [b] deſcendere fac[illegible] flumen lachrymam diu noctuque; [illegible]equiem tibi; ne ſileat pupilla oculi tui.

19. Surge, vociferare in nocte, ad principium vigiliæ effunde ſicut aquas, cor tuum; coram faciebus ADONAI; tolle ad ipſum manus tuas ſuper animam infantium tuorum; qui defecerunt per famem in capite omnium plateatum.

20. Vide JEHOVAH, & reſpice; cui feciſti ſic? Num comedent mulieres fructum ſuum, infantes educationum? num occidetur in Sanctuario ADONAI Sacerdos & Propheta?

21. Jacuerunt in terra, (*in*) plateis, puer & ſenex; virgines meæ & juvenes mei ceciderunt gladio: occidiſti in die iræ Tuæ; mactaſti, non pepercíſti.

22. Convocas quaſi (*in*) diem feſtum formidines meas circumcirca; nec fuit in die iræ JEHOVÆ evaſor aut reſiduus: (*ſed*) quos educavi, & enutrivi, eos hoſtis meus conſumſit.

CAP. III.

Eſt in hoc Capite I. querela de extrema & prope deſperata miſeria. à v.1. II. Reſtauratio ſpe ex recordatione miſericordiæ DEI. à v.19. III. Excitatio ad patientiam, & expectationem DEI. à v.26. IV. Fundamentum ſpei à natura DEI. à v.31. V. Exhortatio ad pœnitentiam & confeſſionem peccatorum. à v.39. VI. Precatio ad DEUM pro liberatione. à v.42. VII. Gratiarum actio. à v. 55.

EGo (*ſum*) vir, (*qui*) vidit miſeriam, per virgam furoris Ejus.

2. Me duxit & deduxit (*in*) tenebras, & non (*in*) lucem.

3. Utique in me redit, convertit manum Suam omni die.

4. Inveteravit carnem meam & cutem meam, confregit oſſa mea.

5. Ædificavit contra me, & circumdedit me cicuta & moleſtia.

6. In tenebricoſis habitare me fecit, ſicut mortuos ſeculi.

7. Macériem fecit circa me, ut non exeam, grave fecit æs meum.

8. Etiamſi clamo, & vociferor, obſtruit preces meas.

9. Circumſepſit vias meas lapide exciſo, ſemitas meas evertit.

10. Urſus inſidians Ille mihi, ſeo in latibulis.

11. Vias meas petvertit; & concidit me; poſuit me deſolatum.

12. Tetendit arcum Suum, & conſtituit me, ſicut ſcopum telo.

13. Immiſit in renes meos filios phareträ ſuæ.

14. Factus ſum riſus omni populo meo, cantus eorum toto die.

15. Satiavit me amaritudinibus, inebriavit me abſinthio.

16. Comminuit lapillo dentes meos; depreſſit me in cinerem.

17. Et remota eſt à pace anima mea; oblitus ſum boni.

18. Ideò dixi; periit victoria mea, & ſpes mea à JEHOVAH.

19. Memento miſeriæ meæ & ploratus mei, abſinthii & cicutæ.

20. Recordando recordare, quod incurvetur ſuper me anima mea.

21. Hoc revocabo ad cor meum: ideò ſperabo:

22. Miſericordiæ (*nempe*) JEHOVÆ quod non finitæ ſint; quod non conſumtæ miſerationes Ejus.

23. Novæ (*ſunt*) omni mane; multa eſt veritas Tua.

24. Pars mea (*eſt*) JEHOVAH, dixit anima mea; propterea expectabo Eum.

25. Bonus (*enim eſt*) JEHOVAH expectantibus Ipſum; animæ, (*quæ*) quærit Ipſum.

26. Bonus (*ergò*) & expectabit & ſilens (*eris*) ad ſalutem JEHOVÆ.

27. Bonum (*eſt*) viro, quando portat jugum à puertia ſua.

28. (*Cum*) ſedebit ſolitarius, & tacebit, quando impoſuerit (*illud*) ſuper ipſum.

29. Dabit in pulverem os ſuum, (*dicens:*) fortè eſt ſpes.

30. Dabit percutienti ipſum maxillam; ſatiabitur ignominia.

31. Non enim deſeret in æternum ADONAI.

32. Quin ſi triſtitia affecit, miſerebitur

tur tamen juxta magnitudinem misericordiarum Suarum.

33. Non enim afflixit ex corde Suo, aut tristitia affecit filios viri.

34. Ad conterendum sub pedes Suos omnes vinctos terræ.

35. Ad declinandum judicium viri coram faciebus Altissimi.

36. Ad perverrendum hominem in lite ipsius; ADONAI, (*ut*) non respexerit.

a) Am. 3. 6. 37. Quis est, qui dixit, & [a] factum est, ADONAI nonne præcepit?

38. Ex ore (*enim*) Alcissimi nonne exit; mala (*scil.*) & bonum.

39. Quid conqueritur (*ergò*) homo vivus? vir (*potius*) super peccatis suis.

40. Excutiamus (*potius*) vias nostras, & scrutemur, & revertamur ad JEHOVAM.

41. Tollamus cor nostrum cum manibus (*nostris,*) ad DEUM in cœlis (*dicentes,*)

b) Psal. 106, 6. 42. Nos [b] prævaricati sumus & rebellavimus: (*ideò*) Tu non condonasti.

43. Occultasti Te in ira, & persecutus es nos: occidisti, non pepercisti.

44. Occultasti per nubem Te, ut non penetraret precatio (*nostra.*)

45. Purgamentum & rejectamentum posuis nos in medio populorum.

46. Aperuerunt contra nos os suum omnes hostes nostri.

47. Timor & fovea contigit nobis, devastatio & confractio.

48. Rivis aquarum descendit oculus meus super confractione filiæ populi mei.

49. Oculus meus defluit, nec silet, eò quod non sint intermissiones.

50. Usque dum respexerit & viderit JEHOVAH è cœlis.

51. Oculus meus operatur animæ meæ, præ omnibus filiabus urbis meæ.

52. Venando venantur me, sicut avem, hostes mei gratis.

53. Excindunt in fovea vitam meam, & conjiciunt lapides in me.

54. Inundarunt aquæ supra caput meum, (*ut*) dixerim; excisus sum.

55. Invocavi (*tamen*) Nomen Tuum, ô JEHOVAH, e fovea inferorum:

56. Vocem (*verò*) meam audivisti: ne (*itaq;*) abscondas autem Tuam ad respirationem meam, ad clamorem meum.

57. Appropinquasti, quo die invocavi Te; dixisti, ne timeto.

58. Litigasti, ADONAI, lites animæ meæ, liberasti vitam meam.

59. Vidisti, JEHOVAH, perversionem mei: judica (*ergò*) judicium meum.

60. Vidisti omnem vindictam eorum, omnes cogitationes eorum contra me.

61. Audivisti ignominiam eorum JEHOVAH, omnes cogitationes eorum, contra me.

62. Labia insurgentium contra me, & molitionem eorum contra me toto die.

63. Sessionem eorum & surrectionem eorum specta: ego cantus eorum (*sum.*)

64. Reddes illis retributionem, JEHOVAH, juxta opus manuum eorum.

65. Dabis illis abjectionem cordis; maledictio Tua (*obtinget*) illis:

66. Persequeris in ira, & perdes eos, de-sub cœlis JEHOVÆ.

CAP. IV.

Describitur I. hoc Capite crudelis fames Hierosolymæ in quâ enecti Iuvenes etiam Nazirai, matres neglexerunt comedentq; liberos suos. à v. 1. Cujus II. redditur justa causa, peccata scil. gravissima. à v. 13. Zioni tamen III. fit spes restitutionis: Edomitæ autem prædicitur interitus. v. 21. 22.

QUomodo obscuratum est [a] aurum? mutatum est obryzum optimum? effusi sunt lapides Sanctitatis, in capite omnium platearum.

2. Filii Zijonis pretiosi, æstimati pares auro puro, quomodo reputati sunt in utres testæ, opus manuum figuli.

3. Etiam dracones præbent mammam, lactant fœtus suos: (*at*) filia populi mei (*facta est*) crudelis, sicut ululæ in deserto.

4. Adhæsit (*enim*) lingua lactentis palato ejus ob sitim; infantes petierunt panem: porrigens non (*est*) illis.

5. Qui comederunt lautitias, devastati sunt in plateis: educati super purpura, amplexi sunt sterquilinia.

6. Eò quòd magna facta est iniquitas filiæ populi mei, præ [b] peccato Sodomæ, quæ eversa est quasi momento, neque irruerunt in eam manus.

b) Gen. 18, 20. 19, 24. 7. Albi erant Nasiræi ejus præ nive, candidi erant præ lacte: rubuerant ossa præ margaritis, Sapphirus polities eorum.

8. (*Jam verò*) obscurata est præ nigredine forma eorum, (*ut*) non cognoscantur in plateis: adhæsit cutis eorum ossi eorum; exaruit, factus est sicut lignum.

9. Meliores fuerunt confossi gladio præ occisis fame: illi enim fluxerunt transfixi, præ proventibus agrorum meorum.

10. (*Hic verò*) manus mulierum miserecordium coxerunt liberos suos; (*ut*) fierent in cibum ipsis; in confractione filiæ populi mei.

c) Ier. 8) Lament. 4, 27. 11. Consummavit JEHOVAH iram Suam, effudit furorem nasi Sui, [c] dum accendit ignem in Zijone, qui comedit fundamenta ejus.

12. Non crediderunt Reges terræ, omnes habitatores orbis, quod venturus esset hostis & inimicus in portas Hierosolymæ.

13. (*Sed factum id est*) ob peccata Prophetarum ejus, iniquitates Sacerdotum ejus, effundentium in medio ejus sanguinem justorum.

14. Ideò errarunt cæci in plateis, polluti sunt sanguine, ea, quæ non possunt, tangunt vestimentis suis.

15. Recedite, immundus est; clamant ad illos: recedite, recedite, ne tangite, quia avolant, etiamque oberrant: (*qui*) dixerunt inter gentes; non addent peregrinati.

16. Facies JEHOVÆ divisit illos, (*qui etiam*) non addet respicere illos: (*unde*) facies Sacerdotum non acceptarunt, senum non miserti sunt.

17. Dum tamen sumus, consumuntur oculi nostri (*spectando*) ad auxilium vanitatis nostrum: speculatione nostra speculamur ad gentem, (*quæ*) non servabit.

18. Venati sunt gressus nostros, ut non (*detur*) ire in plateis nostris: appropinquavit finis noster, impleti sunt dies nostri; quia venit finis noster.

19. Veloces fuerunt persecutores nostri præ aquilis cœlorum: super montibus insectati sunt; in deserto insidiati sunt nobis.

20. Spiritus narium nostrarum, unctus JEHOVÆ, captus est in foveis eorum, de quo dixeramus: in umbra ejus vivemus inter gentes.

21. Gaude modo & lætare filia Edomi, habitans in terra Uz: (*nam*) etiam ad te transibit calix; quo inebriabetis & revelaberis.

22. Consummata est iniquitas tua, filia Zijon; non addet migrare facere te: (*contrà*) visitabit iniquitatem tuam filia Edomi, manifestabit peccata tua.

CAP. V.

Precet hoc Caput habet humiles captivorum in Babele. In quibus I. Iehova miseriam & mala, quæ passi sint patianturq;, proponunt. à v. 1. II. Humiliter iræ durationem deprecantur. à v. 19. Et III. conversionem & restitutionem sui seriò petunt. à v. 21.

MEmento JEHOVAH quid factum sit nobis: respice & vide ignominiam nostram.

2. Hæreditas nostra aversa est ad alienos, domus nostræ ad alienigenas.

3. Pupilli facti sumus, (*quibus*) non (*est*) pater; matres nostræ (*sunt*) sicut viduæ.

4. Aquas nostras pro argento bibimus; ligna nostra pro pretio veniunt.

5. Super collo nostro persecutionem patimur; laboramus, nec requies datur nobis.

6. Ægypto dedimus manum; Assyriæ, ut satiemur pane.

7. Patres [a] nostri peccarunt, (&) non sunt (*amplius.*) nos verò iniquitates eorum portavimus.

a) Exod. 20, 5. Ier. 31, 29. Ez. 18, 2.

8. Servi dominati sunt in nos; nec (*est*) liberans è manu eorum.

9. Cum (*periculo*) animarum nostrarum adducimus panem nostrum, propter gladium deserti.

10. Cu-

10. Cutes noſtræ ſicut clibanus denigratæ ſunt, propter procellas famis.

11. Mulieres in Zijone compreſſerunt, virgines in urbibus Judæ.

12. Principes manu eorum ſuſpenſi ſunt, facies ſenum non honoratæ ſunt.

13. Juvenes ad molendum abduxerunt, pueri autem in ligno corruunt.

14. Seniores à porta ceſſarunt; juvenes à cantu ſuo.

15. Ceſſavit gaudium cordis noſtri; converſa eſt in luctum chorea noſtra.

16. Cecidit corona capitis noſtri; Væ ergò nobis, quod peccavimus.

17. Propter hoc factum eſt languidum cor noſtrum: Propter hæc caligarunt oculi noſtri.

18. Propter (*inquam*) montem Zijonis, qui vaſtatus eſt; (*ut*) vulpes currant in eo.

19. Tu (*tamen,*) ô JEHOVAH, in æternum manebis; thronus Tuus in generationem & generationem.

20. Quare (*ergò*) in perpetuum oblivisceris noſtri; deſeres nos in longitudinem dierum?

21. Converte (*ergò*) nos, ô JEHOVAH, ad Te, tùm revertemur (*ad Te:*) renova dies noſtros ſicut antiquitùs.

22. Num enim reprobando reprobaſti nos; indignatus es nobis uſque adeò?

EZECHIELIS.

CAPUT I.

Partes hujus Capitis duæ ſunt I. Inſcriptio totius libri: in qua tempus locuſq; prophetiæ, & perſona prophetæ deſcribitur. v. 1. 2. 3. II. Prima Majeſtatis divinæ viſio: in qua viſa prophetæ (1.) è nube & igni quatuor animalia. à v. 4. (2.) apud animalia, rota. à v. 15. (3.) ſuper expanſo thronus, & ſedens ſuper eo aſpectu hominis. à v. 26.

FActum eſt in anno trigeſimo, in quarto (*menſe,*) in quinta (*die*) menſis; cum ego (*eſſem*) in medio captivitatis juxta fluvium Kebar, aperti ſunt cœli, vidique viſiones DEI.

2. In quinta (*inquam, die*) menſis: [erat autem ille annus quintus à captivitate Regis Jojachini.]

3. Factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jecheskeelem, filium Buſi, Sacerdotem, in terra Chaldæorum, juxta fluvium Kebar; fuitque ſuper eo ibi manus JEHOVÆ.

4. Vidi verò, cum, ecce, ventus procellæ venit à ſeptentrione; nubes magna, & ignis in ſeipſum ſe recipiens, cui ſplendor circumcirca: è medio autem ejus (*apparebat*) quaſi ſpecies prunæ è medio ignis.

5. E medio item ejus, ſimilitudo quatuor animalium: quorum hic erat aſpectus; ſimilitudo hominis illis.

6. Sed quatuor (*tamen*) facies (*erant*) unicuique, & quatuor alæ unicuique illorum.

7. Pedes verò eorum, pes rectus, & vola pedum eorum, quaſi vola pedis vituli; iique micantes, ſicut ſpecies æris lævigati.

8. At manus hominis ſubter alis eorum, juxta quatuor quadraturas eorum. Facies itaque (*erant*) eorum, & alæ eorum quatuor illis:

9. Ita ut conjungerent unum ad alterum alas ſuas; nec converterent ſe, in eundo eorum; (*ſed*) quodque è regione facierum ſuarum iret.

 10. Porrò

10. Porrò ſimilitudo facierum eorum (*erat,*) [a] facies hominis, & facies leonis, ad dextram quatuor illis; at facies bovis quatuor illis ad ſiniſtram; ac facies aquilæ quatuor illis.

11. Facies quidem illorum & alæ eorum (*erant*) diviſæ ſuperius: unicuique, binæ conſociabant virum; binæ autem tegentes (*erant*) corpora illorum.

12. Unumquodque, inquam, è regione facierum ſuarum ibant; (*ſcil.*) ad (*locum*) quorſum erat Spiritus ad eundum, ibant; non convertebant ſe in eundo illorum.

13. Similitudo præterea animalium (*talis:*) Aſpectus illorum ſicut prunæ ignis ardentes, juxta aſpectum lampadum; idem (*ignis*) incedens (*erat*) inter animalia; ita ut ſplendor (*eſſet*) igni & ex igni exiens fulgur.

14. Animalia verò procurrere & reverti (*ſolebant*) juxta aſpectum fulguris.

15. Vidi porrò animalia: cum ecce, rota una in terra (*fuit*) apud animalia juxta quatuor facies ejus.

16. Aſpectus rotarum & opera (*facturæ*) earum (*erant*) ſicut ſpecies Thartſchiſch; & ſimilitudo eadem quatuor illis: inſuper aſpectus earum & opera (*facturæ*) earum (*erant,*) quaſi eſſet rota in medio rotæ (*alterius.*)

17. Super quatuor quadraturis earum, quum ibant, ibant; non convertebant ſe, quum ibant.

18. Apſides verò earum (*erant illis,*) & altitudo illis, & timor illis; inſuper apſides earum (*erant*) plenæ oculis circumcirca, quatuor illis.

19. Ita cum ibant animalia, ibant rotæ apud illa: & quum tollebantur animalia de ſuper terra, attollebantur rotæ.

20. Quorſumcunque erat Spiritus ad eundum, (*&*) abibant; eò (*rotis*) Spiritus (*erat*) ad eundum: rotæ autem attollebantur juxta illa; nam Spiritus animalis (*erat*) in rotis.

21. (*Unde*) quando illa ibant, ibant, & quando illa ſtabant, ſtabant; & quando illa attollebantur deſuper terrâ, attollebantur rotæ juxta illa: quia (*ſcil.*) Spiritus animalis (*erat*) in rotis.

22. Cæterum ſimilitudo ſuper capitibus animalis (*erat*) expanſum; juxta ſpeciem cryſtalli terribilis; extenſum ſuper capita eorum ſuperius.

23. Sub verò expanſo (*erant*) alæ eorum rectæ, unius erga alterum: cuique duæ (*erant*) regentes illa; & cuique duæ tegentes illis corpora eorum.

24. Audivi autem ſonum alarum eorum quaſi ſonum aquarum magnarum; ſicut vocem DEI, quum ibant; vocem tumultus, ſicut vocem caſtrorum; quum (*tamen*) ſtabant, remittebant alas ſuas.

25. Quumque facta eſt vox de ſupra expanſum, quod ſuper capite eorum, conſtiterunt & remiſerunt alas ſuas.

26. Porrò ſupra expanſum, quod ſuper capite eorum, (*erat,*) [b] quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni; & ſuper ſimilitudine throni; ſimilitudo (*erat*) quaſi aſpectus hominis, ſuper (*inquam*) illo ſuperius.

27. Vidi inſuper quaſi ſpeciem prunæ, juxta ſpeciem ignis, intra illam circumcirca, ab aſpectu lumborum Ejus & ſurſum: ſed ab aſpectu lumborum Ejus, & deorſum, vidi quaſi aſpectum ignis, cui ſplendor circumcirca.

28. Sicut (*eſt*) aſpectus iridis, quæ eſt in nube, in die pluviæ: ſic (*fuit*) aſpectus ſplendoris circumcirca. Hic (*eſt*) aſpectus ſimilitudinis gloriæ JEHOVÆ: quam quum vidi, cecidi ſuper facies meas, audivique vocem loquentem:

CAP. II.

Caput hoc duas habet partes. In I. eſt vocatio & miſſio prophetæ ad filios Iſraëlis, deſcriptos ut gente rebelles. à v. 1. In II. verò eſt confirmatio Prophetæ, ut ſibi ab iis non timeat; facta verbis, & voluntate ad comedendum tradito. à v. 6.

QUæ dixit ad me; Fili hominis, ſta ſuper pedes tuos, ut loquar ad te.

2. Tum venit in me ſpiritus, quum locutus eſt ad me, ſtatuitque me ſuper pedes meos, audivique loquentem ad me.

3. Qui dixit ad me; Fili hominis, mittens Ego (*ſum*) te ad filios Iſraëlis, ad gentes

gentes rebelles, quæ rebellarunt contra Me: ipsi & patres eorum prævaricati sunt contra Me usque ad ipsissimum diem hunc.

4. Et quidem filios (*quod attinet, inprimis*) duros faciebus, & obstirmatos corde: Ego (*sum*) mittens te ad eos, ut dicas ad eos; sic dixit ADONAI JEHOVIH (*& cætera.*)

5. Sive illi audiant, sive omittant; quia domus rebellionis illi (*sunt;*) ut sciant (*tamen,*) quod Propheta fuerit in medio eorum.

6. Tu verò, fili hominis, ne timeto tibi ab illis; & à verbis eorum (*etiam*) ne timeto: nam refractarii & spinosi (*erunt*) tecum, & inter scorpiones tu (*eris*) habitans; à verbis (*tamen*) eorum ne timeto tibi, & à faciebus eorum ne consternator: quia domus rebellionis illi (*sunt.*)

7. Sed loquitor verba Mea ad eos, sive audiant, sive omittant: quia rebellio (*ipsa*) illi (*sunt.*)

8. Quare tu, fili hominis, audi, quod Ego (*ero*) loquens ad te; ne sis rebellio, sicut domus rebellionis: Aperi (*namq;*) os tuum, & comede, quod Ego (*sum*) dans tibi.

9. Tum vidi, cum, ecce, manus (*erat*) emissa ad me, & ecce, in ea volumen libri.

10. Quod quum explicaret coram me, (*erat*) illud scriptum ante & post; quod autem scriptum super eo (*erant*) lamentationes & gemitus & planctus.

CAP. III.

Partes hujus Capitis quinq; sunt. In I. Propheta jussus comedit volumen sup. cap. exhibitum. à v.1. In II. Iehovah denuò vocat & confirmat Prophetam. à v.4. In III. transfertur ad captivitatem in Thel-Abib. à v.12. In IV. instruitur Propheta de officio ipsius. à v.16. Et mox in V. emittitur in vallem, ubi in domo se concludat. à v.22.

TUm dixit ad me, fili hominis, quod invenis, [a] comede: cõmede volumen hoc, & abi ac loquere ad domum Jisraëlis.

2. Aperui ergò os meum; comedendum autem dedit mihi volumen istud.

3. Deinde dixit ad me; Fili hominis; ventrem tuum ciba, & viscera tua imple volumine hoc, quod Ego (*sum*) dans tibi. Cum ergò comedi, fuit in ore meo, sicut mel, quoad dulcedinem.

4. Mox dixit ad me; fili hominis; abi (*ergò,*) veni ad domum Jisraëlis, & loquere per verba Mea ad eos.

5. Non enim ad populum, (*qui*) profundi labio, & graves lingua tu missus (*es; sed*) ad domum Jisraëlis.

6. Nonne (*tamen*) ad populos magnos, profundos labio, & graves lingua, quorum non audiveris verba; nonne (*inquam*) ad hos (*si*) mitterem te, illi obedituri essent tibi? quod Evangelium gentibus prædicata exprimit.

7. At domus Jisraëlis non volent obedire tibi: quia non volunt obedire Mihi: tota namque domus Jisraëlis (*sunt*) obstirmati fronte; & duri corde illi.

8. (*Quare,*) ecce, dedi facies tuas obstirmatas contra facies illorum, & frontem tuam obstirmatam contra frontem illorum:

9. Sicut adamantem firmam, (*&*) præpetra dedi frontem tuam: ne (*itaq;*) timeto illos, neque consternator à faciebus eorum, quia domus rebellionis illi.

10. Dixit porrò ad me; (*Quare,*) fili hominis, omnia verba Mea, quæ locutus sum ad te, recipe in cor tuum, & auribus tuis audi;

11. Ac abi, veni ad captivitatem, ad filios populi tui, & loquere ad illos, & dic ad illos: sic dixit ADONAI JEHOVIH (*& cætera:*) sive audiverint, sive omiserint.

12. Mox sustulit me Spiritus, audivique post me vocem tertæmotus magni: Benedicta gloria JEHOVÆ è loco suo.

13. Vocem etiam alarum animalium, osculantium se, unius ad alterum; & vocem rotarum juxta illa; & vocem terræmotus magni.

14. Quum ergò sustulit me, & accepit me Spiritus, ivi tristis in excandescentia spiritus mei; sed manus JEHOVÆ (*erat*) super me fortis.

15. Ut venerim ad captivitatem in Thel-Abib, sedentes ad fluvium Kebar, & consedi: illi sedebant ibi; sedi itaque.

16. Factum autem est à fine septem dietum, ut fieret verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

b) *Ex.* 33, 7. 17 Fili nominis, [b] speculatorem dedi te domui Jisraëlis, ut audias ex ore Meo verbum, & admoneas illos à Me.

18. Quum (*itaq;*) dixero impio; moriendo morieris, nec admonueris illum, neque locutus fueris ad dehortandum impium à via ejus mala, ad vivificandum eum: ipse (*quidem*) impius in iniquitate sua morietur; sed sanguinem ejus è manu tua requiram.

19. Quod si tu admonueris impium, nec reversus fuerit à malitia sua, & à via sua mala: ille in iniquitate sua morietur; tu tamen animam tuam eripuisti.

20. Quando porrò justus aversus fuerit à justitia sua, fecerítque perversitatem, dedero verò offendiculum coram eo, (*ut*) ille moriatur: quum non admonueris eum, in peccato (*quidem*) suo morietur, nec commemorabuntur justitiæ ejus, quas fecerat; sanguinem tamen ejus è manu tua requiram.

21. Quod si tu admonueris eum, justum (*scil.*) ut non peccaret justus, illeque non peccaverit: vivendo vivet, quia admonitioni paruit, & tu (*simul*) animam tuam eripuisti.

22. Sed esse cepit super me ibi manus JEHOVÆ, Qui dixit ad me; surge, exi ad vallem; ibi namque loquar ad te.

23. Surrexi ergò, & exivi ad vallem: cum, ecce, gloria JEHOVÆ ibi stans (*esset.*) juxta gloriam, quam vidi juxta fluvium Kebar: unde cecidi super facies meas.

24. Sed venit in me Spiritus, & erexit me super pedes meos: locutusque est, & dixit ad me; Intra, conclude te in medio domus tuæ.

25 Te enim, fili hominis, (*quod attinet;*) Ecce, dabunt super te funes, & ligabunt te illis, ut non exeas in medium eorum,

26. Linguam autem tuam adhærere faciam palato tuo, ut obmutescas, nec sis illis in virum corripientem, nam domus rebellionis illi.

27. Quando tamen locuturus ero tecum, aperiam os tuum, ut dicas ad eos, sic dixit ADONAI JEHOVIH (*& cætera:*) Qui audiverit, audiat; qui autem omiserit, omittat: nam domus rebellionis illi (*sunt.*)

CAP. IV.

Partes hujus Capitis duæ sunt. In I. exhibetur Iudæis signum in propheta; tum urbem in latere descriptam obsidente, tum panem hordeaceum immundum comedente. à v.1. In II. signum istud perspicuè de urbe Hierosolyma exponitur. v. 13. 16. 17.

TU ergò, fili hominis, sume tibi laterem, & pone eum ante te; ac sculpe super eum urbem, Hierosolymam (*scil.*)

2. Deinde pones contra eam obsidionem, & ædificabis contra eam vallum, & fundes contra eam aggerem: dabis etiam contra eam castra, & pones contra eam duces circumcirca.

3. Insuper tu accipe tibi sarraginem ferri, & da eam parietem ferri, inter te & inter urbem: disponesque facies tuas contra illam; ut sit in obsidionem, & angustes eam: signum hoc (*erit*) domui Jisraëlis.

4. Tu idem cuba super latere tuo sinistro, poneque iniquitatem domus Jisraëlis super illud; (*juxta*) numerum dierum, quibus cubabis super illo, portabis iniquitatem eorum.

5. Ego namque dabo tibi annos iniquitatis eorum, juxta numerum dierum, trecentos, & nonaginta dies; ut portes iniquitatem domus Jisraëlis.

6. Quum verò absolveris hos, jacebis super latere tuo dextro secundum; ut portes iniquitatem domus Judæ, quadraginta dies; singulos dies pro singulis annis dedi tibi.

7. Quum autem ad obsidionem Hierosolymæ sic dispones facies tuas, brachiumque tuum (*erit*) nudatum, prophetabis (*ita*) contra eam.

8. Et, ecce, dibo super te funes, ut non convertaris à latere tuo ad latus tuum

(alterum,) donec absolveris dies obsidionis tuæ.

9. Tu porro sume tibi tritica, & hordea, & fabam, & lentes, & milium, & zeas, & da illa in vas unum, facque illa tibi in panem, (*juxta*) numerum dierum, quibus tu jacebis super latere tuo; trecentis & nonaginta diebus comedes illum.

10. Cibus autem tuus, quem comedes, pondere, viginti sicli in diem (*erit:*) de tempore usque in tempus comedes illum.

11. Sic aquam juxta mensuram bibes, (*scil.*) sextam partem Hinis; de tempore usque in tempus bibes.

12. Et (*sicut*) quidem placentam hordeorum comedes eam: quod ad ipsam tamen, cum stercore fimi hominis facies in oculis eorum.

13. Sic enim, inquit JEHOVAH, comedent filii Jisraëlis panem suum immundum, inter gentes, quo depulsurus sum eos.

14. Cum tamen dicerem; Ah, ADONAI JEHOVIH; ecce, anima mea non polluta est, & cadaver aut discerptum non comedi à juventute mea hucusque; ut non venerit in os meum (*etiam*) caro abominationis:

15. Dixit ad me; vide, dedi tibi excrementa bovis pro stercore hominis, ut facias panem tuum cum illis.

16. Tum dixit ad me; Fili hominis; Ecce [a] Ego (*sum*) frangens baculum panis in Hierosolyma, ut comedant panem in pondere & solicitudine, & aquas in mensura & cum stupore bibant. *Ch. 16.*

17. Ut (*tandem*) careant pane & aqua, & desolentur vir & frater ejus, contabescantque propter iniquitatem eorum.

a) Ex. 5.

CAP. V.

Tertia hujus capitis tres sunt. In I. datur signum per prophetæ capillos detonsi, combustos, gladio sectos, dispersos. à v. 1. In II. idem signum exponitur de Hierosolyma & Iudæa. à v. 5. In III. aliqua datur consolatio & promissio. à v. 13.

PRætereà tu, fili hominis, sume tibi gladium acutum, novaculam (*scil.*) tonsorum accipies tibi; quam traduces super caput tuum; & super barbam tuam: deinde accipies tibi lances ponderis, ut dividas illa.

2. Tertiam partem igne combures in medio urbis, quum implebuntur dies obsidionis; dein accipies tertiam partem, (*& percuties gladio circum eam; at tertiam partem disperges in ventum; gladium tamen evaginabo post eos.*

3. Nisi quod accipies de illis parum numero, & colligabis ea in alas tuas.

4. Tandem de illis denuò accipies & projicies ea in medium ignis, & combures ea igne: ex quo exibit ignis ad totam domum Jisraëlis.

5. Sic (*namq;*) dixit ADONAI JEHOVIH; Hoc (*est*) Hierosolyma: in medio gentium posui eam, & circa eam terræ (*sunt.*)

6. Sed mutavit judicia Mea in impietatem præ gentibus; & statuta Mea præ terris, quæ circa eam nam judicia Mea repudiarunt, & in statutis Meis non ambularunt.

7. Propterea sic dixit ADONAI JEHOVIH; propterea quod multiplicetis (*mala*) præ gentibus quæ circa vos, in statutis Meis non ambuletis, & judicia Mea non faciatis; imò ne quidem juxta judicia gentium, quæ circa vos, faciatis:

8. Ideò sic dixit ADONAI JEHOVIH; Ecce, Ego (*ero*) contra te etiam Ipse, & faciam in te judicia in oculis gentium.

9. Faciam, inquam, in te, quæ non feci, & quæ non facturus sum talia amplius, propter omnes abominationes tuas.

10. Ideò patres comedent filios in medio tui; filii autem comedent patres suos: insuper faciam in te judicia, & dispergam omnes reliquias tuas in omnem ventum.

11. Propterea (*etiam*) vivus Ego, dictum ADONAI JEHOVIH; si non, ideò quod Sanctuarium Meum polluisti omnibus abominationibus tuis, & omnibus abominabilibus tuis, Ego etiam diminuero (*te,*) ut non parcat oculus Meus: sed & Ego non miserebor.

12. Tertia (*enim*) tui pars peste morientur & fame consumentur in medio tui; deinde tertia pars gladio cadent, circa te; tertiam tandem partem in omnem ventum dispergam, ita ut gladium evaginem post eos.

13. Cum consummabitur tamen ira Mea, & excandescentiam Meam quiescere faciam in iis, pœnitebit Me: ut cognoscant, quod Ego JEHOVAH locutus sim in zelo Meo, quum consummavero excandescentiam Meam in iis.

14. Quum dedero te in vastitatem, & in ignominiam inter gentes, quæ circa te in oculis omnis transeuntis.

15. Ut sit ignominia & convitium, disciplina & stupor gentibus, quæ circa te, eò quod fecerim in te judicia, in ira, & in excandescentia, & in correptionibus excandescentiæ: Ego JEHOVAH locutus sum.

a) Ex. 4, 16. 16. Quum (*insuper*) misero [a] tela famis mala in eos, quæ erunt in perditorem, dum mittam ea, ad perdendum vos: quin famem addidero super vos, donec fregero vobis baculum panis.

17. Mittam insuper super vos famem & feram malam, ut orbam faciant te; & pestis & sanguis transibit per te; inprimis gladium adducam super te: Ego JEHOVAH locutus sum.

CAP. VI.

Habet hoc Caput duplicem prophetiam. Quarum I. est contra montes Isiraelis, idololatriæ plenos. à v. 1. cui tamen addita est promissio. à v. 8. II. Est contra Iudæos in genere, gladio, fame & peste perdendos. à v. 11. cum simili eventu. à v. 13.

POsteà factum est verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, pone facies tuas [a] erga montes Jisraëlis, & propheta contra eos:

a) Ex. 36, 1.

3. Dices autem; Montes Jisraëlis, audite verbum ADONAI JEHOVIH: Sic dixit ADONAI JEHOVIH montibus & collibus, alveis & vallibus; Ecce me, Ego (*ero*) adducens super vos gladium, & perdam excelsa vestra:

4. Ut destruantur altaria vestra, & frangantur solares statuæ vestræ: imò faciam cadere confossos vestros coram idolis vestris.

5. Dabo etiam cadavera filiorum Jisraëlis coram idolis eorum, & dispergam ossa vestra circa altaria vestra.

6. In omnibus habitationibus vestris urbes devastabuntur, & excelsa desolabuntur; ut devastentur & desolentur altaria vestra, & frangantur, cessentque idola vestra, ac abscindantur solares statuæ vestræ, deleanturque opera vestra.

7. Quumque ceciderit confossus in medio vestri, cognoscetis, quod Ego (*sim*) JEHOVAH.

8. Residuos tamen faciam, cum fuerint vobis evasores (*a*) gladio inter gentes: quando dispersi fueritis in terras.

9. Tum recordabuntur evasores vestri Mei inter gentes, ubi captivi erunt, cum quorum infractus sum corde scortante, quod recesserat à Me, cum, & oculis eorum, qui (*erant*) scortantes post idola; fastidientque seipsos ob mala, quæ fecerunt, quoad omnes abominationes ipsorum;

10. Cognoscentque, quod Ego (*sim*) JEHOVAH; (*qui*) non in vanum locutus sim, facturum illis malum hoc.

11. Sic dixit ADONAI JEHOVIH: percute in manum tuam, & plaude pede tuo, dicque, Ah, ob omnes abominationes malas domus Jisraëlis: qui (*ideò*) per gladium, famem & pestem cadent.

12. Qui procul (*erit,*) peste morietur; qui verò propinquus (*erit,*) gladio cadet: at residuus & reservatus, fame morietur, ut consummem excandescentiam Meam in ipsis.

13. Tum agnoscetis, quod Ego (*sim*) JEHOVAH, quum fuerint confossi eorum in medio idolorum eorum, circa altaria eorum; super omni colle alto, in omnibus capitibus montium, & sub omni arbore viridi, subque omni quercu implexa; loco, ubi dederunt odorem quietationis omnibus idolis suis.

14. Et (*quum*) extendero manum Meam super eos, dedetoque terram vastitatem & desolationem à deserto usque in Diblam, in omnibus habitationibus eorum; ut agnoscant, quod Ego (*sim*) JEHOVAH.

CAP.

CAP. VII.

Prophetiam Caput hoc habet contra terram Israëlis. In quâ I. regno prædicitur finis & interitus jamjam præsens. à v. 1. Et II. populo ejus consternatio ad, resistendum bello inepta. à v. 14. (causa vero III. redditur, inprimis idololatria. à v. 18. In confirmationem IV. additur prophetæ signum catenæ. à v. 25.

PRæterea factum est verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Tu verò, fili hominis, (*audi;*) sic dixit ADONAI JEHOVIH terræ Israëlis; Finis venit, finis super quatuor plagas terræ.

3. Nunc (*venit, inquam,*) finis super te: emittam enim iram Meam in te, & judicabo te juxta vias tuas; daboque super te omnes abominationes tuas.

4. Neque parcet oculus Meus tibi, neque clementia utar: sed vias tuas super te dabo, & abominationes tuæ in medio tui erunt: ut cognoscatis, quod Ego (*sim*) JEHOVAH.

5. Sic dixit ADONAI JEHOVIH; malum, unum malum, ecce, venit.

6. Finis venit, venit finis, evigilavit super te: ecce, venit.

7. Venit mane super te, (*super*) habitatorem terræ; venit tempus; propinquus (*est*) dies, (*dies*) rumultus, non autem celeusmatis montium.

8. Nunc (*enim*) e propinquo effundam excandescentiam Meam super te; & consummabo iram Meam in te; judicaboque te juxta vias tuas; ut dem super te omnes abominationes tuas.

9 Neque parcet oculus Meus, neque clementia utar; (*sed*) juxta vias tuas super te dabo, & abominationes tuæ in medio tui erunt; ut cognoscatis, quod Ego (*sim*) JEHOVAH percutiens.

10 Ecce, dies, ecce, venit: exivit mane tuta effloruit virga: germinavit insolentia.

11. (*Sed*) violentia surrexit virgæ impietatis: non ex illis, neque ex multitudine illorum, neque ex utriusque illis; neque est lamentum in illis.

12. Venit tempus, advenit dies; emtor ne lætetur, neque venditor lugeat: quia excandescentia (*erit*) super omni multitudine ejus.

13. Nam venditor ad rem venditam non redibit; licet inter vivos adhuc (*fuerit*) vita eorum: nam visio, (*quæ*) super omni multitudine ejus, non avertetur, & vir (*cujus est*) in iniquitate vita, non confirmabuntur.

14. Clanxerunt buccina in Thakoa; & præparando (*præparant*) omnia; sed non (*est*) pergens in bellum: quia excandescentia Mea (*est*) super omni multitudine ejus.

15. Gladius foris (*est,*) & pestis atque fames intus: qui in agro, gladio morietur; qui verò in urbe, eum fames & pestis comedent.

16. Evadent quidem evasores eorum, sed erunt super montibus, sicut columbæ vallium omnes gementes, vir propter iniquitatem suam.

17. Omnes manus remissæ sunt, & omnia genua abeunt (*in*) aquas.

18. Unde [a] accingent saccos, & contreget eos terror: super autem omnibus faciebus (*erit*) pudor, & in omnibus capitibus eorum calvities.

19. [b] Argentum suum in plateas projicient, & aurum eorum in abominationem erit; (*nam*) argentum eorum & aurum eorum non poterit eripere eos in die iræ JEHOVÆ: animam eorum non saturabunt, & viscera eorum non implebunt: quia offendiculum iniquitas eorum facta est:

20. Eò quod decus ornatus sui in superbiam transposuerunt, & imagines abominationum suarum & detestationum suarum fecerunt ex eo: ideò dedi illud ipsis in abominationem (*menstruata.*)

21. Et dabo (*quidem*) in manum alienorum in prædam, & impiis terræ in spolium, ut profanent illud.

22. Avertam quoque facies Meas ab illis, ut profanent arcanum Meum; veniantque in illud violenti, profanentque illud.

23. Fac (*tibi*) catenam, quia terra plena

est judicio sanguinum, & urbs plena est violentia.

24. Ideò adducam pessimos gentium, ut occupent domos eorum; ut cessare faciam superbiam violentorum, & possideant sanctificantes eos.

25. Excidium venit: ideò quærunt pacem; sed non (*est.*)

26. Miseria super miseriam veniet, & fama super famam erit: ideò quærent visionem à Propheta; sed lex periit à Sacerdote, & consilium à Semoribus.

27. Rex lugebit, & Princeps induetur stupore, manusque populi terræ perterrebuntur: ex via eorum agam cum illis; & per judicia eorum judicabo eos: ut agnoscant, quod Ego (*sim*) JEHOVAH.

CAP. IIX.

Caput hoc Partes habet duas. I. Translatio est Prophetæ in visione, è domo ipsius in Babele Hierosolymam cum suis circumstantiis. à v. 1. In II. vero Jehovah in gloria sua apparens ostendit ibi abominationes Hierosolymitanorum (1.) à septentrione portæ altaris. à v. 4. (2.) ad portam atry. à v. 7. (3.) ad ostium portæ domus Iehova. à v. 13. (4.) ad atrium domus Iehovæ interius. à v. 16.

FActum porrò est in anno sexto, in sexto (*mense*) in quinta (*die*) mensis: cum ego (*essem*) sedens in domo mea, & Seniores Judæ sedentes coram me: cecidit super me ibi manus ADONAI JEHOVIH.

2. Vidi ergò; & ecce, similitudo sicut aspectus ignis; ab aspectu lumborum ejus & deorsum (*erat*) ignis: sed à lumbis ejus, & sursum, sicut aspectus splendoris ad instar pruinæ.

3. Emisit verò speciem manus, & accepit me cincinno capitis mei: sustulitque me spiritus inter terram & inter cœlum, abduxitque me Hierosolymam in visionibus DEI, ad ostium portæ interioris, flectans versus septentrionem, ubi (*erat*) sedes similitudinis zeli ad zelum provocantis.

4. Ecce verò, ibi Gloria DEI Israëlis, juxta visionem, quam videram in valle.

5. Tum dixit ad me; Fili hominis, tolle oculos, age, tuos versus septentrionem: sustuli ergò oculos meos versus septentrionem; cum, ecce, à septentrione portæ altaris (*fuit*) similitudo zeli ista in introitu.

6. Dixit itaque ad me; Fili hominis, num videns (*es*) tu, quid illi (*sint*) facientes? (*scil.*) abominationes magnas quas domus Israëlis (*sunt*) facientes hic, elongando (*Me*) desuper Sanctuario Meo? Sed adhuc iterabis (*&*) videbis abominationes magnas (*præillis.*)

7. Ita introduxit me ad portam atrii: ubi vidi, cum, ecce, foramen unum in pariete.

8. Dixit ergò ad me; Fili hominis, perfode, age, parietem: perfodi itaque parietem; cum, ecce, ostium unum.

9. Tum dixit ad me: intra & vide abominationes pessimas, quas illi facientes (*sunt*) hic.

10. Quum intravi, & vidi, ecce, [a] omnis effigies reptilis, & bestiæ, (*quæ*) abominatio; & omnia idola domus Israëlis; depictum (*quid*) super pariete circumcirca.

11. Ac septuaginta (*ecce*) viri de Senioribus domus Israëlis [Jaasanjahu, filius Schaphanis (*erat*) stans in medio eorum] stantes coram illis; ac viro thuribulum suum in manu sua, abundantiaque nubis suffimenti ascendens.

12. Dixit ergò ad me; num vidisti, fili hominis, quæ Seniores domus Israëlis, (*sunt*) facientes in tenebris, vir in conclavibus imaginis suæ? [b] Dicentes enim (*sunt,*) non JEHOVAH videns (*est*) nos, deseruit JEHOVAH terram.

13. Dixit porrò ad me; adhuc iterabis (*&*) videbis abominationes magnas (*præillis,*) quas illi (*sunt*) facientes.

14. Introduxit simul me ad ostium portæ (*in*) domo JEHOVÆ, quæ (*est*) versus septentrionem: ecce, verò ibi (*erant*) mulieres sedentes, deplorantes Thamusum.

15. Dixit ergò ad me; Num vidisti, fili hominis? Adhuc iterabis, (*&*) videbis abominationes magnas præistis.

16. Sic introduxit me ad atrium domus JEHOVÆ interius: ubi, ecce, (*in*) ostio templi JEHOVÆ, inter porticum & inter altare

a) Rom. 1, 23. Psalm. 106, 20. Jerem. 2, 26. Hosea 4, 12. Habac. 2, 18. Sap. 14, 8. Isaiæ 44, 19. Baruch 6, 26. Ezech. 20, 7. 8.

b) Psalm. 9, 17.

altare (*erant*) quasi viginti & quinque viri; quorum posteriora versus templum JEHOVÆ, sed facies eorum versus orientem, iidemque incurvabant se versus orientem Soli.

17. Dixit ergò ad me; num vidisti, fili hominis? Num leve (*est*) domui Judæ, quod faciunt abominationes, quas fecerunt hic? quod (*insuper*) implent terram violentia; reversique sunt ad provocandum Me ad iram? En! ergò, illi (*sunt*) immittentes palmitem ad iram ipsorum. (*q.d lignum ad ignem.*)

18. Ideò etiam Ego agam in excandescentia; non parcet oculus Meus, nec utar clementia: [c] etsi vocabunt in auribus Meis voce magna; non tamen exaudiam eos.

CAP. IX.

Continet hoc Caput vindictam divinam de abominationibus Hierosolymitanorum sup. Cap. prophetæ ostensis. Ubi I. habetur præparatio ad exercendam vindictam. à v.1. II. Præcedanea piorum innocentium obsignatio. v.3. 4. 11. III. Ipsum vindictæ exercitium. à v.5. IV. Intercessio prophetæ non acceptata. à v.8.

POst clamavit in auribus meis vox magna, dicendo; appropinquarunt visitationes urbis: ideò viro instrumentum perditionis ipsius (*esto*) in manu ipsius.

2. Ecce, itaque, sex viri (*erant*) venientes à via portæ superioris, quæ respiciens versus septentrionem, & viro instrumentum dispersionis ejus in manu ejus: sed vir unus in medio eorum (*erat*) indutus linteis, & atramentarium scribæ in lumbis ejus: qui venerunt & steterunt juxta altare æris.

3. Gloria autem DEI Jisraëlis sublata est de-super Cherubo, super quo fuerat, ad limen domus, clamavitque erga virum indutum linteis, in cujus lumbis atramentarium scribæ:

4. Dixitque JEHOVAH ad illum; transi per medium urbis, per medium Hierosolymæ, & [a] signa signum super frontes virorum, gementium & suspirantium super omnibus abominationibus, factis in medio ejus.

5. (*Reliquis*) autem istis dixit in auribus meis: Transite per urbem post illum, & percutite: ne parcat oculus vester, neque clementia utamini.

6. (*Sed*) senem, juvenem & virginem, & infantem, & mulieres occidite ad perditionem: sed contra ullum virum, super quo (*erit*) signum, ne appropinquate: [b] à Sanctuario autem Meo incipite: Inceperunt ergò à viris Senioribus, qui coram domo (*erant.*) b) 1. Pet. 4, 17.

7. Tum dixit ad eos: polluite domum, & implete atria confossis, (*dein*) exite: Exiverunt ergò & percusserunt in urbe.

8. Factum verò est; quum percuterent eos, & ego relictus (*essem:*) cecidi super facies meas, clamavique ac dixi; Ah, ADONAI JEHOVIH, num perdens (*eris*) Tu omnes reliquias Jisraëlis, dum effundis excandescentiam Tuam super Hierosolymam?

9. Sed dixit ad me; iniquitas domus Jisraëlis & domus Judæ magna (*est*) admodum valdè: impleta enim est terra sanguinibus, & urbs plena est dejecto; dum dixerunt, deseruit JEHOVAH terram, nec (*est*) JEHOVAH videns.

10. Ideò etiam, Me quod attinet, non parcet oculus Meus, neque clementia utar: (*sed*) viam eorum in caput eorum dabo.

11. Denique, ecce, vir indutus linteis, in cujus lumbis atramentarium, respondit verbum: dicendo; feci, sicut præcepisti mihi.

CAP. X.

Capitis hujus Partes sunt tres. I. Habet mandatum Jehovæ in gloria apparentis, ad virum linteis indutum (de quo sup. cap. de accipienda à Cherubo & super urbem effundendo igne. à v.1. II. Cheruborum & rotarum visionem & descriptionem. à v. 8. III. Prophetæ de iis informationem. à v. 20.

POrrò vidi, cum, ecce, super expanso, quod super capite Cherubinorum, sicut lapis Sapphiri, quasi aspectus similitudinis throni apparuit super illis.

2. Dixitque ad virum, indutum linteis; dixit, inquam; intra ad-inter rotam, ad-subter Cherubum, & imple pugillos tuos prunis

prunis ignis de-inter Cherubos, & sparge (*ut ad*) super urbem: intravit ergò in oculis meis.

3. Cherubi enim (*erant*) stantes à dextra domus, quum intraret vir; & nubes implebat atrium interius.

4. Sustulit autem se gloria JEHOVÆ de-super Cherubo super limen domus, & impleta est domus cum nube; atrium verò plenum erat splendore gloriæ JEHOVÆ.

5. Ac vox alarum Cheruborum audita est usque ad atrium exterius, sicut vox DEI Fulminatoris quum loquitur.

6. Factum itaque est, cum præciperet vito induto linteis, dicendo: sume ignem de inter rotam, de-inter Cherubos, intraretque & staret juxta rotam;

7. Misit Cherubus manum suam ab inter Cherubos, ad ignem, qui inter Cherubos, sumsitque & dedit in pugillos indutui linteis: qui sumtit & exivit.

8. Visa namque est Cherubis species manus hominis sub alis eorum.

9. Vidi etiam, cum, ecce, quatuor rotæ juxta Cherubos; rota una juxta Cherubum unum, & rota una juxta Cherubum unum: aspectus autem rotarum ad instar lapidis Thartschisch.

10. Aspectum eorum (*quod attinet:*) similitudo una (*erat*) quatuor illis; quasi esset rota in medio rota.

11. Quum ibant illi (*Cherubi,*) super quatuor quadraturis ipsarum ibant; non convertebant se, quando ibant illi; nam post locum, quo spectabat caput, ibant; non convertebant se, quando ibant.

12. Tota autem caro eorum & dorsa eorum, & manus eorum, & alæ eorum; & ipsæ rotæ, plena erant oculis circumcirca; quatuor illis (*erant*) rotæ eorum.

13. Rotæ ipsæ vocabantur Galgal, (*hoc est rota*) in auribus meis.

14. Quatuor autem facies unicuique (*Cherubo erant;*) facies (*scil.*) primi (*capitis,*) facies Cherubi, & facies secundi (*capitis,*) facies hominis; & tertii, facies leonis; & quarti, facies aquilæ.

15. Sustulerunt quoque se Cherubim, [hoc (*est*) animal, quod vidi ad fluvium Kebar.]

16. Quando ergò ibant Cherubi, ibant rotæ juxta illos: & quando attollebant Cherubi alas suas ad attollendum se desuper terra, non convertebant se rotæ etiam ipsæ ab apud ipsos.

17. Quum stabant illi, stabant (*hæ,*) & quum attollebant se illi sustulerunt se (*hæ*) cum illis, quia Spiritus animalis (*erat*) in his.

18. Cum itaque exivit gloria JEHOVÆ de-super limine domus, steritque super Cherubis:

19. Sustulerunt Cherubi alas suas, & submoverunt se de terra in oculis meis, dum exibant, rotæque juxta illos: sic stetit (*animal ad*) ostium portæ domus JEHOVÆ orientale; gloria autem DEI Jisraëlis super illis sursum.

20. Hoc (*est*) animal, quod vidi sub DEO Jisraëlis [a] ad fluvium Kebar: intellexi autem, quod Cherubi (*essent*) illi.

21. Quatemæ facies (*erant*) unicuique, & quatuor alæ unicuique, ac similitudo manuum hominis sub alis eorum.

22. Similitudo etiam facierum illorum, ipsæ (*sunt*) facies, quas vidi juxta fluvium Kebar; aspectus illorum & ipsos: vir è regione facierum suarum ibant.

CAP. XI.

Continuatur hoc Capite Visio Prophetæ Hierosolymis ostensa. Partes autem ejus quatuor sunt. I. Prophetia contra Iaasanjam & Pelatjam, principes populi, totamque populum, de dispersione in exilium. à v.1. II. Intercessio prophetæ non admissa. à v.13. III. Promissio de congregatione ex exilio. à v.17. IV. Reductio Prophetæ in visione Babylonem, ibique de visione relatio. à v.22.

POstea sustulit me Spiritus, deduxitque me ad portam domus JEHOVÆ orientalem, spectantem versus Orientem; ubi, ecce, in ostio portæ (*erant*) viginti & quinque viri: in quorum medio vidi Jaasanjam, filium Assuris, & Pelatjam, filium Benajæ, Principes populi.

2. Tum dixit ad me, fili hominis, hi (*sunt*) viri, qui cogitant iniquitatem, & consulunt consilium malitiæ in urbe hac.

3. Dicentes (*enim sunt,*) nonne prope

(est,) ædificare domos? ipsa (*enim urbs*) olla (*est,*) & nos sumus caro.

4. Quare propheta contra eos; propheta, fili hominis.

5. Cecidit ergò super me Spiritus JEHOVÆ, dixitque ad me: dic, sic dixit JEHOVAH; Bene dixistis, domus Jisraëlis, & ascensiones spiritus vestri Ego cognovi quamque.

6. Multiplicastis confossos vestros in urbe hac, ut impleveritis plateas ejus confosso.

7. Quare sic dixit ADONAI JEHOVIH: confossi vestri, quos posuistis in medio ejus; hi, (*inquam, sunt*) caro, ipsa verò olla: vos autem educet è medio ejus.

8. Gladium timuistis: ideò gladium adducam super vos; dictum ADONAI JEHOVIH.

9. Educam, inquam, vos è medio ejus, & dabo vos in manum alienorum, ut faciam in vobis judicia.

10. Gladio (*ergò*) cadetis; super termino Jisraëlis judicabo vos, ut sciatis, quod Ego (*sim*) JEHOVAH.

11. Illa (*itaq;*) non erit vobis in ollam, nec vos eritis in medio ipsius in carnem; (*sed*) super termino Jisraëlis judicabo vos.

12. Ut cognoscatis, quod Ego (*sim*) JEHOVAH: in cujus statutis, Meis (*inquam*) non ambulastis, nec judicia Mea fecistis; sed juxta judicia gentium, quæ circa vos, fecistis.

13. Factum autem est; dum ego prophetavi, Pelatja, filius Benajæ, mortuus est: cecidi ergò super facies meas, & exclamavi voce magna, dixique; Ah, ADONAI JEHOVIH, consummationem Tu (*es*) faciens teliquias Jisraëlis?

14. Sed factum est verbum JEHOVÆ ad me, dicendo;

15. Fili hominis; fratres tui, viri cognationis tuæ, & tota domus Jisraëlis, omnes (*sunt,*) quibus dixerunt habitatores Hierosolymæ; elongate vos à-cum JEHOVAH: nobis (*enim*) data est terra in possessionem.

16. Quare dic: sic dixit ADONAI JEHOVIH; omninò elongabo eos inter gentes, & omnino dispergam eos in terras; eroque illis in sanctuarium exiguum, in terris, quo venient.

17. Quare dic: sic dixit ADONAI JEHOVIH: [a] congregabo tamen vos ex populis, & colligam vos è terris, in quas dispergemini; daboque vobis terram Jisraëlis.

18. Tum venient eò, & removebunt omnes abominationes ejus, omnesque detestationes ejus ex illa.

19. Dabo enim illis cor unum, & Spiritum novum dabo in medio vestri, [b] removebo autem cor lapidis è carne eorum; daboque illis cor carnis.

20. Ut in statutis Meis ambulent, & judicia Mea custodiant, faciantque ea. Ita erunt Mihi in populum, Ego verò ero illis in DEUM.

21. Verum (*jam*) juxta cor abominationum suarum, & detestationum suarum cor illorum abit; (*ideò*) viam illorum in caput eorum dabo, dictum ADONAI JEHOVIH.

22. Hic sustulerunt Cherubi alas suas, & rotæ juxta illos: Gloria autem DEI Jisraëlis super iis (*erat*) sursum.

23. Ascendit itaque gloria JEHOVÆ de super medio urbis, stetitque super monte, qui (*est*) ab oriente urbis.

24. Spiritus autem sustulit me, & reduxit me in Chaldæam ad captivitatem in visione, in Spiritu DEI, atque ita ascendit à-super me visio, quam vidi.

25. Locutus verò sum ad captivitatem omnia verba JEHOVÆ, quæ, ostendit mihi.

CAP. XII.

Partes hujus Capitis sunt quatuor. I. Habet prodigium Prophetæ parietem perfodientis, & cum vasis migrationis exeuntis: unà cum expositione ejus, à v. 1. II. Habet alterum Prophetæ prodigium panem cum trepidatione comedentis; cum expositione etiam. à v. 18. III. Est prophetia contra profanatores dierum visionum cum irrisione. à v. 21. IV. Prophetia contra dilatores. à v. 26.

FActum deinde est verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, in medio domus rebellionum tu (*es*) habitans: [a] quibus oculi (*sunt*) ad videndum, sed non vident (*tamen*;) quibus aures ad audiendum, nec (*tamen*) audiunt: quia domus rebellionis illi.

3. Tu ergò, fili hominis, fac tibi vasa migrationis, & migra interdiu in oculis eorum; migrabis autem è loco tuo in locum alium in oculis eorum; forrè (*enim*) videbunt, quod domus rebellionis illi.

4. Educes itaque vasa tua, sicut vasa migrationis interdiu in oculis eorum; tu verò exibis in vespera (*cum illis*) in oculis eorum, juxta exitus migrationis:

5. (*Nimirum*) in oculis eorum effode tibi in pariete, qua educas.

6. (*Deinde*) in oculis eorum super humero porta, (&) sub tenebras educ (*illa;*) facies tuas obrege, ut non videas terram: nam prodigium dedi te domui Jisraëlis.

7. Feci ergò sic, quemadmodum præceptum accepi: vasa mea eduxi; sicut vasa migrationis interdiu, & vesperi effodi mihi in pariete manu; sub tenebras eduxi, (&) super humero portavi in oculis eorum.

8. Deinde factum est verbum JEHOVÆ ad me mane, dicendo:

9. Fili hominis; nonne dixerunt ad te domus Jisraëlis, domus rebellionis; quid tu (*es*) faciens?

10. Dic (*ergò*) ad eos; sic dixit ADONAI JEHOVIH, Princeps (*est*) prophetia hæc in Hierosolyma; & tota domus Jisraëlis, quæ in medio eorum.

11. Dic (*porrò;*) Ego (*sum*) prodigium vestrum: quemadmodum feci, sic fiet illis; in exilium, (*nimirum*) in captivitatem ibunt.

12. Princeps autem, qui in medio eorum, super humero porrabit, sub tenebras, exibitque; parietem (*quidem*) perfodient ad educendum per eum: facies suas obvelabit, ut non videat ad oculum ipse terram.

13. Sed expandam (*tamen*) [b] rete Meum super illum, ut capiatur in reti Meo, deducamque eum in Babelem, terram Chaldæorum; quam verò non videbit, & ibi morietur.

14. Omne autem, quod circa eum, auxilium ejus, & omnes turmas ejus dispergam in omnem ventum; gladiumque evaginabo post illos.

15. Ut cognoscant, quod Ego (*sim*) JEHOVAH, dum dispersero eos inter gentes; ac dispersero eos in terras.

16. Residuos tamen faciam de iis vitos numeri, à gladio, à fame & a peste, ut enarrent omnes abominationes suas inter gentes, quò venient; cognoscantque (*etiam hæ,*) quod Ego (*sim*) JEHOVAH.

17. Præterea factum est ad me verbum JEHOVÆ, dicendo:

18. Fili hominis; panem tuum cum tremore comedes, & aquas tuas cum trepidatione & solicitudine bibes;

19. Dices autem ad populum terræ; sic dixit ADONAI JEHOVIH habitatoribus Hierosolymæ super terra Jisraëlis, panem suum cum solicitudine comedent; & aquas suas cum stupore bibent, ut devastetur terra ejus à plenitudine sua; propter violentiam omnium habitatorum in ea.

20. Urbes enim habitatæ devastabuntur, & terra desolatio erit: ut cognoscatis, quod Ego (*sim*) JEHOVAH.

21. Factum porrò est verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

22. Fili hominis, quid (*sibi vult*) dicterium hoc vobis, super terra Jisraëlis, dicendo; [c] prolongabuntur dies, ideò peribit omnis visio?

23. Propterea dic ad eos, sic dixit ADONAI JEHOVIH; cessare faciam dicterium hoc, ut non dicitent illud amplius in Jisraële; sed dic ad eos; Appropinquarunt dies, & verbum omnis visionis.

24. Non enim erit amplius ulla visio vanitatis, & divinatio blanda in medio domus Jisraëlis.

25. Ego namque JEHOVAH loquar, quod loquar, verbum, quod fiet, nec differetur amplius: quin (*jam*) in diebus vestris, ô domus rebellionis, loquar verbum, & faciam illud; dictum ADONAI JEHOVIH.

26. Factum porrò est verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

27. Fili hominis, Ecce, domus Jisraëlis

(*ſunt*) dicentes; viſio, quam ille (*eſt*) videns, fiet poſt dies multos, & in tempora longinqua ille (*eſt*) prophetans.

28. Quare dic ad eos, ſic dixit Adonai Jehovih: non differetur amplius ullum verbum: loquar enim verbum, & fiet, dictum Adonai Jehovih.

CAP. XIII.

Habet hoc Caput prophetiam contra falſos prophetas & prophetiſſas: habetq; partes tres. I. Eſt prophetia contra falſos prophetas in genere: quibus pœna prædicitur. à v.1. II. Eſt prophetia contra incruſtatores, ut vocantur, cum prædictione etiam pœnæ. à v.11. III. Contra falſas prophetiſſas, addita pœna. à v.17.

POſtea factum eſt verbum Jehovæ ad me, dicendo:

a) *Ier. 23,3 ſeq. Ez. 34.2*

2. Fili hominis, propheta [a] contra Prophetas Iſraëlis prophetantes: & dic Prophetis è corde ſuo; audite verbum Jehovæ.

3. Sic dixit Adonai Jehovih; Væ Prophetis ſtultis, qui abeunt poſt ſpiritum ſuum, & juxta id, quod non viderunt.

4. Sicut vulpes in vaſtitatibus, Prophetæ tui, ô Iſraël, facti ſunt.

5. Non aſcendiſtis in rupturas, nec ſepiviſtis ſepem pro domo Iſraëlis, ut ſtaretis in bello, in die Jehovæ.

6. Viderunt vanitatem & divinationem mendacii; (*dum ſunt*) dicentes; dictum Jehovæ, cum Jehovah non miſerit eos: nihilominus expectant ſtabilire (*Me*) verbum.

7. (*Sed*) nonne viſionem vanitatis vidiſtis, divinationemque mendacii dixiſtis? dum (*eſtis*) dicentes, dictum Jehovæ; cum Ego (*tamen*) non locutus ſim,

8. Quare ſic dixit Adonai Jehovih; propterea quod loquimini vanitatem, & videtis mendacium: ideò, ecce, (*ero*) contra vos, dictum Adonai Jehovih:

9. Ut ſit manus Mea contra Prophetas, videntes vanitatem, & divinantes mendacium; in arcano populi (*nimirum*) Mei non erunt, & in catalogo domus Iſraëlis non ſcribentur, inque terram Iſraëlis non venient, ut cognoſcatis, quod Ego (*ſim*) Adonai Jehovih.

10. Propterea quod ſeducunt populum Meum, [b] dicendo; Pax; cum non (*ſit*) pax: & quando hic ædificat maceriem, illi, ecce, (*ſunt*) incruſtantes eam inepto.

b) *Mich. 3,5.*

11. Dic ad incruſtantes ineptum, quod cadet: fiet (*namq;*) pluvia inundans, quâ, ô vos, lapides grandinis (*ſuper vos*) cadent, & (*mox*) ventus procellarum perrumpet;

12. Ecce ergò (*cum*) cadet (*ille*) paries; nonne (*tum*) dicetur ad eos; ubi (*eſt*) incruſtatio, qua incruſtaſtis?

13. Quare ſic dixit Adonai Jehovih; faciam namque perrumpere Spiritum procellarum in excandeſcentia Mea; & pluvia inundans in ira Mea fiet, ac lapides grandinis in fervore (*Meo erunt*) in conſummationem:

14. Ut deſtruam parietem, quem incruſtaſtis inepto, & dejiciam eum in terram, ita ut reveletur fundamentum ejus; tum cadet, & conſumemini in medio ejus: ut cognoſcatis, quod Ego (*ſim*) Jehovah.

15. Sic conſummabo fervorem Meum in pariete, & in incruſtantibus illum inepto; dicamque vobis; Neque (*eſt*) paries, neque incruſtantes eum.

16. (*Nimirum*) Prophetæ Iſraëlis, prophetantes (*ſunt*) Hieroſolymæ, & videntes illi viſionem pacis, cum non (*ſit*) pax; dictum Adonai Jehovih.

17. Similiter tu, fili hominis, pone facies tuas contra filias populi tui, prophetantes è corde ſuo: & propheta contra eas.

18. Dic ergò; ſic dixit Adonai Jehovih; væ conſuentibus pulvillos ſubter omnes axillas manuum Mearum *populi Mei;*) & facientibus pepla ſuper caput omnis ſtaturæ, ad venandum animas: animas (*namque*) venamini, (*quæ*) populo Meo; ut animas, (*quæ*) vobis, vivificetis.

19. Profanaſtis autem Me apud populum Meum, pro pugillis hordeorum, & pro fruſtis panis, ad occidendum animas, quæ non mori debent, & ad vivificandum animas, quæ non vivere debent: dum

mentimini populo Meo, audientibus (*ſc.*) mendacium.

20. Propterea ſic dixit Adonai Jehovih; ecce, Ego (*ero*) contra pulvillos veſtros, quibus vos venamini ibi animas, (*ut fiant*) in volatiles, & abrumpam eos deſuper brachlis veſtris; dimittamque animas, quas vos (*eſtis*) venantes, (*ſcil.*) animas, (*ut fiant*) in volatiles:

21. Diripiamque pepla veſtra; ut eripiam populum Meum è manu veſtra, ne ſint amplius in manu veſtra in venationem: ut ſciatis, quod Ego (*ſim*) Jehovah.

22. Propterea quod affligitis cor juſti mendacio, quem Ego (*tamen*) dolore non affeci; & confirmatis manus impii, ut non revertatur à via ſua mala, vivificando eum.

23. Quare vanitatem non videbitis, & divinationem non divinabitis amplius: ſed eripiam populum Meum è manu veſtra: ut cognoſcatis, quod Ego (*ſim*) Jehovah.

CAP. XIV.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. In I. occaſione Seniorum quærentium prophetam, habetur Prophetia contra malè quærentes Iehovam partim. à v.1. partim contra prophetas male perſuaſos. à v.9. In II. eſt prophetia contra Hieroſolymam juſtè & inexorabiliter & Iudæam, gladio, fame, peſte, mala ferâ puniendam. à v.12.

POſteà venerunt ad me viri de Senioribus Iſraëlis, ſederuntque coram me.

2. Factum verò eſt verbum Jehovæ ad me, dicendo:

3. Fili hominis, viri iſti aſcendere fecerunt idola ſua ſuper cor ſuum; & offendiculum iniquitatis ſuæ dederunt ante facies ſuas: num (*ergò*) quærendo (*ſerìò*) quærar illis?

4. Quare loquere cum illis, & dic ad illos; ſic dixit Adonai Jehovih; quiſquis de domo Iſraëlis (*fuerit,*) qui aſcendere fecerit idola ſua ſuper cor ſuum, & offendiculum iniquitatis ſuæ poſuerit ante facies ſuas; venerit tamen ad Prophetam: Egone Jehovah reſponderim ei, (*qui*) venit cum multitudine idolorum ſuorum? (*Minimè:*)

5. Ut deprehendam domum Iſraëlis in corde eorum, quod abalienati ſint ab-apud Me per idola ſua omnia:

6. Quare dic ad domum Iſraëlis; ſic dixit Adonai Jehovih; revertimini, & convertite (*facies veſtras*) deſuper idolis veſtris; & deſuper omnibus abominationibus veſtris convertite facies veſtras.

7. Nam quiſquis (*fuerit*) de domo Iſraëlis, aut de peregrino, qui peregrinatus fuerit in Iſraële, ſeparaverit ſe à-poſt Me, & aſcendere fecerit idola ſua ſuper cor ſuum, & offendiculum iniquitatis ſuæ poſuerit ante facies ſuas; venerit tamen ad Prophetam ad quærendum eum per Me: Egone Jehovah reſponderim illi per Me?

8. Imò dabo facies Meas contra virum hunc, & devaſtabo eum in ſignum & in dicteria, excindamque eum è medio populi Mei; ut cognoſcatis, quod Ego (*ſim*) Jehovah.

9. Propheta autem quando perſuaderi ſibi paſſus fuerit, ut loquatur verbum: Ego Jehovah (*viciſſim*) perſuadebo Prophetæ iſti; ita ut extendam manum Meam contra eum & perdam eum è medio populi Mei Iſraëlis.

10. Sic portabunt iniquitatem ſuam; ſicut iniquitas quærentis, ita iniquitas Prophetæ iſtius erit:

11. Ut non aberrent amplius domus Iſraëlis à-poſt Me, nec polluant ſe adhuc omnibus prævaricationibus ſuis; ſed ſint Mihi in populum, Ego autem ſim illis in Deum; dictum Adonai Jehovih.

12. Porrò factum eſt ad me verbum Jehovæ, dicendo:

13. Fili hominis, quando terra peccaverit Mihi prævaricando prævaricationem; extenderoque manum Meam contra eam, ut frangam illi baculum panis, [a] & mittam in eam famem, excindamque ex ea hominem & beſtiam:

a) *Eſa. 3,1. Ez. 4,16 5,17*

14. Etiamſi fuerint tres hi viri in ea, Noachus, Daniel & Ijob: illi (*quidem*) per juſtitiam ſuam eripient animam ſuam, (*ſed ſoli,*) dictum Adonai Jehovih.

b) *Lev. 26,22. 2. Reg. 17,25*

15. Quando [b] feram malam tranſire fecero per terram, & orbaverit illam, ut fiat deſolatio, ita ut non (*ſit*) tranſiens propter feram:

16. (*Etiamſi fuerint*) tres viri iſti in medio ejus: vivus Ego, dictum Adonai Jehovih, ſi filios, aut ſi filias eripuerint; (*ſed*) illi ſoli eripientur; terra autem fiet deſolatio.

17. Aut (*quando*) adduxero gladium ſuper terram illam; dixeroque; Gladie tranſi per terram, ut excindam ex ea hominem & beſtiam:

18. Etiamſi (*fuerint*) tres viri iſti in medio ejus: vivus Ego, inquit Adonai Jehovih, non eripient filios aut filias, ſed illi ſoli eripientur.

19. Aut (*quando*) peſtem miſero ſuper terram illam, ut effundam fervorem Meum ſuper illam propter ſanguinem, ad excindendum ex illa hominem & beſtiam:

20. (*Fuerint*) autem Noachus, Daniel & Ijob in ea; vivus Ego, inquit Adonai Jehovih, ſi filium aut filiam eripuerint; (*ſed*) illi (*ſoli*) per juſtitiam ſuam eripient animam ſuam.

21. Sic namque dixit Adonai Jehovih: (*ſic*) etiam, [c] quando quatuor judicia mea mala, (*ſcil.*) gladium, & famem, & feram malam, & peſtem, miſero ſuper Hieroſolymam, ad excindendum ex ea hominem & beſtiam;

c) *2. Sam. 24,13.*

22. Sed, ecce, relicta fuerit in ea evaſio, educti (*ſcil.*) filii aut filiæ, qui, ecce, exiverint ad vos, videritiſque viam eorum, & opera eorum: tum conſolabimini vos ſuper malo, quod adduxi ſuper Hieroſolymam; cum omni, quod adduxi ſuper eam.

23. Conſolabuntur, inquam, vos, quum videritis viam eorum, agnoſcetiſque, quod non fruſtra fecerim omne, quod feci in ea, dictum Adonai Jehovih.

CAP. XV.

Prophetiam hoc Caput habet contra Hieroſolymam & Iudeam per comparationem cum ligno vitis. In qua I. eſt protaſis. à v. 1. II. ἀπόδοσις ſeu applicatio. à v. 6.

Præterea factum eſt verbum Jehovæ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, quid erit lignum vitis præ omni ligno; ramo (*ſcil.*) qui fuerit in arboribus ſilvæ.

3. Num ſumetur ex eo lignum, ad faciendum pro opere? num ſument ex eo clavum, ad ſuſpendendum ſuper illum ullum vas?

4. Ecce igni datum eſt in cibum, (*in primis quando*) duas extremitates ejus comederit ignis, & medium ejus incaluerit: num proderit ad opus?

5. Ecce, quum adhuc integrum erit, non fiet ad opus; quanto minus, cum ignis comedit illud aut incalnit, fiet adhuc ad opus?

6. Quare ſic dixit Adonai Jehovih; ſicut lignum vitis inter ligna ſilvæ (*ſe habet*) quod dedi igni in cibum: ſic dedi habitatores Hieroſolymæ.

7. Dabo enim facies meas contra illos, ut, etſi ex igne exiverint, ignis (*tamen*) comedat eos: ut cognoſcatis, quod Ego (*ſim*) Jehovah, quum poſuero facies Meas contra eos.

8. Terram autem dabo devaſtationem, ideò quòd prævaricati ſunt prævaricationem; dictum Adonai Jehovih.

CAP. XVI.

Eſt in hoc Capite prophetia contra Hieroſolymam & regnum Iuda in figura mulieris: habetq; Caput partes quatuor. In I. recenſentur ingentia beneficia à nativitate & in adoleſcentia exhibita. à v. 1. In II. exprobratur ſummâ ingratitudo, per ſcelera ſcortationum ſubinde majora. à v. 15. In III. indicuntur pro tantis ſceleribus pœna. à v. 27. In IV. promittitur è captivitate reſtitutio. à v. 53.

Porrò factum eſt verbum Jehovæ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, notifica Hieroſolymæ, abominationes ejus;

3. Et dic: ſic dixit Adonai Jehovih Hieroſolymæ, negotiationes tuæ & generationes tuæ (*ſunt*) de terra Canaanæi: pater tuus Amoræus & mater tua Chitthæa.

4. Quod enim generationes tuas attinet: in die, quo nata es, non abſciſſus fuit

umbilicus tuus, & aquis non lota es ad aſpectum Meum; & ſaliendo non ſalita es, & obvolvendo non obvoluta es faſciis.

5. Non pepercit tibi oculus, ut faceret tibi ullum iſtorum, clementia utendo erga te: ita projecta es ſuper facies agri in faſtidio animæ tuæ, in die, quo nata es.

6. Præterivi verò præter te, vidique te conculcatam in ſanguinibus tuis: dixi ergò tibi; in ſanguinibus tuis vive; dixi, inquam, tibi in ſanguinibus tuis vive.

7. Quoad augmentum: ſicut germen agri dedi te; unde crevisti & adoleviſti, veniſtique in decora decorum: ubera ſolidata ſunt, & crinis tuus crevit; eras tamen (*adhuc*) nuda & nudata.

8. Quum ergò præterivi præter te, & vidi te, quod ecce tempus tuum (*eſſet*) tempus amorum, expandi alam Meam ſuper te, & operui nuditatem tuam: quin juravi tibi, & inii fœdus tecum, dictum Adonai Jehovih, ut eſſes Mihi (*in uxorem.*)

9. Quare lavi te aquis, & ablui ſanguines tuos a ſuper te, unxique te oleo.

10. Veſtivi etiam te acupicto, & calceavi te taxo; accinxique te byſſo, ac obtexi te ſerico:

11. Ornavi etiam te ornatu, dedique (*tibi*) armillas ſuper manus tuas, & torquem ſuper guttur tuum;

12. Inſuper dedi monile ſuper naſum tuum, & inaures ſuper aures tuas, imò coronam ornatus in caput tuum.

13. Sic ornata es auro & argento; & veſtes tuæ (*erant*) byſſus & ſericum, & acupictum, ſimilam, & mel, & oleum comediſti: unde pulchra facta es valdè ad nodum; & proſperata es uſque ad regnum.

14. Quare exivit tibi nomen in gentes de pulchritudine tua; nam perfecta hæc (*erat*) in ornatu Meo, quem poſueram ſuper te; dictum Adonai Jehovih.

15. Confiſa es pulchritudini tuæ, & ſcorrata es ob famam tuam, adeò ut effuderis ſcortationes tuas ſuper omnem tranſeuntem, (*cujquis*) ſibi eſſet.

16. Quin ſumſiſti de veſtibus tuis, & feciſti tibi excelſa variegata, ut ſcortareris ſuper illis: non (*tales ſunt*) venturæ, neque (*tale quid*) erit:

17. Accepiſti inſuper vaſa ornatus tui ex auro Meo, & ex argento Meo, quod dederam tibi, & feciſti tibi imagines maris, cum quibus ſcortareris.

18. Sumſiſti etiam veſtes acupicti tui, & texiſti eas; oleumque Meum & ſuffimentum Meum dediſti coram illis.

19. Panem porrò Meum (*quod attinet,*) quem dedi tibi; ſimila, & oleo, & melle cibavi te, tu autem dediſti illud coram illis in odorem quietationis; & ita factum eſt; dictum Adonai Jehovih.

20. Imò ſumſiſti filios tuos & filias tuas, quos peperiſti Mihi, ſacrificaſtique illos iis ad devorandum: num parum (*hoc*) de ſcortationibus tuis?

21. Mactaſti itaque filios Meos, & tradidiſti eos, dum tranſire feciſti eis illos.

22. Omnibus tamen cum abominationibus tuis, & ſcortationibus tuis non recordata es dierum juventutis tuæ; quum eſſes nuda & denudata, (*&*) conculcata in ſanguine tuo exiſteres.

23. Factum porrò eſt poſt omnem malitiam tuam, [Væ, væ tibi, dictum Adonai Jehovih.]

24. Ædificaſti tibi excelſum, & feciſti tibi altum in omni platea.

25. Super omni capite viæ ædificaſti excelſum tuum, & abominabilem feciſti pulchritudinem tuam, & divaricaſti pedes tuos omni tranſeunti, ut multiplicares ſcortationes tuas.

26. Scorrata quoque es cum filiis Ægypti, vicinis tuis, magnis carne: ac multiplicaſti ſcortationem tuam, ad provocandum Me ad iram,

27. Tum, ecce, extendi manum Meam contra te, & diminui præſtitutum tuum; [a] tradidique te in deſiderium odio habentium te, filiarum (*ſcil.*) Philiſthæorum, pudefactarum à via tua, (*via*) facinoris.

a) *Iud. 1,1.*

28. Sed ſcortata es cum filiis Aſchuris cum ſatietas tibi nulla (*eſſet:*) cum quibus etiam ſcortata es, & tamen non ſaturata.

29. Hinc multiplicaſti ſcortationem

tuam

tuam usque ad terram negotiationis, Chaldæam: sed neque hoc satiata es.

30. Quam languidum (*ergò est*) cor tuum, dictum Adonai Jehovih; dum facis omnia hæc, opus mulieris meretricis impotentis?

31. Ædificasti enim clivum tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea: neque fuisti sicut meretrix, ad gloriandum de mercede.

32. Mulier (*enim quidem*) adultera sub viro suo, accipit alienos:

33. Omnibus (*autem*) meretricibus dant mercedem: tu verò dedisti mercedes tuas omnibus amasiis tuis, & remunerasti eos, ut venirent ad te è circuitu in scortationibus tuis.

34. Sic factum est in te contrarium à mulieribus in scortationibus tuis, ut post te non scortatum iverint, dum nimirum dedisti mercedem, & merces non data est tibi: fuisti itaque in contrarium.

35. Quare, ô meretrix, audi verba Jehovæ:

36. Sic dixit Adonai Jehovih; propterea quod effusa est ærugo tua, & revelata est nuditas tua per scortationes tuas super amasiis tuis, & super omnia idola abominationum tuarum, & juxta sanguines filiorum tuorum, quos dedisti illis.

37. Ideò, (*inquam,*) ecce, Ego (*ero*) congregans omnes amasios tuos; cum quibus pacta es, & omnes quos amasti, præter omnes, quos odisti: & congrega-
b) *Ez. 23,10.* bo eos contra te è circuitu, & [b] revelabo nuditatem tuam erga illos, ut videant omnem nuditatem tuam.

38. Sic judicabò te judiciis adulteratum, & effundentium sanguinem; daboque te, (*sicut*) sanguinem iræ & zeli.

39. Dabo enim te in manum eorum, ut destruant clivum tuum, & everrant excelsa tua, exuantque te vestibus tuis, & accipiant vasa ornatus tui: te verò relinquant nudam & denudatam.

40. (*Tandem*) autem ascendere facient super te cœtum, & lapidabunt te lapide, dissecabuntque te gladiis suis.

c) *2. Reg. 25, 9.* 41. Accendent etiam [c] domos tuas igne, ut faciant in te judicia in oculis mulierum multarum: sic cessare faciam te a scorto, ut etiam mercedem non des amplius.

42. Dum quiescere faciam iram Meam contra te, & recedet zelus Meus à te, quiescamque & non succensebo amplius.

43. (*Hæc autem omnia faciam tibi*) propterea quod non recordata es dierum adolescentiæ tuæ, & iram movisti Mihi per omnia ista: unde etiam, ecce, viam tuam in caput reddidi, dictum Adonai Jehovih, ut non faceres facinus super omnes abominationes tuas.

44. Ecce omnis peritus dicterii super te dicterium facies, dicendo; sicut mater ejus, (*ita est*) filia ejus.

45. Filia matris tuæ tu, fastidientis maritum suum, & filios suos: & soror tu (*es*) sororum tuarum, quæ fastidiverunt maritos suos, & filios suos: (*nimirum*) mater vestra Chitthæa (*est,*) & pater vester Emoræus.

46. Soror autem tua major (*est*) Samaria; ipsa & filiæ ejus; habitans ad sinistram tuam; at soror tua minor te, habitans ad dextram tuam, (*est*) Sodoma & filiæ ejus.

47. Non tamen in viis (*tantum*) earum iisti, & juxta abominationes earum fecisti, (*sed*) parum abest, quin fastidiveris (*eas,*) dum corrupisti te præ illis omnibus in viis tuis.

48. (*Ideò*) vivus Ego, dictum Adonai Jehovih, si fecit Sodoma, soror tua, ipsa & filiæ ejus, quemadmodum tu fecisti & filiæ tuæ.

49. Ecce, hæc fuit iniquitas [d] Sodo- d) *Gen. 19, 5.*
mæ sororis tuæ; superbia (*scilicet,*) satietas panis, & tranquillitas quietis fuit illi, & filiabus ejus; & manum miseri ac egeni non confirmavit.

50. Unde elatæ sunt factæ, & fecerunt abominationem coram Me: attamen removi eas, quum vidi.

51. [e] Samaria autem juxta dimidium e) *2. Reg. 17, 7. ſ.*
peccatorum tuorum non peccavit; adeoque multiplicasti abominationes tuas præ illis, & justificasti sorores tuas per omnes abominationes, quas fecisti.

52. (*Quare*) etiam tu porta ignomi-

niam tuam, quam adjudicasti sorori tuæ pro peccatis tuis, quibus abominabilem reddidisti te præ illis; (*quippe qua*) justificatæ sunt præ te: ideò etiam tu erubesce, ac porta ignominiam tuam pro eo, quod justificasti sorores tuas.

53. Deinde tamen reducam captivitatem illarum; captivitatem (*nimirum*) Sodomæ & filiarum ejus, & captivitatem Samariæ ac filiarum ejus, captivitatemque captivarum tuarum in medio illarum.

54. Ut portares ignominiam tuam, ignominia affecta es ob omnia, quæ fecisti: ita ut consolata sis illas.

55. Attamen sorores tuæ, Sodoma, & filiæ ejus redibunt ad antiquum statum suum: ac Samaria & filiæ ejus redibunt ad veterem statum suum: simulque tu & filiæ tuæ redibitis ad veterem statum vestrum.

56. Nonne verò fuit Sodoma, soror tua, in dicterium in ore tuo, in die superbiarum tuarum.

57. Antequam (*scil.*) revelaretur malitia tua, sicut tempus opprobrii filiarum Syriæ; omniumque circuituum ejus, filiarum Philisthææ, quæ conremserunt te in circuitu.

58. (*Ideò*) facinus tuum & abominationes tuas tu (*quoque*) portabis, dictum Jehovæ.

59. Sic namque dixit Adonai Jehovih: utique faciam tecum, quemadmodum fecisti, quæ contempsisti maledictionem ad irritum faciendum fœdus.

60. Recordabor tamen Ego fœderis Mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ; erigamque tecum fœdus æternitatis.

61. Tu autem recordaberis viarum tuarum, & pudefies, quum acceperis sorores tuas majores te, præter minores te; dederoque eas tibi in filias, licet non ex fœdere tuo.

62. Erigam, inquam, Ego fœdus Meum tecum, ut cognoscas, quod Ego (*sim*) Jehovah.

63. Ira ut recorderis & pudefias, nec sit tibi amplius apertio oris propter ignominiam tuam: quando expiavero tibi omne, quod fecisti, dictum Adonai Jehovih.

CAP. XVII.

Habet hoc Caput Prophetiam contra Regem Iudæ Zedekiam sub ænigmate seu parabola: cujus verò partes tres sunt. In I. est ipsum ænigma seu parabola de duabus aquilis & capite Cedri. à v. 1. In II. ænigmatis seu parabolæ expositio de Regibus Babelu, Ægypti, & Iudæ. à v. 11. In III. est prophetia de Rege Messia. à v. 22.

Præterea factum est verbum Jehovæ ad me, dicendo:

2. Fili hominis ænigma ænigmatiza, & parabolam paraboliza de domo Israëlis,

3. Et dic; sic dixit Adonai Jehovih; aquila magna, magna alis, longa pennas, plena plumis, cui acupictura, venit super Libanum, accepitque inde ramusculum cedri.

4. Caput (*inquam*) surculorum ejus decerpsit, deduxitque id in terram commercii; in urbem aromatariorum posuit id.

5. Deinde sumsit de semine terræ, posuitque id in agro sementis: accepit ad aquas magnas (*ponendum, &c.*) speculationem posuit id.

6. Germinavit ergò & factum est in vitem luxuriantem, humilem (*tamen quoad*) proceritatem; ita ut respicerent palmites ejus ad ipsam, & radices ejus sub ipsa essent: sic facta est in vitem, quæ fecit palmites, & emisit ramos.

7. Fuit autem aquila una (*alia*) magna, magna alis, & plena plumis, ad quam, ecce, vitis hæc applicuit radices suas, & palmites suos misit ad illam, ad irrigandum ipsam ex areolis plantationis ejus:

8. (*Cum tamen*) in agro bono, apud aquas multas, illa plantata (*esset,*) ad faciendum ramum, & ad portandum fructum, ut esset in vitem magnificentiæ.

9. Dic (*ergò;*) sic dixit Adonai Jehovih; (*num*) prosperabitur? nonne radices ejus evellet, & fructum ejus succidet, ut exaresçat, (*&c.*) omnia folia germinis ejus arefiant? idque non per brachium magnum, aut per populum multum, ad devastandum illam ex radicibus ejus?

10. Ecce, enim quæ (*ita*) plantata,

num

num proſperabitur? nonne cum attigerit eam ventus Orientis exareſcet, exareſcendo; ſuper areolis germinis illius exareſcet?

11. Factum porrò eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

12. Dic, age, domui rebellionis; An non ſcitis, quid hæc (*ſibi velint?*) dic (*ergò,*) ecce, venit Rex Babelis Hieroſolymam, ſumſitque Regem ejus, & Principes ejus, ac abduxit eos ad ſe Babelem.

13. Sumſit autem de ſemine regni, & excidit cum eo fœdus, adduxitque eum in juramentum; potentes quoque terræ accepit:

14. Ut eſſet regnum humile, ne ſe efferret; (*ſed*) ut cuſtodiret fœdus ipſius, ut ſtaret illud.

15. Verum rebellavit contra eum, mittendo legatos ſuos (*in*) Ægyptum, ut daret illi equos & populum multum: num (*ergò*) proſperabitur? num eripietur faciens hæc? & (*qui*) irritum fecit fœdus, num evadet?

16. Vivus Ego, dictum ADONAI JEHOVIH, ſi non in loco Regis, qui regnare eum fecit, (*ſed*) cujus juramentum contemſit, & cujus irritum reddidit fœdus, apud eundem in medio Babelis morietur.

17. Neque per exercitum magnum & per cœtum multum faciet cum eo Pharao in bello (*quicquam;*) quum ille effodiet vallum, & ædificabit antemurale, ad excindendum animas multas.

18. Ideò quod contemſit juramentum, ad irritum reddendum fœdus: ſed, ecce, (*quia*) dedit manum ſuam, & omnia (*tamen*) iſta fecit, non eripietur.

19. Quare ſic dixit ADONAI JEHOVIH; Vivus Ego, ſi non juramentum Meum, quod ſprevit, & fœdus Meum, quod irritum reddidit; dedero, inquam, illud in caput ejus!

a) *Ez. 12,13. 32,3.* 20. Expandam itaque ſuper eum [a] rete Meum, ut capiatur in reti Meo; abducamque eum Babelem, ubi judicabor cum illo, (*ob*) prævaricationem ejus, qua prævaricatus eſt contra Me.

21. Omnes autem electi ejus in omnibus turmis ejus gladio cadent; qui verò reſidui fuerint, in omnem ventum diſpergentur: ut cognoſcatis, quod Ego JEHOVAH locutus ſim.

22. Sic dixit ADONAI JEHOVIH: veruntamen accipiam Ego de ſurculo cedri altæ, daboque; de capite ramorum ejus tenerum abſcindam, & plantabo eum ſuper montem magnum & aggeſtum.

23. In monte altitudinis Iſraëlis plantabo illum, ut attollat ramum, & faciat fructum, evadatque in cedrum magniſicam, habitentque ſub illo omnis avis cujuſcunque alæ; in umbra ramorum illius habitent.

24. Ut cognoſcant omnia ligna agri, quod Ego JEHOVAH humiliem lignum altum, exaltem (*autem*) lignum humile, (*quodq;*) arefaciam lignum viride, ſed germinare faciam lignum aridum: Ego JEHOVAH locutus ſum.

CAP. XIIX.

In hoc Capite redarguitur & refutatur parabola Iudaorum impia quædam. Sunt autem partes Capitis tres. In quarum I. parabola iſta proponitur, & refutatur. à v. 1. In II. exceptio Iudaorum prior diluitur. à v. 19. In III. exceptio altera ſolvitur. à v. 25.

POſteà factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Quid vobis? vos (*eſtis*) parabolizantes parabolam hanc, ſuper terra Iſraëlis, dicendo: [a] Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum hebetati ſunt: a) *Jer. 31,29.*

3. Vivus Ego, dictum ADONAI JEHOVIH; ſi fuerit licitum vobis amplius parabolizare parabolam hanc in Iſraële.

4. Ecce (*enim*) omnes animæ meæ ſunt; ſicut anima Patris, ſic anima filii, meæ ſunt: (*unde*) anima, quæ peccaverit, morietur.

5. Si ergò vir fuerit juſtus, qui fecerit judicium & juſtitiam.

6. (*Ita ut*) ſuper montibus non comedat, & oculos ſuos non attollat ad idola domus Iſraëlis, & uxorem ſocii ſui non polluat, & [b] ad mulierem menſtruatam non accedat. b) *Lev. 18,19.*

7. Et

d) *Deut. 24,10. ſ.* e) *Eſa. 58,7. Matth. 25,35.* pignus [d] ejus, (*pignus*) debiti reſtituat, rapinam non rapiat, [e] panem ſuum famelico det, & nudum contegat veſte.

8. In fœnus non det, & uſuram non accipiat, ab iniquitate abſtrahat manum ſuam, judicium veritatis faciat inter virum & virum:

9. In ſtatutis Meis ambulet, & judicia Mea cuſtodiat ad faciendum veritatem: Juſtus hic, vivendo vivet, dictum ADONAI JEHOVIH.

10. Sin genuerit filium violentum, effuſorem ſanguinis; qui fecerit unum de ullo iſtorum,

11. Si ille (*inquam*) omnia iſta (*bona*) non fecerit; ſed etiam ſuper montibus comederit, & uxorem ſocii polluerit:

12. Miſerum & egenum oppreſſerit; rapinas rapuerit; pignus non reſtituerit; & ad idola ſuſtulerit oculos ſuos, (*atq; ſic*) abominationem fecerit:

13. In fœnus dederit, & uſuram recepetit: num vivet? non vivet: (*Sed quia*) omnes abominationes has fecit, moriendo morietur; ſanguines ejus ſuper ipſo erunt.

14. Sin, ecce, (*hic etiam*) genuerit filium, qui viderit omnia peccata patris ſui, quæ fecit; ſed viderit (*ita,*) ut non faciat juxta illa:

15. (*Nimirum ſi*) ſuper montibus non comederit, & oculos ſuos non ſuſtulerit ad idola domus Iſraëlis; uxorem ſocii ſui non polluerit:

16. Et virum non oppreſſerit; pignus non detinuerit, & rapinam non rapuerit, panem ſuum famelico dederit, & nudum texerit veſte;

17. A miſero inhibuerit manum ſuam; fœnus & uſuram non acceperit, judicia Mea fecerit; in ſtatutis Meis ambulaverit: hic non morietur propter iniquitatem patris ſui, (*ſed*) vivendo vivet.

18. Pater ejus, quia oppreſſit oppreſſione, rapuit rapinam fratris, & quod non bonum, fecit in medio populorum ipſius ideò, ecce, mortuus eſt in iniquitate ſua.

19. Nihilominus dicitis; quare non ferret filius iniquitatem patris? quia (*inquam*) filius judicium & juſtitiam fecit; ea: (*ideò*) vivendo vivet.

20. Anima quæ peccaverit, illa morietur: filius (*ergò*) non portabit iniquitatem patris, nec pater portabit iniquitatem filii: (*ſed*) juſtitia juſti ſuper illo erit, & [f] impietas impii ſuper ipſo erit. f) *Deut. 24,16.*

21. Inſuper quando impius averſus fuerit ab omnibus peccatis ſuis, quæ fecerat, & cuſtodiverit omnia ſtatuta Mea, fecerit que judicium & juſtitiam; vivendo vivet, non morietur. *2. Reg. 14.6. 2. Par. 25,4.*

22. Omnes prævaricationes, quas fecit, non in recordationem venient illi; (*ſed,*) in juſtitia ſua, quam fecit, vivet.

23. Num (*enim*) volendo [g] volo mortem impii: dictum ADONAI JEHOVIH: nonne ut [h] convertatur à viis ſuis, & vivat? g) *Ez. 33,11.* h) *2. Per. 3,9.*

24. Contra quum averſus fuerit juſtus à juſtitia ſua, fecerit que iniquitatem (&) juxta omnes abominationes, quas facit impius, fecerit; num vivet? (*imò*) omnes juſtitiæ ejus, quas fecerit, in recordationem non venient; (*ſed*) in prævaricatione ſua, qua prævaricatus eſt, & in peccato ſuo, quod peccavit, in iſtis, (*inquam*) morietur.

25. Nihilominus dicitis; [i] non juſta eſt via ADONAI: (*Quare*) audite, agite, ô domus Iſraël: num via Mea non juſta eſt? nonne viæ veſtræ non juſtæ ſunt? i) *Ez. 33,20.*

26. (*Nam*) quando avertit ſe juſtus à juſtitia ſua, & facit iniquitatem, & moritur ob ea: ob iniquitatem ſuam (*juſtè*) moritur.

27. Contra quando convertitur impius ab impietate ſua, quam fecerat, facitque judicium & juſtitiam: ille animam ſuam vivificabit.

28. Vidit enim, ut converteretur ab omnibus prævaricationibus ſuis, quas fecerat: (*ideò*) vivendo vivet, non morietur.

29. Nihilominus dicunt domus Iſraël; non juſta eſt via ADONAI. Num (*verò*) viæ Meæ non juſtæ fuerint? ô domus Iſraël: nonne viæ veſtræ non juſtæ ſunt?

30. Quare virum (*quemq;*) juxta vias

ipſius

ipſius judicabo vos, ô domus Iſraël, dictum ADONAI JEHOVIH: convertimini (ergò) & revertimini ab omnibus præ varicationibus veſtris, ut non ſit vobis in offendiculum iniquitatis.

31. Projicite deſuper vobis omnes prævaricationes veſtras quibus prævaricati eſtis, & facite vobis cor novum & ſpiritum novum: quare enim moriemini, ô domus Iſraël?

k) Ez. 33.11. 32. [k] Non enim volo mortem morientis, dictum ADONAI JEHOVIH: ideò revertimini & vivite.

CAP. XIX.

Lamentum hoc Caput habet duplex propheta ſuper regnetuda & principibus ejus. Et I. quidem, ſub parabola de leænâ matre & leonibus juvenibus: Joachaſo & Jojachino. à v. 1. II. Sub imagine vitis luxurianti is ramis, ſed mox deſolatæ. à v. 10.

TU autem tolle lamentum ſuper Principibus Iſraëlis:

2. Et dic; quid mater tua, læna (*fecit*) Inter leones cubuit, in medio leonum juvenum educavit catulos ſuos.

3. Surrexit itaque unus de catulis ejus (&) juvenis leo factus; ſed didicit rapere rapinam, (*ac*) homines (*etiam*) devoravit.

4. Audiverunt autem de eo gentes, quarum in fovea captus eſt; deduxeruntque eum hamis in terram Ægypti.

5. Quum verò videret (*mater,*) quod res incurabilis eſſet; (&) periiſſet ſpes ipſius; accepit (*alium*) unum de catulis ſuis, quem leonem juvenem poſuit.

6. Ambulavit itaque in medio leonum, (*ac*) juvenis leo fuit; ſed didicit rapere rapinam, (*inprimis*) hominem comedit.

7. Stupravit etiam viduas ipſius, & urbes eorum devaſtavit, deſolataque eſt terra & plenitudo ejus, à voce rugitus ejus.

8. Ideò inſidiatæ illi ſunt gentes circumcirca ex provinciis; & expanderunt ſuper eum rete ſuum, (*ac*) in fovea earum captus eſt.

9. Poſueruntque eum in caveam cum hamis, deduxeruntque eum ad Regem Babelis; deduxerunt (*autem*) eum in retibus, ut non auditerur vox ejus amplius in montibus Iſraëlis.

10. Mater tua (*erat*) ſicut vitis, in ſimilitudine tui, (*quæ*) juxta aquas plantata (*eſt*;) frugifera, ramoſaque facta (*quidem*) eſt ab aquis multis:

11. Unde fuerunt illi virgæ roboris, in ſceptra dominantium; & extulit ſe ſtatura ejus ſuper-inter implexos ramos; ut apparuerit altitudine ſua in multitudine palmitum ejus.

12. Sed evulſa eſt in ira, in terram projecta eſt, & ventus orientis arefecit fructum ejus; divulſæ (*etiam*) ſunt, & exaruerunt unaquæque (*virga*) roboris ejus; ignis comedit unamquamque.

13. Nunc ergò plantata (*eſt*) in deſerto, in terra ariditatis & ſitis.

14. Exivit enim ignis è virga ramorum ejus, (*qui*) comedit fructum ejus, ut non ſit in ea virga roboris, ſceptrum ad dominandum. Lamentum (*itaq;*) illa (*eſt*) & facta in lamentum.

CAP. XX.

Veniunt in hoc Capite Seniores Iſraëlis ad prophetam quæſituri Iehovam. v. 1. Quibus I. id negatur, v. 2. 31. Exprobrantur autem II. rebelliones, tum patrum: (1.) in Ægypto. à v. 4. (2.) in deſerto. à v. 10. (3.) in introductione è deſerto in terram. à v. 18. cum (4.) pœnis extremis, præditis. v. 23. & illatis à v. 24. tum ipſorum proprijs. à v. 30. Datur III. inſignis de temporibus Meſſiæ promiſſio. à v. 33.

FActum autem eſt in anno ſeptimo, in quinto (*menſe,*) in decimo (*die*) menſis: venerunt viri de Senioribus Iſraëlis, ad quærendum JEHOVAM, ſedoruntque coram me.

2. Factum ergò eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo;

3. Fili hominis loquere cum Senioribus Iſraëlis, & dic ad eos; ſic dixit ADONAI JEHOVIH: num ad quærendum me vos (*eſtis*) venientes? Vivus Ego, ſi quærar vobis; dictum ADONAI JEHOVIH.

4. Num (*autem*) litigabis cum iis? num litigabis, fili hominis? abominationes (*ergò*) patrum eorum notas fac illis:

5. Dicque ad eos, ſic dixit ADONAI JEHOVIH; in die, (*quo*) elegi Iſraëlem, ſuſtuli manum meam ſemini domus Jacobi, & notus factus ſum illis in terra Ægypti: [a] ſuſtuli, inquam, manum Meam illis, dicendo; Ego (*ſum*) JEHOVAH, DEUS veſter. a) Exod. 6, 8.

6. In die illo ſuſtuli (*etiam*) manum Meam illis, ad educendum illos è terra Ægypti; ad terram, quam exploraveram illis, fluentem lacte & melle; decus quæ (*eſt*) omnibus terris.

7. Dixi autem ad eos; vir abominationes oculorum ſuorum abjicite, & per idola Ægypti ne polluamini; Ego (*ſum*) JEHOVAH, DEUS veſter.

8. Sed rebellarunt contra Me, nec voluerunt obedire Mihi: vir (*namq;*) abominationes oculorum ſuorum non abjecerunt, & idola Ægypti non deſeruerunt: ideò dixi, effuſurum Me eſſe iram Meam ſuper eos, ad conſummandam iram Meam in illis, in medio terræ Ægypti.

9. Feci tamen (*aliter*) propter Nomen Meum, ut non profanaretur in oculis gentium, in quarum medio illi (*erant,*) quibus (*quoq;*) notus factus ſum in oculis eorum, eductorum (*Me*) illos è terra Ægypti.

b) Exod. 20, 2 ſ. Deut. 5. 10. Quare [b] eduxi (*nihilominus*) eos è terra Ægypti, deduxique eos in deſertum.

c) Lev. 18. 5. Rom. 10. 5. 11. Ubi dedi illis ſtatuta Mea; & judicia Mea notæ feci illis: [c] quæ (*ſi*) fecerit homo, vivet per ea.

Ex. 20. 8. 31. 13. Deut. 5. 12. 12. Etiamque Sabbatha Mea dedi illis, ut eſſent in ſignum inter Me, & inter illos, ad agnoſcendum, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH, ſanctificans illos.

d) Exod. 16. 28. 29. 13. Sed rebellarunt contra Me domus Iſraëlis in deſerto; (*dum*) in ſtatutis Meis [d] non ambularunt, & judicia Mea reprobarunt; quæ (*tamen ſi*) fecerit homo, vivet per ea; Sabbatha etiam Mea profanarunt valdè: ideò dixi, effuſurum Me iram Meam ſuper eos in deſerto ad conſumendum illos.

e) Num. 14. 16. Deut. 9. 21. 14. Sed (*aliter*) feci [e] propter Nomen Meum, ut non profanaretur in oculis gentium, in quarum oculis eduxeram illos.

15. Etſi (*enim*) etiam Ego ſuſtuli manum Meam illis in deſerto; ut non introducerem eos in terram, quam dedi, fluentem lacte & melle, quæ (*eſt*) decus omnibus terris,

16. Propterea quod judicia Mea reprobarunt, & in ſtatutis Meis non ambularunt; inſuper Sabbatha Mea profanarunt; ſed poſt idola illorum cor illorum ambulavit.

17. Pepercit tamen illis oculus Meus, ut non perderem illos, nec facerem illos (*in*) conſummationem in deſerto.

18. Dixi verò ad filios illorum in deſerto; in ſtatutis Patrum veſtrorum ne ambulate, & judicia illorum ne cuſtodite, & per idola illorum ne polluimini.

19. Ego (*enim ſum*) JEHOVAH, DEUS veſter; (*ideò*) in [f] ſtatutis Meis ambulate; & judicia Mea cuſtodite, ac facite ea. f) Deut. 4, 1. 5, 1.

20. Sabbatha etiam Mea ſanctificate; ut ſint in ſignum inter Me & inter vos, ad agnoſcendum, quod Ego (*ſum*) JEHOVAH, DEUS veſter.

21. Sed rebellarunt contra Me (*etiam*) filii; (*dum*) in præceptis Meis non ambularunt, & judicia Mea non cuſtodiverunt, ut facerent ea, quæ (*tamen*) ſi fecerit homo, vivet per ea: Sabbatha (*etiam*) Mea profanarunt: ideò dixi (*iterum,*) effuſurum Me iram Meam ſuper illos, ad conſummandum iram Meam in illis in deſerto.

22. Retraxi tamen manum Meam, & feci (*aliter*) propter Nomen Meum; ut non profanaretur in oculis gentium, coram quarum oculis eduxeram eos.

23. (*Niſi quod*) etiam Ego ſuſtuli manum Meam illis (*jam*) in deſerto, diſperſurum Me eos inter gentes, & diſpulſurum eos in terras;

24. Propterea quod non fecerunt judicia Mea, & ſtatuta Mea reprobarunt, & Sabbatha Mea profanarunt; poſt verò idola patrum ſuorum fuerunt oculi eorum.

25. Quare etiam [g] Ego dedi illis ſtatuta non bona, & judicia, per quæ non vivent. g) 2. Theſſ. 2. 10. 11.

26. Sed

26. Sed polluam illos cum donis illorum ; eò quod [h] traduxerint omnem aperturam uteri (*per ignem,*) ut devaſtem illos, utque cognoſcant, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH.

h) 2. Paral. 33, 6.

27. Loquere itaque ad domum Iſraëlis, fili hominis ; & dic ad eos ; ſic dixit ADONAI JEHOVIH : Præterea hoc (*factum eſt:*) blaſphemarunt Me Patres veſtri, quando prævaricati ſunt contra Me prævaricatione.

28. Nam poſtquam introduxi illos in terram, ſuper qua ſuſtuleram manum Meam, daturum Me eam illis ; viderunt omnem collem altum, & omne lignum implexum, ſacrificaruntque ibi ſacrificia ſua, dederuntque ibi exacerbationem muneris ſui ; poſueruntque ibi odorem quietationis ſuum, ac libarunt ibi libamina.

29. Cumque dicerem ad eos ; quid (*eſt*) Bamah (*excelſum,*) quò vos venientes (*eſtis ?*) Vocatum eſt nomen ejus Bamah (*excelſum*) uſque ad diem hunc.

30. Quare dic ad domum Iſraëlis : ſic dixit ADONAI JEHOVIH : Num in via patrum veſtrorum vos polluti (*eſtis,*) & poſt abominationes eorum vos ſcortantes ?

31. Et quando tollitis dona veſtra, cum traducitis filios veſtros per ignem, vos polluti (*eſtis*) per omnia idola veſtra uſque ad hunc diem ; Ego (*tamen*) quærar pro vobis, ô domus Iſraël ? Vivus Ego dictum ADONAI JEHOVIH ; ſi quærar pro vobis.

32. Sed quod aſcendit ſuper ſpiritum veſtrum, non fiet unquam : eò quòd (*eſtis*) dicentes ; Erimus ſicut gentes, ſicut familiæ terrarum, ſerviendo ligno & lapidi.

33. (*Contra*) vivus Ego, dictum ADONAI JEHOVIH, ſi non manu forti, & brachio extenſo, & in ira effuſa dominatus fuero ſuper vos !

34. Ut educam vos ex populis, & congregem vos è terris, in quas diſperſi eſtis per manum fortem, & per brachium extenſum, & in ira effuſa.

35. Ut ducam vos in deſertum populorum, judicerque vobiſcum ibi facies ad facies.

36. Quemadmodum judicatus ſum cum Patribus veſtris in deſerto terræ Ægypti : ſic judicabor vobiſcum, dictum ADONAI JEHOVIH.

37. Tum tranſire faciam vos ſub virga ; & adducam vos in vinculum fœderis.

38. Separabo autem è vobis rebelles, & prævaricantes contra Me : è terra pegrinationum eorum educam eos, & in terram Iſraëlis non venient (*quiſquam :*) ut cognoſcatis, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH.

39. Vos ergò, ô domus Iſraëlis ; ſic dixit ADONAI JEHOVIH, vir idola ſua ite, colite : poſtea tamen, annon vos (*eritis*) obedientes Mihi, ut Nomen Sanctitatis Meæ non profanetis amplius per dona veſtra & per idola veſtra ?

40. (*Certe*) namque in monte Sanctitatis Meæ, in monte altitudinis Iſraëlis dictum ADONAI JEHOVIH ; ibi (*inquam*) ſerviet Mihi omnis domus Iſraëlis tota, in terra : ibi placabor illis, & ibi requiram ſublationes veſtras, & primitias munerum veſtrorum in omnibus ſanctitatibus veſtris.

41. Per odorem quietationis placabor vobis, cum eduxero vos è populis, & congregavero vos è terris, in quas diſperſi fuiſtis, ut ſanctificer in vobis coram oculis gentium.

42. Tum agnoſcetis, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH, quando reduxero vos in terram Iſraëlis, in terram, ſuper qua ſuſtuli manum Meam, daturum eam patribus veſtris.

43. Tum recordabimini ibi viarum veſtrarum, & omnium operum veſtrorum, quibus polluti fuiſtis, & faſtidietis in facibus veſtris omnia mala veſtra, quæ feciſtis.

44. Cognoſcetis verò quod Ego (*ſim*) JEHOVAH ; quando egero vobiſcum propter Nomen Meum : non (*autem*) juxta vias veſtras malas, & juxta facta veſtra corrupta, ô domus Iſraëlis, dictum ADONAI JEHOVIH.

CAP. XXI.

Partes hujus Capitis ſunt quinque. I. Eſt prophetia contra Hieroſolymam & terram Iſraëlis. (1.) propoſita parabolicè ſub nomine ſilvæ meridiei. à v. 1. (2.) expoſita verbis propriis. à v. 5. II. Eſt gemitus propheticus cum expoſitione v. 11. 12. III. Prophetia de gladio acuto veniente contra Iudæos. à v. 13. IV. Prophetia de via Regis Babelis eligenda. à v. 23. V. Prophetia contra filios Ammonis. à v. 33.

FActum porrò eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo :

2. Fili hominis pone facies tuas (*verſus*) viam meridiei, & ſtilla verſus meridiem ; ac prophera contra ſilvam agri, (*ad*) meridiem.

3. Ac dic ſilvæ meridiei : audi verbum JEHOVÆ ; ſic dixit ADONAI JEHOVIH ; ecce, Ego (*ſum*) incendens in te ignem, qui comedet in te omnem arborem viridem, & omnem arborem aridam : non extinguetur flamma ſtammæ gravis ; unde combutentur in ea omnes facies, à meridie uſque ad ſeptentrionem.

4. Ut videant omnis caro, quod Ego JEHOVAH accenderim illum : non (*enim*) extinguetur.

5. Dixi verò ; Ah ADONAI JEHOVIH ; (*Atqui*) illi dicunt mihi ; nonne parabolas parabolizat hic ?

6. Quare factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo :

7. Fili hominis, pone (*ergò*) facies tuas verſus Hieroſolymam, & ſtilla contra ſanctuaria, & propheta contra terram Iſraëlis.

8. Et dic ad terram Iſraëlis ; ſic dixit JEHOVAH ; ecce Me contra te : educam enim gladium Meum è vagina ejus, ut excindam ex te juſtum & impium.

9. Quoniam ergò exciſurus ſum ex te juſtum & impium : ideò exibit gladius Meus è vagina ſua contra omnem carnem à meridie (*uſq; ad*) ſeptentrionem.

10. Ut cognoſcant omnis caro, quod Ego JEHOVAH eduxerim gladium Meum è vagina ejus, nec reverſurus ſit amplius.

11. Tu autem fili hominis ingemiſce cum infractione lumborum, & cum amaritudine ; ingemiſce in oculis eorum.

12. Fiet porrò : quum dixerint ad te ; propter quid tu ingemiſcis ? dices ; propter famam : quia veniet, ut liqueſcat omne cor, & remittantur omnes manus, & contrahatur omnis ſpiritus, & omnia genua abeant (*in*) aquas : ecce, venit & facta eſt ; dictum ADONAI JEHOVIH.

13. Porrò factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo ;

14. Fili hominis propheta, & dic ; ſic dixit JEHOVAH ; dic, gladius, gladius exacutus eſt, etiamque expolitus.

15. Ut mactet mactationem, exacutus eſt, ut ſit illi ſplendor, expolitus (*eſt:*) aut (*num*) lætabimur ? (*Atqui*) virga filii mei (*eſſe*) tenuit omne lignum.

16. Ideò dedit eum ad expoliendum, ad apprehendendum eum manu : idem exacutus eſt gladius, idemque expolitus, ad dandum eum in manum occiſoris.

17. (*Quare*) clama, & ejula, fili hominis ; quia ille futurus eſt contra populum Meum ; ille, contra omnes Principes Iſraëlis : pavores ob gladium erunt apud populum Meum ; ideò plaude in manum tuam.

18. Nam probatio (*hæc eſt:*) Quid enim (*aliud faciendum ?*) cum etiam virga tenuens non ſit (*ſatis ;*) dictum ADONAI JEHOVIH.

19. Tu autem, Fili hominis, propheta & complode manum ad manum : itererur autem (*à te dicendo ; heu!*) gladius tertiatus ; gladius confoſſorum ; gladius ille confoſſi magni, penetralia illis penetrans :

20. Ut colliqueſcat cor, & multiplicentur offendicula ; contra omnes portas illorum dabo aciem gladii : Ah ; factus eſt in fulgur, exacutus ad mactationem.

21. Quære ſolitudinem, verte te ad dextram ; diſpone te & verte te ad ſiniſtram : (*ſed*) quo (*verter*) facies tuas nutantes ?

22. Ideò etiam Ego complodam manum Meam ad manum Meam, & quieſcere faciam iram Meam : Ego JEHOVAH locutus ſum.

23. Factum porrò eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo :

24. Tu verò, fili hominis, pone tibi duas vias : unde veniat gladius Regis Babelis ;

belis; è terra una exibunt ambæ: manum autem conſtitue; in principio viæ urbis conſtitue.

25. (*Terminum*) viæ pones, quò veniat gladius, Rabbath filiorum Ammonis, & Jehudam in Hieroſolyma munita.

26. Stabit enim Rex Babelis ad bivium viæ, in principio duarum viarum, ad utendum divinatione; adjurabit tela, interrogabit Theraphim; inſpiciet jecur.

27. In dextra (*autem*) ejus erit divinatio Hieroſolymæ, ad ponendum Principes, ad aperiendum os cum cæde, ad extollendum vocem cum vociferatione; ad ponendum Principes contra portas, ad fundendum aggerem, ad extruendum antemurale.

28. Erit (*quidem*) autem illis, quaſi divinare vanum, in oculis eorum: (*ſed*) juramenta juramentorum (*erunt*) illis: quin ille (*Judah*) recordari facit iniquitatis, ut capiatur.

29. Propterea ſic dixit ADONAI JEHOVIH; ideò quod recordari facitis vos iniquitatis veſtræ, dum revelantur prævaricationes veſtræ, ut appareant peccata veſtra in omnibus operibus veſtris; ideò (*inquam*) quod recordati facitis, manu capiemini.

30. Tu verò (*eris quaſi*) confoſſus impius, ô Princeps Iſraëlis; cujus venit dies, in tempore iniquitatis finis.

31. Sic dixit ADONAI JEHOVIH: (*Mouneſt,*) removete cidarim, & extollite coronam, (*facere ut*) hoc non (*ſit*) hoc; humilem exaltare, & altum humiliare.

32. (*Quare*) perverſam, perverſam, perverſam ponam eam: (*& ſi*) etiam hoc (*prius*) non factum ſit, donec venit, cujus (*eſt*) judicium, quod *Ego*) illi dedi.

33. Tu tamen, fili hominis, prophetа (*etiam,*) & dic; ſic dixit ADONAI JEHOVIH de filiis Ammonis, & opprobrio eorum: dic inquam, gladius, gladius apertus (*eſt*) ad mactationem expolitus, ad comedendum per fulgur.

34. In videndo pro te, vanitas (*eſt:*) in divinando pro te, mendacium (*eſt:*) ut dem te ſuper colla confoſſorum de impiis, quorum venit dies, in tempore iniquitatis finis.

35. Reconde (*gladium*) in vaginam ſuam: (*quid tum? nihilominus*) in loco, in quo creata es, in terra negotiationum tuarum judicabo te:

36. Effundamque ſuper te iram Meam; ignem excandeſcentiæ Meæ ſpirabo ſuper te; & dabo te in manum virorum ardentium, fabrorum perditionis.

37. Igni (*ergò*) eris in cibum; ſanguis tuus erit in medio terræ: non mentio fiet de te; quia Ego JEHOVAH locutus ſum.

CAP. XXII.

Prophetiam habet hoc Caput contra populum Iſraëliticum triplicem. I. Directa eſt contra urbem Hieroſolymam, & peccata ejus graviſſima ſeverè punienda. à v. 1. II. Contra domum Iſraëlis, & ſcorias ejus. à v. 17. III. Contra terram Iſraëlis, & omnes ſtatus ejus. à v. 23.

PRæterea factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Tu ergò, fili hominis, num diſceptabis cum urbe ſanguinum? Notifica itaque illi omnes abominationes ejus.

3. Et dic; ſic dixit ADONAI JEHOVIH; ô urbs effundens ſanguinem in medio ſui, ut veniat tempus ipſius, & (*quæ*) fecit idola pro ſe, ad polluendum ſe!

4. Per ſanguinem tuum, quem effudiſti, rea facta es; & appropinquare feciſti dies tuos, ut veneris ad annos uſque tuos: ideò dedi te opprobrium gentibus, & ludibrium omnibus terris.

5. Propinquæ & longinquæ à te illudent tibi, ô polluta nomine, magnâ tumultu.

6. Ecce (*enim*) Principes Iſraëlis, vir juxta brachium ſuum, fuerunt in te, ut effunderent ſanguinem.

7. [a] Patrem & matrem vilipenderunt in te; cum peregrino egerunt per oppreſſionem in te: pupillum & viduam defraudarunt in te.

8. Sanctificata Mea ſpreviſti, & ſabbatha Mea profanaſti:

9. Viri calumniæ fuerunt in te, ad effundendum ſanguinem; & ſuper montibus comederunt in te; facinus fecerunt in te.

10. Nuditatem patris revelavit (*homo*) in te; immundam menſtruis compreſſerunt in te.

b) *Lev. 18, 15. Ier. 5, 8.* 11. Et vir [b] cum uxore ſocii ſui fecit abominationem, ac vir nurum ſuam polluit per facinus: imò vir ſororem ſuam filiam Patris ſui compreſſit in te.

12. Donum acceperunt in te ad effundendum ſanguinem: fœnus & uſuram accepiſti; & lucrum captaſti à ſociis tuis per violentiam: Mei autem oblita es; dictum ADONAI JEHOVIH.

13. Quare, ecce, percutiam manum Meam ſuper lucro tuo, quod feciſti, & ſuper ſanguine tuo, qui fuerunt in medio tui.

14. Num perſtabit cor tuum? num confirmabunt ſe manus tuæ, in dies, quos Ego (*ſum*) facturus tecum: Ego JEHOVAH locutus ſum, & feci.

15. Diſpergam nimirum te inter gentes, & disjiciam te in terras, & conſumam immunditiem tuam de te.

16. Tum profanaberis per te in oculis gentium, ut cognoſcas, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH.

17. Porrò factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

18. Fili hominis, facti ſunt Mihi domus Iſraëlis in ſcoriam, omnes illi æs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, ſcoriæ argenti facti ſunt.

19. Propterea ſic dixit ADONAI JEHOVIH: propterea quod facti eſtis omnes vos in ſcorias: ideò (*inquam,*) ecce, Ego (*ero*) congregans vos in medium Hieroſolymæ.

20. (*Juxta*) congregationem argenti, & æris, & ferri, & plumbi, & ſtanni in medium fornacis, ad ſufflandum ſuper illo ignem ad fundendum; ſic congregabo in ira Mea & in excandeſcentia Mea, & relinquam, ut fundam vos.

21. Colligam, inquam, vos, & ſufflabo ſuper vobis ignem fervoris Mei, ut fundamini in medio ejus.

22. Juxta fuſuram argenti in medio fornacis, ſic fundemini in medio ejus, quo cognoſcatis, quod Ego JEHOVAH effuderim excandeſcentiam Meam ſuper vos.

23. Porrò factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

24. Fili hominis, dic illi: tu (*es*) terra, quæ non mundata eſt: cui non (*eſt*) pluvia in die iræ.

c) *Ezech. 34, 8.* 25. Conjuratio [c] Prophetarum ejus (*eſt*) in medio ejus; ſicut leo rugiens, rapiens rapinam (*illi (ſunt:*) animam comedunt; potentiam & honorem ſumunt; viduas ejus, multiplicarunt in medio ejus.

d) *Mich. 3, 11.* 26. [d] Sacerdotes ejus violenter tractant legem Meam, & profanant ſanctificata Mea; inter ſanctum & profanum non diſtinguunt; & inter immundum & mundum non diſcernunt; & à Sabbathis Meis occultant oculos ſuos: ita profanor in medio eorum.

e) *Zeph. 3, 3.* 27. [e] Principes ejus in medio ejus, (*ſunt*) ſicut lupi, rapientes rapinam, ad fundendum ſanguinem, ad perdendum animas, ut lucrentur lucrum.

28. Prophetæ tamen ejus incruſtant illis ineptum, videntes vanitatem, & divinantes illis mendacium; dicentes; ſic dixit ADONAI JEHOVIH, quum JEHOVAH non locutus ſit.

29. Populum terræ opprimunt oppreſſione, & rapiunt rapinam, miſerum etiam & egenum defraudant, & peregrinum opprimunt ſine jure.

30. Quæſivi quidem ex iis virum, ſepientem ſepem, & ſtantem in ruptura coram Me pro terra, ut non perderem eam: ſed non inveni:

31. Quare effundam ſuper illos iram Meam, in igne fervoris Mei conſumam eos, (*ac*) viam eorum in caput eorum dabo, dictum ADONAI JEHOVIH.

CAP. XXIII.

Duas Caput hoc habet partes: juxta duplicem prophetiam; in quâ ſiſtuntur ſub imagine duarum ſororum Samaria & Hieroſolyma, Jehova nuptarum. à v. 1. I. Prophetia diſtinctè agit (1.) contra Oholam ſeu Samariam. à v. 5. (2.) contra Oholibam ſen Hieroſolymam à v. 11. II. Prophetia ſacta eſt conjunctim contra utramq; ſimul. à v. 36.

AMplius factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Fili

2. Fili hominis, duæ mulieres, filiæ unius matris, fuerunt.

3. Quæ fœtatæ sunt in Ægypto; in adolescentia sua fœtatæ sunt: ibi compressa sunt ubera earum, & ibidem contrectarunt mammas virginitatis earum.

4. Nomina autem earum (*sunt*) Oholа majoris natu; & Oholiba, sororis ejus: factæque sunt Meæ (*uxores,*) & peperetunt filios & filias; sed quod nominum illorum (*expositionem attinet:*) Samaria (*est*) Ohola; at Hierosolyma, Oholiba.

5. Fœtata itaque est Ohola sub Me, & dilexit amasios suos; Assyrios (*imprimis*) propinquos;

6. Vestitos hyacinthino, Præfectos & duces; juvenes desiderii omnes; equites, equitantes (*super*) equis.

7. Dedit verò fœtationes suas super illos, delectum filiorum Aschuris omnium, ita, ut per omnium, quos dilexit; per (*omnium inquam*) omnia idola polluta sit.

8. Attamen fœtationes suas ex Ægypto non deseruit: nam cum illa concubuerant in adolescentia ejus, & ipsi contrectaverant mammas virginitatis ejus; & effuderant fœtationem suam super illam.

9. Ideò tradidi illam in manum amasiorum ejus, in manum (*scil.*) filiorum Aschutis, quos dilexerat.

10. Isti revelarunt nuditatem ejus, filios ejus & filias ejus ceperunt, ipsamque gladio (*tandem*) occiderunt. Ita facta est fabula mulieribus; (*quæ*) judicia fecerunt in illa. *e) Ezr. 16.37.*

11. Vidit quidem soror ejus, Oholiba: attamen corrupit amorem suum plus, quam illa, & fœtationes suas supra fœtationes sororis suæ.

12. (*Nam*) filios Aschuris adamavit, præfectos, & duces, propinquos, vestitos ornatu perfectissimo, equites equitantes (*super*) equis, juvenes desiderii omnes.

13. Vidi ergò, quod polluta esset; via una ambabus ipsis.

14. Sed addidit ad fœtationes suas; cum enim vidisset viros pictos super pariete; (*nimirum,*) imagines Chaldæorum, pictas minio;

15. Cinctos cingulo in lumbis suis, luxuriantes intinctis in capitibus suis, quibus omnibus species ducum, (*juxta*) similitudinem filiorum Babelis, Chaldæorum, in terra nativitatis eorum:

16. Adamavit eos ad aspectum oculorum suorum: Ideò misit legatos ad eos in Chaldæam.

17. Venerunt ergò ad illam filii Babelis ad concubitum amorum, polluerunteque eam per fœtationem suam, polluta tamen cum esset per illos; luxata est anima ejus ab istis.

18. Cum verò (*adeò*) revelasset fœtationes suas, revelassetque nuditatem suam; dimota est anima Mea ab illa; sicut dimota est anima Mea à sorore ejus.

19. Multiplicavit tamen fœtationes suas; dum recordata est dierum adolescentiæ suæ, quibus fœtata est in terra Ægypti.

20. Adamavit ergò (*illos*) supra pellices eorum: eò quòd caro asinorum (*esset*) caro eorum, & effluvium equorum effluvium eorum.

21. Ita commendasti scelus adolescentiæ tuæ, quum ornasti (*inde*) ex Ægypto mammas tuas, propter ubera adolescentiæ tuæ.

22. Quamobrem, ô Oholiba, sic dixit Adonai Jehovih; Ecce, Ego (*sum*) excitaturus amasios tuos contra te; eos (*scil.*) à quibus luxata est anima tua; adducamque eos contra te circumcirca:

23. Filios (*inquam*) Babelis, & omnes Chaldæos, Pekod & Schoa & Koa (*dictos; &*) omnes Assyrios cum illis; juvenes desiderii, Præfectos & duces omnes, tribunos & evocatos, equitantes (*super*) equis omnes.

24. Venient itaque contra te cum robore currus & rotæ, & cum congregatione populorum: cum clypeo, & scuto, & galea; ponent se contra te circumcirca, & dabo coram iis judicium, ut judicent te judiciis suis.

25. Dabo namque zelum Meum contra te, ut agant tecum per excandescentiam; nasum tuum & aures tuas removeant, & posterioritas tua gladio cadat:

illi

illi (*enim*) filios tuos & filias tuas capient; at (*reliqua*) posterioritas tua comedetur per ignem.

26. Exuent etiam tibi vestes tuas, & sument vasa ornatus tui.

27. Ita cessare faciam facinus tuum à te, & fœtationem tuam è terra Ægypti, ut non tollas oculos tuos ad illos, & Ægypti non recorderis amplius.

28. Sic namque dixit Adonai Jehovih; Ecce, Ego daturus (*sum*) te in manum (*eorum,*) quos odisti, in manum eorum, à quibus luxata est anima tua.

29. Ut agant tecum ex odio, sumantque omnem laborem tuum; te autem relinquant nudam & denudatam; revelaturque nuditas fœtationum tuarum, & facinus tuum, & fœtationes tuæ.

30. Faciendo (*facient*) hæc tibi pro eo, quod fœtata es post gentes; (*&*) pro eo, quod polluta es per idola eorum.

31. In via sororis tuæ ambulasti: ideò dabo calicem ejus in manum tuam.

32. Sic dixit Adonai Jehovih; calicem sororis tuæ bibes, profundum & latum: (*unde*) eris in risum & in subsannationem, ampla ad capiendum.

33. (*Quare*) ebrietate & tristitia impleberis; calice devastationis & desolationis; calice sororis tuæ Samariæ;

34. Quem bibes, & exprimes, & testas ejus comminues, ac ubera tua avelles; quia Ego locutus sum, dictum Adonai Jehovih.

35. Ideò sic dixit Adonai Jehovih: propterea quod oblita es Mei, & rejecisti Me post tergum tuum, ideò etiam tu porta facinus tuum, & fœtationes tuas.

36. Porrò dixit Jehovah ad me; Fili hominis, num disceptabis cum Ohola, & Oholiba? indica ergò illis abominationes illarum.

37. Nam mœchatæ sunt, & sanguis (*est*) in manibus illarum, & cum idolis suis mœchatæ sunt; etiamque filios suos, quos genuerunt Mihi, traduxerunt istis in cibum.

38. Insuper hoc fecerunt Mihi; polluerunt Sanctuarium Meum in die eodem, & Sabbatha Mea profanarunt.

39. Nam quando mactarunt filios suos idolis suis, venerunt in Sanctuarium Meum eodem die ad profanandum illud: ecce, ergò, sic fecerunt in medio domus Meæ.

40. Præterea etiam miserunt ad viros, venientes è longinquo: ad quos quum missus (*est*) legatus, ecce, venerunt; quibus te lavisti, fucasti oculos tuos, & ornasti te ornatu:

41. Ac sedisti super lecto honorifico, coram quo mensa disposita; suffimentum autem Meum, & oleum Meum posuisti super eum:

42. Vox quoque multitudinis securæ apud eam, & ad viros præ multitudine hominum adducti (*sunt*, Sabæi, è deserto, qui dederunt armillas super manus earum, & coronam ornatus super capita earum.

43. Dixi ergò; vetulæ (*sunt hæc*) adulteria: quare fœtabitur fœtationes suas, dum erit.

44. Veniunt enim ad eam, sicut venitur ad mulierem meretricem: sic (*inquam*) veniunt ad Oholam, uxores facinoris.

45. Quamobrem viri justi, hi (*inquam*) judicabunt eas judicio adulterarum, & judicio fundentium sanguinem: adulteræ enim (*sunt*) illæ, & sanguis (*est*) in manibus eorum,

46. Sic namque dixit Adonai Jehovih: ascendere fac contra eas congregationem & dando (*da*) eas in commotionem & in prædam.

47. Ut lapident eas lapide congregatio, & discindant eas gladiis suis: filios earum, & filias earum occidant, & domos earum igne comburant.

48. Ita cessare faciam facinus è terra, & erudientur omnes mulieres, ut non faciant juxta facinus vestrum.

49. Dabunt ergò facinus vestrum super vos, & peccata idolorum vestrum portabitis, ut cognoscaris, quod Ego (*sim*) Adonai Jehovih.

CAP.

CAP. XXVI.

Partes hujus Capitis duæ sunt. In I. est prophetia contra Tyrum, de devastatione agrorum & urbis ejus per Nebucadnezarem, Regem Babelis à v. 1. In II. est lamentatio vicinarum insularum super devastatione Tyri, à v. 15.

FActum porrò est in undecimo anno, in primo *(die)* mensis *(primi)* factum est verbum JEHOVÆ ad me dicendo :

a) *Esa. 23, 1. Ier. 47, 4.*

2. Fili hominis, quoniam dixit [a] Tyrus super Hierosolyma; Euge, fracta est, *(quæ fuit)* januæ populorum; traducta est ad me; implebor, *(quia)* devastata est :

3. Ideò sic dixit ADONAI JEHOVIH Ecce, Ego *(ero)* contra te Tyre, & ascendere faciam contra te gentes multas, sicut ascendere facit mare fluctus suos :

4. Quæ evertent muros Tyri, & destruent turres ejus detrahamque pulverem ejus ab illa, ac dabo eam ariditatem petræ;

5. Extensio *(scil.)* retium eris in medio maris; Ego enim locutus sum, dictum ADONAI JEHOVIH : sic erit in prædam gentibus.

6. Filiæ autem ejus, quæ in agro *(sunt,)* gladio occidentur : ut cognoscant, quod Ego *(sim)* JEHOVAH.

7. Sic namque dixit ADONAI JEHOVIH; ecce, Ego adducturus *(sum)* contra Tyrum Nebucadrezarem, Regem Babelis, à septentrione, Regem Regum, cum equo, & cum curru, & cum equitibus, & congregatione, ac populo magno.

8. (*Qui*) filias tuas in agro gladio occidet; & dabit contra te antemurale, fundetque contra te vallum, erigetque contra te scutum.

9. Arietem autem suum dabit in muros tuos; & turres tuas destruet gladiis suis.

10. Præ abundantia equorum ejus obteget te pulvis eorum : præ voce equitis & rotæ, & currus, commovebuntur muri tui; quando venerit ille in portas tuas, juxta introitus urbis perruptæ.

11. Per ungulas equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas : populum tuum gladio occidet, & statuæ roboris tui in terram *(quæq;)* descender.

12. Diripient autem opes tuas, & prædabuntur merces tuas : destruent quoque muros tuos, & domos desiderii tui evertent, lapides verò tuos, & lignatua, & pulverem tuum in medium maris ponent.

13. Sic cessare faciam strepitum canticorum tuorum, & vox citharatum tuarum non audietur amplius.

14. Dabo denique te in ariditatem petræ, expansio retium eris : non ædificaberis amplius : nam Ego JEHOVAH locutus sum; dictum ADONAI JEHOVIH.

15. Sic dixit ADONAI JEHOVIH Tyro; nonne ob sonum casus tui, quum gemet confossus, quum peragetur cædes in medio tui, contremiscent insulæ?

16. Descendent nimirum de-super thronis suis omnes principes maris, & abjicient amicula sua, & vestes acupicturæ suæ exuent : (*contra*) terroribus induentur, super terra sedebunt, & trepidabunt ad momenta, ac obstupescent super te.

17. Quin tollent super te lamentationem, dicentque tibi; quomodo periisti, habitata à maribus; urbs audata, quæ fuisti valida in mari, ipsa & habitatores ejus, ut dederint terrorem suum omnibus habitatoribus ejus.

18. Quare trepidabunt insulæ, (*ob*) diem casus tui, & perturbabuntur insulæ, quæ in mari, ob exitium tuum.

19. Sic namque dixit ADONAI JEHOVIH : quum dedero te urbem desolatam, sicut urbes, quæ non habitantur; quum ascendere fecero contra te abyssum, & obtexerint te aquæ multæ.

20. Feceroque descendere te cum descendentibus (*in*) foveam, ad populum æternitatis, & habitare fecero te in terra inferiorum, in desolationibus, (*quæ*) ab æterno, cum descendentibus (*in*) foveam, ut non habites : tum dabo decus in terra viventium.

21. Terrores (*autem*) dabo te, ut non sis : quæreris quidem, sed non invenieris amplius in æternum, dictum ADONAI JEHOVIH.

CAP. XXVII.

Prophetiam Caput hoc habet etiam contra Tyrum : partes autem ejus tres sunt. In I. describitur Tyri superbus & splendidus status. à v. 1. In II. negotiationes ejus cum omnibus ferè populis recensentur. à v. 12. In III. prædicitur devastatio ejus, & super eâ lamentatio. à v. 26.

FActum porrò est verbum JEHOVÆ ad me, dicendo :

2. Tu etiam, fili hominis, tolle super [a] Tyrum lamentationem,

a) *Esa. 23, 1. seq. Am. 1, 9*

3. Et dic Tyro : ô habitatrix super introitibus maris, negotiatrix populorum, usque ad insulas multas! sic dixit ADONAI JEHOVIH : ô Tyre, tu dixisti; Ego *(sum)* perfecta pulchritudine.

4. In corde maris *(sunt)* termini tui : architecti tui perfecerunt pulchritudinem tuam.

5. (*Ex*) abietibus de Senire ædificarunt tibi omnes tabulas; cedrum de Libano sumserunt, ad faciendum malum pro te.

6. (*E*) quercubus de Baschane fecerunt remos tuos; asserem tuum fecerunt (*ex*) ebore, filiam gressuum, ex insulis Kittim,

7. Byssus in acupictura ex Ægypto fuit expansio tua, ut esset tibi in signum : hyacinthinum & purpura ex insulis Elischa fuit tegumentum tuum.

8. Habitatores Zidonis & Arvadi fuerunt remiges tibi, sapientes tui, ô Tyre, fuerunt in te, fuerunt nauclerí tui.

9. Seniores Gebalis, & Sapientes ejus fuerunt in te, confirmantes fissuram tuam; omnes naves maris, & nautæ earum fuerunt in te, ad negotiandum negotiationem tuam.

10. Persia, & Lud, & Put fuerunt in exercitu tuo, viri belli tui : scutum & galeam suspenderunt in te, illi dederunt *(tibi)* honorem tuum.

11. Filii Arvad, & exercitus tuus super muris tuis circumcirca; & Gammadæi in turribus tuis fuerunt; scuta sua suspenderunt super muris tuis circumcirca; hi perfecerunt pulchritudinem tuam.

12. Tharschisch *(fuit)* negotiatrix tua præ multitudine omnium opum; in argento, ferro, stanno & plumbo dederunt mercaturas tuas.

13. Javan, Thubal, & Meschech, hi mercatores tui; cum anima hominis & vasis æris dederunt negotiationem tuam.

14. Ex Beth-Thogarma, equos, & equites, & mulos dederunt in negotiationibus tuis.

15. Filii Dedanis *(fuerunt)* mercatores tui; insulæ multæ mercatura manus tuæ, cornua eboris & ebenum adduxerunt (*in*) munus tuum.

16. Syria negotiatrix tua ob multitudinem operum tuorum : cum Chrysopraso purpuram, & acupictum, & Ramoth, & byssum, & pyropum dederunt in negotiationibus tuis.

17. Jehudah & terra Jisraëlis, fuerunt negotiatores tui; in triticis Minnith & Pannag, & melle, & oleo, & balsamo, dederunt negotiationem tuam.

18. Damascus *(fuit)* negotiatrix tua per multitudinem operum tuorum, præ multitudine omnium opum; in vino Chelbonis, & lana Zacharis.

19. Et Dan ac Javan netum in negotiationibus tuis dederunt : ferrum tersum, casia, & calamus, in negotiatione tua fuit.

20. Dedan *(fuit)* negotiatrix tua, in vestibus libertatis pro curru.

21. Arabia & omnes Principes Kedar, hi negotiatores manus tuæ; per agnos, & arietes, & hircos, per hæc, inquam, *(fuerunt)* negotiatores tui.

22. Negotiatores Schebæ & Raamæ; hi negotiatores tui; per primarium omnis aromatis, & per omnem lapidem pretiosum & aurum, dederunt negotiationes tuas.

23. Charan, & Canneh, & Eden, negotiatores Schebæ; Aschur, Kilmad negotiatrix tua.

24. Hi negotiatores tui *(fuerunt)* cum perfectionibus, cum glomeribus hyacinthini, & acupicto, & cum thesauris vestium pretiosarum : per funes ligatos, & cedrina *(fuerunt)* in mercatu tuo.

25. Naves Tharschisch, turmæ tuæ, *(turmatim venientes)* in mercatu *(erant)* tuo : unde impleta es, & honorata facta valde in corde marium.

26. (*Sed*) in aquas multas deduxerunt te contemnentes te; (*tum*) ventus orientalis fregit te in corde marium.

27. (*Unde*) opes tuæ, & negotiationes tuæ, mercatus tuus, nautæ tui, & nauclerи tui, confirmantes fissuram tuam, & negotiantes negotiationem tuam, & omnes viri belli tui, qui in te, & in omni congregatione tua, quæ in medio tui, cadent in cor marium, in die casus tui.

28. Ad vocem clamoris nauclerorum tuorum, contremiscent suburbana:

29. Et descendent ex navibus suis, omnes tenentes remum, nautæ, omnes nauclerи maris; super terra stabunt;

30. Et clamorem edent super te voce sua, clamabuntque amarè; ac ascendere facient pulverem super capita sua, in cinere volvent se.

31. Inducentque sibi super te calvitiem, & accingent saccos; flebuntque super te ex amaritudine animæ, planctu amaro.

32. Attollent etiam in luctu suo super te lamentationem, & lamentabuntur super te, (*dicentes:*) Quis sicut Tyrus (*est,*) sicut excisa, in medio maris.

33. Per hoc, quod exiverunt negotiationes tuæ ex maribus, satiasti populos multos; per multitudinem opum tuarum, & mercatus tuos, ditasti Reges terræ.

34. Jam (*verò*) fracta (*es*) à maribus in profunditatibus aquarum; mercatus tuus, & omnis congregatio tua in medio tui ceciderunt.

35. Omnes habitatores insularum obstupuerunt super te; & Reges earum cohorruerunt horrore, turbatæ sunt facies.

36. Mercatores in populis frenduerunt super te: terrores facta es, dum non es usque in æternum.

CAP. XXIIX.

Partes hujus Capitis quatuor sunt. I. Est prophetia contra principem Tyri: in qua (1.) describitur superbia & gloriatio ejus. à v. 1. ob quam (2.) pœna eidem prædicitur. à v. 6. II. Est lamentatio Prophetæ super Regem Tyri, ob superbiam nimiam devastando. à v. 11. III. Est prophetia contra Zidonem à v. 20. IV. Est promissio domui Israëlis facta, de congregatione ejus ex populis. à v. 25.

Præterea factum est verbum Jehovæ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, dic Principi Tyri; sic dixit Adonai Jehovih; Propterea quod [a] extulit se cor tuum, ut dicas; Deus ego (*sum, in*) habitatione Dei habito, in corde marium; cum tu (*sis*) homo, & non Deus; dedistique cor tuum sicut cor Dei. a) Dan. 5, 20. Act. 12, 22.

3. (*Quasi*) ecce, sapiens tu (*sis*) præ Daniele; ullum occultum non absconderint tibi;

4. In sapientia tua, & in intelligentia tua, feceris tibi opes; feceristque aurum, & argentum in thesauris tuis.

5. Per multitudinem sapientiæ tuæ in negotiatione tua multiplicaveris opes tuas, ut extulerit se cor tuum ob opes tuas.

6. Ideò sic dixit Adonai Jehovih; propterea quòd dedisti cor tuum sicut cor Dei;

7. Ideò, ecce, Ego (*sum*) adducens super te alienos, violentos gentium: qui evaginabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ; & profanabunt splendorem tuum.

8. In foveam demittent te, morieriſque mortibus confossorum in corde marium.

9. Num (*ergò*) dicendo dices; Deus ego, coram occisore tuo? imò homo tu, & non Deus in manu profanantium te.

10. Mortibus (*nam,*) præputiatorum morieris in manu alienorum: quia Ego locutus sum: dictum Adonai Jehovih.

11. Præterea factum est verbum Jehovæ ad me, dicendo:

12. Fili hominis, tolle lamentum super Regem Tyri, & dic illi; sic dixit Adonai Jehovih; Tu (*es*) obsignans demensum, plenus sapientia, & perfectus pulchritudine.

13. In Eden, horto Dei fuisti; omnis lapis pretiosus (*est*) tegumentum tuum; (*scil.*) Rubinus, Topasius, & Adamas, Tharschisch, Sardonyx, & Jaspis, Sapphirus, Chrysoprasus, & Smaragdus, & aurum: opus tympanorum tuorum & fistularum tuarum in te, in die, quo creatus es præparata sunt.

14. Tu (*es*) Cherubus, expansio (*magnifica*) contegentis: posuique te, (*ut*) in monte sanctitatis Dei fueris; in medio lapidum ignis ambulaveris.

15. Perfectus tu (*es*) in viis tuis, à die, (*quo*) creatus es: donec inventa est perversitas in te.

16. (*Nam*) per multitudinem negotiationis tuæ impleti sunt (*in*) medio tui violentia, & peccasti: ideò profanavi te de monte Dei, & perdidi te, ô Cherube contegens, è medio lapidum ignis.

17. Extulit se cor tuum ob pulchritudinem tuam; corrupisti sapientiam tuam ob splendorem tuum: (*ideò*) super terram projeci te; coram Regibus dedi te, ut aspiciant te.

18. Præ multitudine iniquitatum tuarum, per perversitatem negotiationis tuæ, profanasti sanctuaria tua: ideò eduxi ignem è medio tui, qui comedet te, daboque te in cinerem super terra, in oculis omnium videntium te.

19. Omnes noti tui in populis, obstupescent super te; terrores factus es, nec eris usque in æternum.

20. Præterea factum est verbum Jehovæ ad me, dicendo:

21. Fili hominis, pone facies tuas contra [b] Zidonem, & propheta contra eam: b) Esa. 23, 2. 12.

22. Et dic: sic dixit Adonai Jehovih; ecce, Ego (*ero*) contra te, ô Zidon, & gloriam acquiram in medio tui, ut cognoscant, quod Ego (*sim*) Jehovah, quando fecero in ea judicia, & sanctificatus fuero in ea.

23. Mittam enim in eam pestem & sanguinem in plateis ejus, & judicabitur confossus in medio ejus, per gladium contra eam circumcirca, ut cognoscant, quod Ego (*sim*) Jehovah.

24. Unde non erit amplius domui Israëlis, sentis pungens, & spina dolore afficiens, ab omnibus circuitibus eorum, contemnentium eos; ut cognoscant, quod Ego (*sim*) Adonai Jehovih.

25. Sic dixit Adonai Jehovih; quum congregavero domum Israëlis ex populis, in quos dispersi fuerunt; sanctificabor in iis in oculis gentium, habitabuntque super terra sua, quam dedi servo meo, Jacobo.

26. Habitabunt autem super ea secure, ædificabuntque domos, & plantabunt vineas: habitabunt, inquam (*super ea*) secure; quum fecero judicia in omnibus contemnentibus eos à circuitibus eorum; ut cognoscant, quod Ego (*sim*) Jehovah Deus eorum.

CAP. XXIX.

Caput hoc prophetat contra Pharaonem & Ægyptum. Partes ejus duæ sunt. I. Est prophetia contra (1.) Pharaonem Regem Ægypti & de devastatione totius Ægypti. à v. 1. (2.) de reductione Ægypti post 40. annos. à v. 13. II. Est prophetia de adventu Nebucadnezaris contra Ægyptum. à v. 17.

In anno decimo, in decimo (*mense,*) in duodecimo (*die*) mensis, factum est verbum Jehovæ ad me, dicendo:

2. Fili hominis pone facies tuas contra Pharaonem, Regem Ægypti, & prophetа contra ipsum, & [a] contra Ægyptum toram. a) Esa. 19, 1. Jer. 46, 2

Loquere, & dic; sic dixit Adonai Jehovih; ecce, Ego (*ero*) contra te, Pharao, Rex Ægypti, draco magne, qui cubat in medio fluviorum suorum; Qui dixit; Meus est fluvius meus, & ego feci me:

4. Propterea dabo hamos in maxillas tuas, & adhærere faciam piscem fluviorum tuorum squamis tuis; faciamque ascendere te è medio fluviorum tuorum, ut omnis piscis fluviorum tuorum in squamis tuis hæreat.

5. Derelinquam autem te in deserto; te & omnem piscem fluviorum tuorum; super facies agri cades, non colligeris, neque congregaberis: feræ enim terræ, & avi cœli dedi te in cibum.

6. Ut cognoscant omnes habitatores Ægypti, quod Ego (*sim*) Jehovah; propterea quod illi [b] fuerunt baculus arundinis domui Israëlis. b) 2. Reg. 18, 21.

7. Quando (*nam,*) tenuerunt te manu, confractus es, & perfodisti illis omnem humerum; & quando innixi sunt tibi,

tibi, fractus es, & ſtare feciſti illis omnes lumbos.

8. Quare ſic dixit ADONAI JEHOVIH; Ecce, Ego *(ſum)* adducens contra te gladium; & excindam ex te hominem & beſtiam.

9. Ut ſiat terra Ægypti ſolitudo & vaſtitas; ut cogноſcant, quod Ego *(ſim)* JEHOVAH; propterea, *(inquam,)* quod dixit; fluvius meus eſt, & ego feci

10. Ideò *(ergò)* ecce, Ego *(ero)* contra te, & contra fluvios tuos, daboque terram Ægypti in vaſtitates, vaſtitatem deſolationis, à turri Sevene, uſque ad terminum Kuſch.

11. *(Non)* non tranſeat per te pes hominis; neque pes beſtiæ tranſeat per te; non enim habitabit quadraginta annos.

12. Dabo itaque terram Ægypti ſolitudinem in medio terrarum deſolatarum, & urbes ejus in medio urbium devaſtatarum erunt ſolitudo, quadraginta annos: inſuper diſpergam Ægyptum inter gentes, & diſſiciam eos in terras.

13. Nam ſic dixit ADONAI JEHOVIH; à fine quadraginta annorum congregabo Ægyptum ex populis, quò diſperſi fuerunt.

14. Et reducam captivitatem Ægypti; ſed reducam eos *(in)* terram Pathros, ſuper terram negotiationis eorum, ut ſint ibi regnum humile.

15. Præ regnis enim eris humilis, neque exaltabis te amplius ſuper gentes: diminuam enim eos, ut non dominentur in gentibus.

16. Ita non erit amplius domui Iſraëlis refugium, commonefaciens iniquitatem, dum reſpicient poſt illos: ut cognoſcant, quod Ego *(ſim)* ADONAI JEHOVIH.

17. Præterea factum eſt in vigeſimo & ſeptimo anno, in primo *(menſe,)* in primo *(die)* menſis; factum eſt *(tum)* verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

18. Fili hominis, Nebucadnezar, Rex Babelis, laborare fecit exercitum ſuum labore magno contra Tyrum: omne caput decalvatum eſt, & omnis humerus depilatus: merces tamen non fuit ei & exercitui ejus ex Tyro pro labore, quo laboravit ob eam.

19. Quare ſic dixit ADONAI JEHOVIH: Ecce, Ego daturus *(ſum)* Nebucadnezari, Regi Babelis, terram Ægypti, qui auferet multitudinem ejus, & prædabitur prædam ejus, & diſpoliabit ſpolium ejus, ut ſit merces exercitui ejus;

20. Pretium *(nimirum)* operæ ejus, quam præſtitit in ea, dabo illi terram Ægypti, quia præſtiterunt Mihi; dictum ADONAI JEHOVIH.

21. In die illo creſcere faciam cornu domui Iſraëlis, & tibi dabo apertionem oris in medio eorum; ut cognoſcant, quod Ego *(ſim)* JEHOVAH.

CAP. XXX.

Prophetat adhuc Caput hoc contra Pharaonem & Ægyptum. Eſt autem in eo prophetia duplex. In I. prophetatur (1.) contra Ægyptum in genere, & contra auxiliatores ejus. à v. 1. (2.) in ſpecie verò contra certas ejus urbes. à v. 13. In II. prædicitur Pharaoni infelix bellum, & diſperſio Ægyptiorum inter gentes. à v. 20.

PRæterea factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, propheta & dic: ſic dixit ADONAI JEHOVIH; ejulate, heu diem!

3. Nam [a] propinquus *(eſt)* dies, propinquus, inquam, dies JEHOVÆ: dies nubis, tempus gentium erit. a) Ioel 1, 2. Zeph. 1, 14. ſ.

4. Quo veniet gladius in Ægyptum; eritque cruciatus in Kuſch, quum cadet conſoſſus [b] in Ægypto; accipientque multitudinem ejus, ac evertentur fundamenta ejus. b) Eſa. 20, 3. ſc

5. Kuſch, & Put, & Lud, & tota Zereb, & Kub, & filii terræ fœderis, cum illis gladio cadent.

6. Sic dixit JEHOVAH; cadent etiam ſuffulcientes Ægyptum, deſcendetque ſuperbia robotis ejus; à turri Sevene gladio cadent in illa; dictum ADONAI JEHOVIH.

7. Tum devaſtabuntur in medio terrarum devaſtatarum, & urbes ejus in medio urbium deſolatarum erunt:

8. Ut cognoſcant, quod Ego *(ſim)* JEHOVAH, quum dedero ignem in Ægypto, ut frangantur omnes auxiliatores ejus.

9. In die illo exibunt nuntii ab-ante Me in navibus, ad terrendum [c] Kuſch confidentem; c) Eſa. 20, 5.

dentem; eritque cruciatus in iis juxta diem Ægypti; nam, ecce, venit.

10. Sic dixit ADONAI JEHOVIH; tum faciam ceſſare multitudinem Ægypti per manum Nebucadnezaris, Regis Babelis.

11. Ille *(enim)* & populus ejus cum ipſo *(ſunt)* violenti gentium, qui adducentur ad perdendum terram, & evaginabunt gladios ſuos contra Ægyptum, ut impleant terram confoſſo.

12. Tum dabo fluvios aridam, & vendam terram in manum malorum, vaſtaboque terram & plenitudinem ejus per manum alienorum; Ego JEHOVAH locutus ſum.

13 Sic dixit ADONAI JEHOVIH; d) Zach. 13, 2. Tum [d] perdam idola, & ceſſare faciam deaſtros ex Noph, & Princeps e terra Mizrajim *(Ægypti)* non erit amplius: dabo enim timorem in terra Ægypti.

14. Devaſtabo etiam Pathros, daboque ignem in Zoan, & faciam judicia in No.

15. Imò effundam excandeſcentiam Meam ſuper Sin, robur Ægypti, & excindam multitudinem No.

16. Dabo enim ignem in Ægypto, ut parturiendo parturiat Sin, & No ſit, quæ perrumpatur, & Noph *(habeat)* hoſtes interdiu.

17. Juvenes Aven & Pi-beſeth gladio cadent, ipſæque in captivitatem abibunt.

18. Et in Thechapneches obtenebratus dies erit, quando fregero ibi juga Ægypti, ut ceſſet in ea ſuperbia roboris ejus: ipſam nubes obteget, & filiæ ejus in captivitatem abibunt.

19. Ita faciam judicia in Ægypto: ut cognoſcant, quod Ego *(ſim)* JEHOVAH.

20. Factum eſt porrò in undecimo anno, in primo *(menſe,)* in ſeptimo *(die)* menſis: factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

21. Fili hominis, brachium Pharaonis, Regis Ægypti, frangam: &, ecce, non obligabitur, ad dandum ſanationes, ad ponendum faſciam, ad obligandum illud, ad confirmandum illud, ad tenendum gladium.

22. Quare ſic dixit ADONAI JEHOVIH; Ecce, Ego *(ero)* contra Pharaonem, Regem Ægypti, & frangam brachia ejus, validum & fractum, & cadere faciam gladium e manu ejus.

23. Diſpergamque Ægyptum inter gentes, ac diſjiciam eos in terras.

24. Contra confortabo brachia Regis Babelis, daboque gladium Meum in manum ejus: frangam verò brachia Pharaonis, ut ingemiſcat gemitibus confoſſi coram illo.

25. Confortabo, inquam, brachia Regis Babelis; brachia autem Pharaonis decident: ut cognoſcant, quod Ego *(ſim)* JEHOVAH; quum dedero gladium Meum in manum Regis Babelis, ut extendat eum ſuper terram Ægypti.

26. Diſperſero autem Ægyptum inter gentes, & disjecero eos in terras, ut cognoſcant, quod Ego *(ſim)* JEHOVAH.

CAP. XXXI.

Caput hoc (quod adhuc agit contra Ægyptum) partes habet tres. In I. deſcribuntur incrementa Regni Ægypti ſub providentia DEI. à v. 1. In II. claſſis ejus ruina, & ob eam vindicta divina. à v. 10. In III. luctus ſuper ea ingens. à v. 15.

FActum poſtea eſt in undecimo anno, in tertio *(menſe,)* in primo *(die)* menſis: factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, dic ad Pharaonem, Regem Ægypti, & ad multitudinem ejus; Cui ſimilis factus es in magnitudine tua?

3. Ecce, Aſſhur *(erat)* cedrus in Libano, pulchra ramo, & filvâ umbroſa, & alta altitudine, & inter implexa fuit ſurculus *(ſummus)* ejus.

4. Aquæ creſcere fecerunt eam, abyſſus altam fecit eam, ita ut cum fluviis ſuis iverit circa plantam ſuam, & aquæductus ſuos emiſerit ad omnes arbores agri:

5. Unde alta facta eſt altitudo ejus præ omnibus arboribus agri, & multiplicati ſunt rami ejus, & longi facti rami ejus per aquas multas, quas emiſit.

6. In ramis ejus nidificarunt omnes aves cœlorum, & ſub ramis ejus peperetunt omnis

omnis bestia agri, ac in umbra ejus habitarunt omnes gentes magnæ.

7. Pulchra itaque fuit magnitudine sua, longitudine ramorum suorum: nam fuit radix ejus apud aquas multas.

8. Cedri non occultassent eam in horto Dei; abietes non pares fuerunt ramis ejus, & orni non fuerunt sicut rami ejus, omnis arbor in horto Dei non par fuit illi in pulchritudine ejus.

9. Pulchram enim feci eam per multitudinem ramorum ejus, ut æmulatæ sint illi omnes arbores Eden, quæ in horto Dei.

10. Quare sic dixit Adonai Jehovih; quoniam elatus es altitudine, (ô *Pharao*;) & dedit (*Pharao*) fastigium suum ad-inter implexa, & elatum est cor ejus in altitudine sua:

11. Ideò dabo eum in manum fortis gentium: (*qui*) faciendo faciet illi; juxta impietatem ejus reject (*enim*) eum.

12. Quare excindent eum alieni, violenti gentium, & dejicient eum: super montibus & in omnibus vallibus ceciderunt rami ejus, & confracti iunt rami ejus in omnibus rivis terræ; unde descenderunt ex umbra ejus omnes populi terræ, & deseruerunt eum.

13. Super (*autem*) ruina ejus habitabunt omnis avis cœlorum, & super ramis ejus erunt omnis fera agri.

14. Ut non efferant se ob altitudinem suam omnes arbores aquarum, nec mittant ramum suum ad-inter implexa, nec stent super ipsis ob altitudinem suam omnes bibentes aquas: omnes enim traduntur morti, ad terram inferiorem in medio filiorum hominis, ad descendentes (*in*) foveam.

15. Sic dixit Adonai Jehovih; in die, quo descensurus est in infernum, lugere faciam, (ô) obtegam super eo abyssum, & inhibebo flumina ejus, ut occludantur aquæ magnæ: atrabo super eo Libanum, & omnia ligna agri super eo languescent.

16. A sono ruinæ ejus contremiscere faciam gentes, quum descendere fecero eum in infernum cum descendentibus (*in*) foveam: unde consolabuntur se in terra inferiori omnes arbores Edenis, selectio & præcipuum Libani, omnes bibentes aquas.

17. (*Nam*) etiam hi cum illo descendent in infernum, ad confossos gladio: & brachium ejus, sub cujus umbra habitarunt in medio gentium.

18. Cui ergò similis factus es sic in gloria, & in magnitudine inter arbores Edenis? cum descendere factus fueris cum arboribus Edenis in terram inferiorem: in medio præputiatorum cubueris cum confossis gladio. Hic Pharao (*est*,) & omnis multitudo ejus; dictum Adonai Jehovih.

CAP. XXXII.

Hoc etiam (apud agit de Pharaone & Ægypto. Partes autem habet duas. In I. jubetur Propheta lamentari (h. e. lamentationem docere filias gentium, juxta v. 16.) super devastatione Ægypti. à v. 1. In II. Pharaoni & exercitui ejus interitus, sub imagine descendentium in infernum, & à jacentibus ibi gratulantibus, exceptorum prædicitur. a v. 11.

FActum postea est in anno duodecimo, in duodecimo mense, in primo (*die*) mensis: factum est verbum Jehovæ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, tolle lamentationem super Pharaonem Regem Ægypti, & cic ad eum; Leoni juveni gentium similis factus es, tuque (*fuisti*) sicut dracones in maribus, & prodiisti cum fluminibus tuis, turbasque aquas pedibus tuis, & (*conculcando*) conturbasti flumina eorum:

3. Sic dixit Adonai Jehovih; Atqui [a] expandam super te rete Meum, in congregatione populorum multorum, qui ascendere te facient in reti Meo. a) *Ez. 12,13 17,20.*

4. Tum relinquam te in terra; super facies agri projiciam te, & habitare faciam super te omnem avem cœlorum, ac satiabo ex re feram omnis terræ:

5. Daboque carnem tuam super montibus, & implebo valles altitudine tua.

6. Irrigabo etiam terram fluente ex te, sanguine tuo super montibus, & rivi implebuntur ex te; b) *Esa. 15,10. Joel. 2,10 3,16.*

7. Quin obtegam, quum extinxero te, [b] cœlos, & atrabo stellas eorum; Solem nube

nube obtegam, & luna non lucere faciet lumen suum:

8. Omnia luminaria lucis in cœlis atrabo super te; daboque tenebras super terra tua, dictum Adonai Jehovih.

9. Iram etiam accendam (*in*) corde populorum multorum, quum adduxero contractionem tui inter gentes, super terras, quas non novisti.

10. Ita obstupescere faciam super te populos multos, & Reges eorum exhorrescent super te horrore, quum volare fecero gladium Meum præter facies eorum, ut trepident ad momenta vir propter animam suam in die ruinæ tuæ.

11. Nam sic dixit Adonai Jehovih; gladius Regis Babelis veniet tibi;

12. Per gladios potentium dejiciam multitudinem tuam, (*qui*) violenti gentium omnes (*sunt:*) devastabuntque superbiam Ægypti, ut perdatur omnis multitudo ejus.

13. Perdamque omnem bestiam ejus de-super aquis multis, ut non turbet eas pes hominis amplius, nec ungula bestiæ turbet eas.

14. Tum in profundum demittam aquas eorum, & flumina eorum, sicut oleum, fluere faciam:

15. Quum dedero (*scil.*) terram Ægypti vastitatem, ut desolata sit terra à plenitudine ejus: quum percussero omnes habitatores in ea, ut cognoscant, quod Ego (*sim*) Jehovah.

16. Lamentatio hæc (*est*,) quam lamentabuntur filiæ gentium, lamentabuntur eam, super Ægypto, & super omni multitudine ejus lamentabuntur eam; dictum Adonai Jehovih.

17. Factum etiam est in duodecimo anno, in quinto decimo (*die*) mensis (*primi:*) factum est verbum Jehovæ ad me, dicendo:

18. Fili hominis, plange super multitudine Ægypti; & descendere fac eam; ipsam (*inquam*) & filias gentium magnificarum ad terram inferiorum cum descendentibus (*in*) foveam.

Es 14. 11. seq. 19. Præ quo [c] amœna fuisti? descende & cuba cum præputiatis.

20. In medio confossorum gladio cadent; gladius traditus est, extraxerunt eam, & omnes multitudines ejus.

21. Alloquentur eum præcipui potentiam è medio inferni, cum adjutoribus ejus: (*qui*) descenderunt, cubuerunt præputiati, confossi gladio.

22. Ibi Aschur & tota congregatio ejus; circa eum (*sunt*) sepulcra illius; omnes confossi (*sunt,*) qui ceciderunt gladio.

23. Cui data sunt sepulcra in lateribus foveæ, estque congregatio ejus circa sepulchrum ejus; omnes confossi, qui ceciderunt gladio, qui dederunt terrorem in terra viventium.

24. Ibi (*est*) Elam, & omnis multitudo ejus circa sepulcrum ejus; omnes confossi, qui ceciderunt gladio, qui descenderunt præputiati ad terram inferiorum; qui dederunt terrorem suum in terra viventium, portaruntque ignominiam suam cum descendentibus (*in*) foveam.

25. In medio confossorum dederunt cubile illi cum omni multitudine ejus, circa quam sepulcra ejus: omnes præputiati, confossi gladio: quia datus est terror eorum in terra viventium, portaruntque ignominiam suam cum descendentibus (*in*) foveam; in medio confossorum datus est.

26. Ibi (*est*) Meschech, Thubal, & omnis multitudo ejus, circa quam (*sunt*) sepulcra ejus; omnes præputiati, confossi gladio: quia dederunt terrorem sui in terra viventium.

27. Neque cubant cum potentibus, qui ceciderunt de præputiatis: qui descenderunt (*in*) infernum cum armis belli suis, ac dederunt gladios suos sub capita sua, estque iniquitas eorum super ossibus eorum, quia terror potentum in terra viventium.

28. Tu ergo in medio præputiatorum frangeris, & jacebis cum confossis gladio.

29. Ibi (*est*) Edom, Reges ejus, & omnes principes ejus, qui dati sunt in fortitudine sua cum confossis gladio: ipsi cum præputiatis jacent, & cum descendentibus (*in*) foveam.

30. Ibi

30. Ibi (*ſunt*) Principes ſeptentrionis omnes, & omnis Zidonius, qui deſcenderunt cum confoſſis, in terrore ſui præfortitudine ſua pudefacti, cubuerunt quæ præputiati cum confoſſis gladio; portabuntque ignominiam ſuam cum deſcendentibus (*in*) foveam.

31. Iſtos videbit Pharao, & conſolabitur ſe ſuper omni multitudine ſua; confoſſi (*ſunt*) gladio, Pharao & omnis exercitus ejus; dictum ADONAI JEHOVIH.

32. Dabo enim terrorem Mei in terra viventium; dum cubare factus fuerit in medio præputiatorum cum confoſſis gladio, Pharao & omnis multitudo ejus; dictum ADONAI JEHOVIH.

CAP. XXXIII.

Capitis hujus Tres quatuor ſunt. In I. DEUS prophetam ſpeculatorem ſuper domum Iſraëlis conſtituit, & officij admonet. à v. 1. In II. dictorum populi, quaſi ſub peccati ſibi morendum injuſtè ſit, refutat. à v. 10. In III. reliquiis Judæorum poſt captam Hieroſolymam mala comminatur. à v. 21. In IV. prophetæ malitiam & contemtum auditorum revelat. à v. 30.

PRæterea factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, loquere cum filiis populi tui, & dic ad eos; quando ſuper terram adduxero gladium, ſumſerintque populus terræ virum unum de extremis ſuis, & poſuerint eum ſibi in ſpeculatorem;

3. Viderit autem gladium venientem ſuper terram, ac clanxerit buccina, admonuitque populum:

4. Et audiverit audiens quis vocem buccinæ, ſed admoneri noluerit; ideoque veniat gladius ac tollat eum; ſanguis ejus ſuper capite ipſius erit.

5. (*Nam*) vocem buccinæ audivit, nec ſibi tamen cavit; (*ideò*) ſanguis ejus ſuper ipſo erit; quod ſi caviſſet ſibi, animam ſuam eripuiſſet.

6. At ſi ſpeculator viderit gladium venientem, non autem clanxerit buccina, ut populus non fuerit admonitus; ideoque venerit gladius, & ſuſtulerit de iis animam; ille in iniquitate auferetur, & ſanguinem ejus è manu ſpeculatoris requiram.

7. Te ergò (*quod attinet,*) fili hominis; [a] ſpeculatorem dedi te domui Iſraëlis, ut audias ex ore Meo verbum, admoneasque eos à Me. a) Ezx. 3, 17.

8. Quando (*itaq;*) dixero impio; impie, moriendo morieris; non autem locutus fueris, ad admonendum impium à via ipſius: ipſe (*quidem*) impius ob iniquitatem ſuam morietur; ſed ſanguinem ejus à manu tua requiram.

9. Si verò tu dehortatus fueris impium à via ipſius, ut converteret ſe ab illa, nec tamen reverſus fuerit a via ſua: ille ob iniquitatem ſuam morietur; tu autem animam tuam eripuiſti.

10. Tu ergò, fili hominis, dic ad domum Iſraëlis; rectè dixiſtis, dicendo; omnino prævaricationes noſtræ & peccata noſtra ſuper nobis (*ſunt,*) & in iis nos contabeſcimus: quomodo ergò vivemus?

11. Dic tamen ad eos; Vivus Ego, dictum ADONAI JEHOVIH, ſi [b] velim mortem impii, ſed ut convertatur impius à via ſua, & vivat: convertimini (*ergò,*) convertimini à viis veſtris malis: quare enim moriemini, ô domus Iſraëlis? b) Eze. 18,32.

12. Tu porrò, fili hominis, dic ad filios populi tui: [c] juſtitia juſti non eripiet eum in die, quo prævaricatus fuerit, & malitiâ impii (*ille*) non impinget in die, quo converſus fuerit à malitia ſua: ſicut juſtus non poterit vivere per eam (*juſtitiam,*) in die, quo peccaverit. c) Eze. 18.21,24

13. Si (*ergò*) Ego dixero juſto; vivendo vivet; ille autem confiſus fuerit in juſtitia ſua, feceritque perverſitatem; omnium juſtitiarum ejus non erit memoria, ſed in perverſitate ſua, quam fecit, morietur.

14. Quod ſi dixero impio; moriendo morieris; ſed reverſus fuerit à peccato ſuo, feceritque judicium & juſtitiam;

15. (*Nimirum ſi*) pignus reddiderit impius, raptum compenſaverit, in ſtatutis vitæ ambulaverit, ut [d] non faciat perverſitatem, vivendo vivet, non morietur. d) Eze. 18.28.

16. Omnium peccatorum ejus, quæ peccavit, non fiet mentio contra eum;

(*ſed quia*) judicium & juſtitiam fecit, vivendo vivet.

17. Si dixerint filii populi tui; non recta eſt via ADONAI: (*atqui*) via illorum non recta eſt.

18. Quando (*enim*) avertitur juſtus a juſtitia ſua, facitque perverſitatem: utique mori debet ob hæc.

19. Quando contra convertitur impius ab impietate ſua, facitque judicium & juſtitiam: ob hæc ille vivere debet.

e) Eze. 18,25. 20. [e] Nihilominus dicitis, non recta eſt via ADONAI: (*Atqui*) vos, virum juxta vias ſuas, judico, ô domus Iſraëlis.

21. Poſtea factum eſt in duodecimo anno, in decimo (*menſe,*) in quinto (*die*) menſis à captivitate noſtra: venit ad me evaſor ex Hieroſolyma, dicendo; percuſſa eſt urbs.

22. Sed manus JEHOVÆ eſſe cepit ſuper me, in veſpera, antequam veniret evaſor; & apertum eſt os meum, ut non mutus eſſe potuerim amplius.

23. Factum itaque eſt ad me verbum JEHOVÆ, dicendo:

24. Fili hominis, habitatores vaſtitatum iſtarum ſuper terra Iſraëlis (*ſunt*) dicentes dicendo: unus fuit Abrahamus; nihilominus in hereditatem accepit terram: atqui nos multi (*ſumus;*) nobis (*itaq;*) dabitur terra in hereditatem.

25. Quare dic ad eos; ſic dixit ADONAI JEHOVIH; cum ſanguine comeditis, & oculos veſtros tollitis erga idola veſtra, & ſanguinem funditis; ergone terram poſſidebitis?

26. Stetiſtis ſuper gladio veſtro, feciſtis abominationem, & vir uxorem ſocii ſui polluiſtis; ergone terram poſſidebitis?

27. Sic dices ad eos; ſic dixit ADONAI JEHOVIH; vivus Ego, ſi non, qui in vaſtitatibus (*ſunt,*) gladio morientur, & qui ſuper facie bus agri, feræ dabo eum ad devorandum eum; & qui in munitionibus & cavernis, peſte morientur.

28. Dabo enim terram deſolationem & vaſtitatem; ut ceſſet ſuperbia roboris ejus, deſolati autem ſint montes Iſraëlis, ut non (*ſit*) tranſiens.

29. Ut cognoſcant, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH; quum dedero (*ſcil.*) terram deſolationem & vaſtitatem, propter omnes abominationes eorum, quas fecerunt.

30. Tu verò, fili hominis, filii populi tui obtrectant tibi intra parietes & in oſtiis domuum; dum dicit unus ad alterum, vir cum fratre ſuo, dicendo: venite, quæſo, & audite, quodnam (*ſit*) verbum exiens à cum JEHOVAH.

31. Veniunt itaque ad te, ſicut venire ſolet populus, & ſedent coram te populus Meus, audiuntque verba tua, ſed [f] ea non faciunt: nam amatoria (*quæ ſunt*) in ore ſuo, illi facientes, (*&*) poſt lucrum eorum cor eorum (*eſt*) abiens. f) Eſa. 42,20. 58,2.

32. (*Unde*) ecce, tu illis (*es*) quaſi canticum amorum, pulchrum voce, & ſuave pulſatu: audiunt enim (*quidem*) verba tua, ſed non (*ſunt*) facientes ea.

33. Quum verò id veniet, ecce, (*ita*) venit, ut ſciant, quod Propheta fuerit in medio eorum.

CAP. XXXIV.

Partes hujus (capitis quatuor etiam ſunt. In I. eſt concio comminatoria contra Paſtores (prophetas & ſacerdotes) Iſraëlis. à v. 1. In II. Meſſias ſe paſtorem bonum promittit. à v. 11. In III. eſt concio contra Hirces (potentes) in populo. à v. 17. In IV. promittitur Meſſias, & judicium Ejus in populo. à v. 23.

PRæterea factum eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

2. Fili hominis, propheta contra paſtores Iſraëlis, propheta & dic ad eos; Paſtoribus, ſic dixit ADONAI JEHOVIH; Væ [a] paſtoribus Iſraëlis, qui fuerunt pascentes eos! Nonne gregem paſcent paſtores? a) Ier. 23. 1.

3. (*Atqui vos*) adipem comeditis, & lana veſtimini; pinguem (*ovem*) mactatis, nec gregem paſcitis.

4. Infirmas (*oves*) non confirmaſtis; & ægroram non ſanaſtis; & fractam non obligaſtis, & impulſam non reduxiſtis, & pereuntem non quæſiviſtis; ſed cum violentia dominati eſtis iis, & cum crudelitate.

b) Esa. 53, 6. Matt. 9, 36.

5. Unde [b] diſperſæ ſunt ſine paſtore: & factæ ſunt in cibum omni beſtiæ agri; aut diſperſæ ſunt.

6. Obertant (*namq;*) oves Meæ in omnibus montibus, & ſuper omni colle alto; & ſuper omnibus faciebus terræ diſperſæ ſunt oves Meæ, & non (*eſt*) inquirens, aut quærens.

7. Propterea, ô Paſtores, audite verbum Jehovæ.

8. Per vivum Me, dictum Adonai Jehovih, ſi non, quia grex Meus factus eſt in rapinam, ita ut ſint oves Meæ in cibum omni feræ agri, eò quod non (*ſit*) paſtor, nec quærant paſtores Mei oves Meas; ſed paſcant paſtores ſeipſos, gregem autem Meum non paſcant:

9. Propterea, (*inquam,*) ô Paſtores, audite verbum Jehovæ.

10. Sic dixit Adonai Jehovih: Ecce, Ego (*ero*) contra paſtores, & requiram gregem Meum è manu eorum, & ceſſare faciam eos à paſcendo gregem, ut non paſcant amplius paſtores ſeipſos: atque (*ſic*) eripiam gregem Meum ex ore illorum, ut non ſint illis in cibum.

11. Sic enim dixit Adonai Jehovih: Ecce; Ego, Ego, inquam, quæram gregem Meum, & perquiram eos;

c) Luc. 15, 4

12. Juxta inquiſitionem [c] paſtoris in gregem ſuum in die, quo erit in medio gregis ſui, (*in*) diſtinctas (*oves,*) ſic inquiram in gregem Meum, & eripiam eos ex omnibus locis, quo diſperſi fuerunt in die nubis & caliginis.

13. Educam enim eos ex populis, & congregabo eos è terris, adducamque eos ſuper terram ipſorum, ac paſcam eos ſuper montibus Iſraëlis, in alveis, & in omnibus habitationibus terræ.

d) Iſai. 23, 2.

14. In paſcuo [d] bono paſcam eos, & in montibus celſitudinis Iſraëlis erit caula eorum; ibi cubabunt in caula bona, & paſcuum pingue depaſcent ſuper montibus Iſraëlis.

15. Ego paſcam gregem Meum, & Ego cubare faciam eos, dictum Adonai Jehovih.

16. Pereuntem quæram, & impulſam reducam, & fractam obligabo, & ægrotam confirmabo; pinguem autem & firmam perdam; paſcam (*enim*) eam cum judicio.

17. Vos autem, ô Mi grex, ſic dixit Jehovah: ecce, [e] Ego (*ero*) judicans inter pecudem & pecudem, inter arietes & inter hircos.

e) Matt. 25, 32.

18. Num enim parum vobis (*eſt?*) paſcuum bonum depaſcitis (*arietes & hirci,*) reliquum autem paſcuorum veſtrorum conculcatis pedibus veſtris: ſedimentum (*purum*) aquarum bibitis; reliquas pedibus veſtris turbatis.

19. Atque (*ſic*) grex Meus conculcatum pedum veſtrorum paſcunt, & turbatum pedum veſtrorum bibunt.

20. Quare ſic dixit Adonai Jehovih ad eos: Ecce, Ego, Ego (*inquam adero,*) & judicabo inter pecudem ſaginatam, & inter pecudem macilentam:

21. Quoniam (*nimirum*) per auguſtiam & (*violentum*) humerum impellitis, & cornibus veſtris feritis omnes infirmatas, donec diſperſeritis eas foras:

22. Ideò ſalvabo gregem Meum, ut non ſint amplius in prædam, judicaboque inter pecudem & pecudem.

f) Eſa. 40, 11. Ioh. 10, 12.

23. Excitabo autem ſuper illos [f] paſtorem unum, qui paſcat eas, (*ſcil.*) ſervum Meum Davidem: hic paſcet eos; hicque erit iis in paſtorem.

g) Eze. 37, 27

24. Ego, inquam, [g] Jehovah ero illis in Deum, & ſervus Meus David Princeps in medio eorum: Ego Jehovah locutus ſum.

25. Tum excidam iis fœdus pacis, & ceſſare faciam feram malam è terra; ut habitent (*etiam*) in deſerto confidenter; & dormiant in ſylvis.

26. Dabo quoque eos & circuitu collis Mei (*in*) benedictionem, & demittam pluviam in tempore ſuo; pluviæ benedictionis erunt.

27. Tum dabit arbor agri fructum ſuum, & terra dabit proventum ſuum: [h] habitabunt ſic ſuper terra ſua confidenter, cognoſcentque, quod Ego (*ſim*) Jehovah; quando (*nimirum*) fregero lora jugi eorum, & liberavero eos è manu ſervite facientium eos.

h) Pſal. 68, 10. Eſ. 44, 3

28. Non erunt itaque amplius præda gentibus, & fera agri non devorabit eos, ſed habitabunt confidenter, ut non (*ſit*) terrefaciens.

29. Tum excitabo illis plantam in nomen, nec erunt amplius congregati (*ad*) famem in terra; neque portabunt amplius ignominiam gentium.

30. Ut cognoſcant, quod Ego Jehovah, Deus eorum (*ſim*) cum ipſis; ipſi verò populus Meus, domus Iſraëlis, dictum Adonai Jehovih.

31. Vos ergò, ô grex Mi, grex paſcui Mei, homo (*eritis*) vos; Ego (*autem*) Deus veſter, dictum Adonai Jehovih.

CAP. XXXV.

Habet caput hoc duplicem Prophetiam contra montem Seir & Edomum, & ex duplici cauſa. In I. prædicitur vaſtitas & devaſtatio propterea, quod ex inimicitia perpetua adjuverunt & auxerunt calamitatem filiorum Iſraëlis. à v. 1. In II. eadem vaſtitas prædicitur ideò, quod terram Iſraëlis poſſidere volebant. à v. 10.

Præterea factum eſt verbum Jehovæ ad me, dicendo:

a) Ier. 49, 7. Exe. 25, 12.

2. Fili hominis pone facies tuas contra [a] montem Seïr & propheta contra illum:

3. Et dic illi, ſic dixit Adonai Jehovih: Ecce, Ego (*ero*) contra te, ô mons Seïr: Et extendam manum Meam contra te, daboque te vaſtitatem & devaſtationem.

4. Urbes tuas vaſtitatem ponam, ut tu devaſtatio ſis; cognoſcaſque, quod Ego (*ſim*) Jehovah.

5. Quoniam enim eſt tibi inimicitia æternitatis, & fluere facis filios Iſraëlis ſuper manus gladii, in tempore interitus eorum, in tempore iniquitatis finis:

6. Ideò per vivum Me, dictum Adonai Jehovih; quod in ſanguinem facturus ſim te, & ſanguis perſecuturus te! ſi non, (*quia*) ſanguinem odiſti, ſanguis perſecuturus ſit te.

7. Dabo itaque montem Seïr in vaſtationem & vaſtitatem: excindamque ex eo tranſeuntem & redeuntem.

8. Ita ut implcam montes, ejus confoſſis ejus: (*in*) collibus tuis, & vallibus tuis, & omnibus rivis tuis confoſſi gladio cadant.

9. (*Imò*) vaſtitates æternitatis dabo te, & urbes tuæ non revertentur: ut cognoſcatis, quod Ego (*ſim*) Jehovah.

10. Quia (*etiam*) dixiſti de duabus gentibus, & de duabus terris; mihi erunt, & poſſidebimus eam, cum tamen Dominus ibi fuerit.

11. Propterea per Me vivum, dictum Adonai Jehovih, quod facturus ſim juxta iram tuam, & juxta zelum tuum, quem exercuiſti ex odio tuo in iis, ut notus fiam in iis, quum judicavero te.

12. Ut cognoſcas, quod Ego Jehovah audiverim omnes contumelias tuas, quas dixiſti contra montes Iſraëlis, dicendo: devaſtati ſunt, nobis dati ſunt in cibum.

13. Sicque magnificaſtis vos contra Me, ore veſtro, & multa feciſtis verba veſtra contra Me: Ego (*inquam*) audiverim.

14. Sic dixit (*porrò*) Adonai Jehovih: quum lætabitur tota terra, vaſtitatem faciam tibi.

15. (*Nam*) quemadmodum gaudium (*fuit*) tibi ſuper hereditate domus Iſraëlis, ideò quod devaſtata eſt: ſic faciam tibi: vaſtitas (*nimirum*) eris, ô mons Seïr, & omnis Edom tota; ut cognoſcant, quod Ego (*ſim*) Jehovah.

CAP. XXXVI.

In hoc Capite duplex eſt prophetia de temporibus Novi Teſtamenti. Eſt ergo I. directa ad montes terræ Iſraëlis, quod ex vaſtitate reſtituendi in ſtatum lætiſſimum. à v. 1. II. Verò ad ipſam domum Iſraëlis, in terram ſuam reſtituendam ita, ut etiam gentes ad eam congregentur. à v. 16.

a) Eze. 6, 2.

Contra tu, ô fili hominis, propheta [a] de montibus Iſraëlis, & dic; ô montes Iſraëlis, audite verbum Jehovæ:

2. Sic dixit Adonai Jehovih; quoniam dixit hoſtis ſuper vobis, Euge; & exceſſa mundi, in hereditatem factum eſt (*quod*) nobis.

3. Ideò propheta & dic; ſic dixit Adonai Jehovih, propterea quod devaſtant & ab-

& abſorbent vos à circuitu, ut ſitis vos hereditas reliquis gentium, & aſcendere coacti eſtis ſuper labium linguæ, & dictenium populi (*factieſtis.*)

4. Ideò ô montes Iſraëlis (*inquam*) audite verbum ADONAI JEHOVIH: ſic dixit ADONAI JEHOVIH montibus & collibus, rivis & vallibus, & vaſtitatibus deſolatis & urbibus deſertis, quæ factæ ſunt in prædam & in ſubſannationem reliquiis gentium, quæ in circuitu:

5. Ideò (*inquam*) ſic dixit ADONAI JEHOVIH: ſi non in igne zeli Mei locutus fuero contra reliquias gentium, inprimis contra Edomum totum, qui attribuerunt terram Meam ſibi in hereditatem cum gaudio cordis totius, cum contemtu animæ, propter expulſionem ejus in prædam.

6. Propterea (*inquam*) propheta de terra Iſraëlis, & dic montibus, & collibus, rivis & vallibus; ſic dixit ADONAI JEHOVIH; Ecce, Ego in zelo Meo, & in excandeſcentia Mea locutus ſum propter ignominiam gentium, (*quam*) tuliſtis:

7. Propterea (*inquam*) ſic dixit ADONAI JEHOVIH; Ego ſuſtuli manum Meam; ſi non gentes, quæ (*ſunt*) vobis à circuitu; hæ (*inquam*) ignominiam ſuam portabunt.

8. Vos autem, ô montes Iſraëlis, dabitis ramum veſtrum, & fructum veſtrum feretis populo Meo, Iſraëli, quum appropinquaverint venire.

9. Nam, ecce, Ego apud vos (*ero,*) & reſpiciam ad vos, ut excolamini & conſeramini.

10. Tum multiplicabo ſuper vobis hominem, univerſam domum Iſraëlis: habitabunturque urbes, & vaſtitates ædificabuntur.

11. Multiplicabo, inquam, ſuper vobis hominem & beſtiam, ut creſcant & fructificent; habitare enim faciam vos juxta antiquitates veſtras, & bonum faciam (*vobis*) præ initiis veſtris: ut cognoſcatis quod Ego (*ſim*) JEHOVAH.

12. Ambulare etiam faciam ſuper vobis hominem, populum (*ſcil.*) Meum, Iſraëlem; qui hereditario poſſidebunt te, eriſque illis in hereditatem, nec addes amplius orbare eos.

13. Sic (*namq;*) dixit ADONAI JEHOVIH; quoniam dicentes (*ſunt*) vobis; comedens (*es*) hominem tu, (*ô terra*) & orbans populos tuos fuiſti:

14. Ideò hominem non comedes amplius, dictum ADONAI JEHOVIH.

15. Non enim audire faciam te amplius calumniam gentium, & opprobrium populorum non portabis amplius; dum gentes tuas non impingere facies (*vrbabus*) amplius; dictum ADONAI JEHOVIH.

16. Factum præterea eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

17. Fili hominis, domus Iſraëlis habitantes (*fuerunt*) ſuper terra ſua; ſed polluerunt eam per viam ſuam, & per opera ſua, [b] juxta pollutionem menſtruatæ fuit via eorum coram Me. b) *Eſa. 64, 6.*

18. Ideò effudi ſuper eos excandeſcentiam Meam, propter ſanguinem, quem effuderunt ſuper terram; quam etiam idolis ſuis polluerunt.

19. Et diſperſi eos inter gentes, ut diſjecti ſint in terras: juxta (*enim*) viam eorum, & juxta opera eorum judicavi eos.

20. Cum ergò venerunt inter gentes, quo venerunt, [c] profanarunt Nomen Sanctitatis Meæ; dum dixerunt illis: (*num*) populus JEHOVÆ hi; & è terrâ (*tamen*) ejus exiverunt? c) *Eſa. 52, 5. Rom. 2, 24.*

21. Ideò parcam Nomini Sanctitatis Meæ, quod profanarunt domus Iſraëlis inter gentes, quo venerunt.

22. Quare dic domui Iſraëlis; ſic dixit ADONAI JEHOVIH; Non propter vos Ego (*ſum*) faciens ô domus Iſraëlis, ſed propter Nomen Sanctitatis Meæ, quod profanaſtis inter gentes, quo veniſtis.

23. Sanctificabo itaque Nomen Meum magnum, profanatum inter gentes, in quarum medio (*illud*) profanaſtis: ut cognoſcant gentes, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH, dictum ADONAI JEHOVIH, quum Ego ſanctificavero Meipſum in vobis in oculis eorum.

24. Ideò accipiam vos è gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris; adducamque vos ſuper terram veſtram.

25. Spar-

d) *Eſa. 4, 4. Zach. 13, 1.*

25. Spargam autem ſuper vos [d] aquas mundas, ut mundemini ab omnibus veſtris immunditiis, & abomnibus veſtris idolis mundabo vos.

e) *Jer. 32, 39. Ezec. 11, 19.*

26. Daboque vobis [e] cor novum, & ſpiritum novum dabo in medio veſtri, ac removebo cor lapidis è carne veſtra; dabo enim vobis cor carnis.

27. Spiritum, inquam, meum dabo in medio veſtri, faciamque, ut in ſtatutis Meis ambuletis, ac judicia Mea cuſtodiatis; ac faciatis.

28. Tum habitabitis in terra, quam dedi Patribus veſtris; eritiſque Mihi in populum, Ego autem ero vobis in DEUM.

29. Liberaboque vos ab omnibus immunditiis veſtris, imperaboque frumento, & multiplicabo illud, nec inmittam in vos famem.

30. Multiplicabo etiam fructum arboris, & proventum agri, ut non patiamini amplius ignominiam famis inter gentes.

31. Tum recordabimini viarum veſtrarum malarum, & operum veſtrorum, quæ non bona, & faſtidietis coram vobis iniquitates veſtras, & abominationes veſtras.

32. (*Sed tamen*) non propter vos Ego (*ero*) faciens, dictum ADONAI JEHOVIH; (*quod*) notum ſit vobis: erubeſcite (*potius*) & pudore afficimini ob vias veſtras, ô domus Iſraëlis.

33. Sic dixit ADONAI JEHOVIH; in die, quo mundavero vos ab omnibus iniquitatibus veſtris, & inhabitare fecero (*vos*) urbes, ædificatæque fuerint vaſtitates:

34. Terraque devaſtata laborata fuerit, pro eo, quod fuerat devaſtatio, in oculis omnis tranſeuntis:

35. Dicent; terra hæc devaſtata, facta eſt ſicut hortus Edenis, & urbes deſolatæ, & devaſtatæ & everſæ, munitæ habitant.

36. Ut cognoſcant gentes, quæ reſiduæ erunt (*in*) circuitibus veſtris, quod Ego JEHOVAH ædificaverim everſa, (&) plantaverim vaſtatam, Ego JEHOVAH locutus ſum, & faciam.

37. Sic dixit ADONAI JEHOVIH: adhuc (*in*) hoc inveniar domui Iſraëlis, ut faciam illis: multiplicabo (*nimirum*) eos ſicut gregem hominis f) *1. Sa. 28, 6. Ex. 10, 3*

38. Sicut gregem ſanctificatorum, ſicut gregem Hieroſolymæ, in feſtis ſtatis ejus: ſic (*inquam*) erunt urbes devaſtatæ, plenæ grege hominis: ut cognoſcant, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH.

CAP. XXXVII.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. In I. eſt viſio prophetica oſſium mortuorum & aridorum, ſe l redivivorum, à v. 1. cum expoſitione de filiis Iſraël. in terram ſuam reducendis, à v. 11. In II. eſt prophetia de Iuda & Iſraële, quaſi duobus lignis, in unum ſub Meſſia redigendis, eorumq; felicitate futurâ, à v. 15.

ESe cepit ſuper me manus JEHOVÆ, & eduxit me in ſpiritu JEHOVÆ, collocavitque me in medio vallis; quæ erat plena oſſibus.

2. Circumduxit ergò me ſuper illis circumcirca, cum, ecce, multa admodum (*eſſent*) ſuper faciebus vallis; eademque, ecce, valdè arida

3. Tum dixit ad me, fili hominis, num vivent oſſa hæc? Cui dixi; ADONAI JEHOVIH, Tu noviſti.

4. Dixit itaque ad me; propheta ſuper oſſibus his, & dic ad ea; ô oſſa arida, audite verbum JEHOVÆ:

5. Sic dixit ADONAI JEHOVIH oſſibus his; Ecce, Ego adducens (*ſum*) ſpiritum in vos, ut vivatis:

6. Daboque enim ſuper vos [a] nervos, & aſcendere faciam ſuper vos carnem, & obducam ſuper vos cutem, daboque in vobis ſpiritum, ut vivatis; ut cognoſcatis, quod Ego (*ſim*) JEHOVAH. a) *Iob. 10, 11.*

7. Prophetavi itaque ſicut præceptum erat mihi: Factus autem eſt ſonus, dum prophetavi, &, ecce, terræmotus; acceſſerunt ergò oſſa, os ad os ſuum.

8. Vidique, cum, ecce, ſuper illis nervi, & caro aſcendit, & obducta eſt ſuper illa cutis ſuperius; ſpiritus tamen non (*erat*) in illis.

9. Tum dixit ad me; propheta ſuper ſpiritu; propheta fili hominis, & dic ad ventum;

ventum; sic dixit Adonai Jehovih; à quatuor ventis veni spiritus, & inspira in occisos hos, ut vivant.

10. Quum ergò prophetavi, sicut præcepit mihi: venit in eos spiritus, & revixerunt, steteruntque super pedibus suis; exercitus magnus valde admodum.

11. Tum dixit ad me; fili hominis, ossa hæc tota domus Jisraëlis sunt: (qui) ecce (sunt) dicentes; exaruerunt ossa nostra, periitque spes nostra; excisi sumus nobis.

12. Propterea propheta, & dic ad eos; sic dixit Adonai Jehovih, Ecce, Ego aperturus (sum) sepulchra vestra, & ascendere faciam vos è sepulchris vestris, ô populе Mi! ac deducam vos super terram Jisraëlis.

13. Ut cognoscatis, quod Ego (sim) Jehovah; quum (scil.) aperuero sepulchra vestra, & ascendere fecero vos è sepulchris vestris, ô populе Mi!

14. Dederoque spiritum Meum in vobis, ut vivatis, collocaveroque vos super terra vestra: ut cognoscatis, quod Ego Jehovah locutus sim, & fecerim, dictum Jehovæ.

15. Porrò factum est verbum Jehovæ ad me, dicendo.

16. Tu quoque, fili hominis, sume tibi lignum unum, & scribe super illud; Jehudæ, & filiis Jisraëlis, sociis ejus: Deinde sume lignum unum, & scribe super illud; Josephi, (scil.) lignum Ephrajim, & omnis domus Jisraëlis, sociorum ejus.

17. Postea conjunge illa, unum cum altero, tibi in lignum unum; ut sint unum ambo in manu tua.

18. Quum autem dixerint ad te filii populi tui, dicendo; nonne indicabis nobis, quid hæc tibi (velint?)

19. Loquere ad eos; sic dixit Adonai Jehovih; Ecce, Ego accepturus (sum) lignum Josephi, quod in manibus Ephrajimi (est.) & tribuum Jisraëlis, sociorum ejus, & addam eos, qui super illo, cum ligno Jehudæ, faciamque eos in lignum unum; ut sint unum in manu Mea.

20. Atque (ita) erunt ligna, super quæ scribes, in manu tua in oculis eorum.

21. Loquere porrò ad eos; sic dixit Adonai Jehovih; ecce, Ego accepturus (sum) filios Jisraëlis ab-inter gentes, quo abiverunt, & congregabo eos e circuitu, adducamque eos super terram suam:

22. Ac faciam eos in [b] gentem unam b) Isa. 19, 18. in terra, in montibus Jisraëlis: Rex autem unus erit omnibus illis in Regem, neque erunt amplius duæ gentes, neque dividentur amplius in duo regna iterum.

23. Neque polluent se amplius per idola sua, & per abominationes suas, & per omnes prævaricationes suas: servabo enim eos ex omnibus habitationibus eorum, in quibus peccarunt, & mundabo eos, ut sint Mihi in populum, Ego autem sim illis in Deum.

24. Servus verò Meus David, Rex (erit) super eos; ut [c] pastor unus sit omnibus ipsis; atque in judiciis Meis ambulent, statutaque Mea custodiant, ac faciant ea. c) Esa. 10, 11. Ezc. 4. 23. Joh. 10 11

25. Tum habitabunt super terra, quam dedi servo Meo Jacobo, in qua habitarunt patres vestri: habitabunt, inquam, super ea, ipsi & filii ipsorum, & filii filiorum ipsorum usque in æternitatem: David autem servus Meus, princeps illis (erit) in æternum.

26. Pangamque illis fœdus pacis, fœdus æternitatis erit cum illis; dabo item eos, & multiplicabo eos, ponamque Sanctuarium Meum in medio eorum in æternum.

27. Sic erit habitaculum Meum apud illos, eroque illis in Deum; illi autem erunt Mihi in populum.

28. Ut cognoscant gentes, quod Ego (sim) Jehovah, sanctificans Jisraëlem; quum (nimirum) erit Sanctuarium Meum in medio eorum in æternum.

CAP. XXXIIX.

Habet hoc Caput prophetiam contra Gogum & Magogum. Cujus Partes duæ sunt. In I. describitur Gogus cum exercitu vario bello, & depopulatione terræ Jisraëlis. à v. 1. In II. prædicitur illi ira & pœna divina. à v. 14

Præterea factum est verbum Jehovæ ad me, dicendo:

a) Apoc. 20, 8. 2. [a] Fili hominis, pone facies tuas versus Gogum, terram Magogi, principem, caput Meschechi & Thubalis; ac propheta contra illum.

3. Ac dic; sic dixit Adonai Jehovih: Ecce, Ego (ero) contra te, Goge, princeps, caput Meschechi & Thubalis.

4. Et seducam te, daboque hamos in maxillas tuas; ac educam te, & omnem exercitum tuum, equos & equites, indutos perfectione omnes, congregationem magnam, (cum) scuto & clypeo, prehendentes gladios omnes.

5. Cum quibus (sunt) Persia, & Kusch & Put, omnes (cum) scuto & galea.

6. Gomer (item.) & omnes alæ ejus, Beth-Thogarma, latera septentrionis, & omnes alæ ejus; populos multos, (qui erunt) tecum.

7. Præparare & præpara te tibi, tu & omnes congregationes tuæ congregatæ ad te: estoque illis in custodiam.

8. (Nihilominus) à diebus multis visitaberis, in posterioritate annorum (quidem enim) venies super terram, reversam à gladio, congregatam è populis multis, super montes Jisraëlis, qui facti sunt in vastitatem jugiter: illa verò educta est, habitatuntque securè omnes.

9. Sed ascendes, (ego) sicut vastatio venies; sicut nubes, ad obtegendum terram, eris, tu & omnes alæ tuæ, & populi multi tecum.

10. Sic dixit Adonai Jehovih: Erit verò in die illo: ascendent verba super cor tuum, cogitabisque cogitationem malam.

11. Dices namque; ascendam super terram villatum: veniam (super) quietos, habitantes securè: omnes habitant sine muro, nec (sunt) vectis & januæ illis.

12. Ad spoliandum spolium, & ad prædandum prædam; & reducendum manum tuam super vastitates habitatas, & super populum collectum ex gentibus, operantem pecoribus & possessioni, habitantes super umbilico terræ.

13. Scheba & Dedan, & mercatores Tharschischi, & omnes leones juvenes ejus dicent tibi; num ad spoliandum spolium tu venisti? num ad prædandum prædam congregasti congregationem tuam, ad auferendum argentum, & aurum, ad capiendum pecora & possessionem, ad spoliandum spolium magnum?

14. Ideò propheta, fili hominis, & dic Gogo; sic dixit Adonai Jehovih; nonne in die illo, quo sedebit populus Meus Jisraël securè, cognosces?

15. Venies quidem (enim) è loco tuo à lateribus septentrionis, tu & populi multi tecum; equitantes (super) equis omnes, congregatio magna & exercitus multus.

16. Ascendesque contra populum Meum Jisraëlem, sicut nubes ad obtegendum terram: (sed) in posteriorirate dierum fiet, ut deducam te in terram Meam, ut cognoscant gentes Me, quum sanctificabor in te in oculis eorum, ô Goge.

17. Sic dixit Adonai Jehovih; Num tu ille (es,) de quo locutus sum in diebus antiquis per manum servorum Meorum, Propheratum Jisraëlis, qui prophetarunt in diebus illis, (de) annis, quibus adducturus esset te super illos?

18. Fiet ergò in die illo; in die, quo veniet Gog super terram Jisraëlis, dictum Adonai Jehovih, ascendet excandescentia Mea in ira Mea:

19. Et in zelo Meo, in igne indignationis Meæ loquar: si non in die hoc fuerit [b] terræmotus magnus, super terra Jisraëlis. b) Matth. 24, 29, 30. Luc. 21, 25. f.

20. Ut contremiscant coram Me pisces maris, & avis cœlorum, & fera agri, & omne reptile, reptans super terra, & omnis homo, qui (erit) super facie bus terræ, evertentur autem montes, & cadent gradus: omnisque murus in terram ruet.

21. Tum vocabo super eum omnibus montibus meis gladium, dictum Adonai Jehovih; gladius viri contra fratrem ipsius erit.

22. Insuper disceptabo cum eo pestе & sanguine, & pluviam inundantem, lapidesque grandinis, ignem & sulphur pluere faciam

faciam super eum, & super alas ejus, & super populos multos, qui cum ipso.

23. Ita magnificabor & sanctificabor, & notus fiam in oculis gentium multarum, cognoscentque, quod Ego *(sim)* JEHOVAH.

CAP. XXXIX.

Continuatur hoc Capite prophetia contra Gogum ita, ut I. prædicatur ipsius reditus partim in terram ipsius, partim in montibus Israëlis cades. à v. 1. II. Expurgatio terræ Israelis per armatum Gogi comunionem, & occisorum sepelitionem. à v. 9. III. Reliquiarum per aves & feras devoratio. à v. 17. IV. Contrà verò Israëlis à captivitate reductio. à v. 25.

TU ergò, fili hominis, propheta contra [a] Gogum, & dic, sic dixit ADONAI JEHOVIH; Ecce, Ego *(ero)* contra te, Goge, princeps, caput Meschechi & Thubalis. a) *Apoc. 20, 8.*

2. Et reverti *(quidem)* faciam te, ac sextabo te, faciamque ascendere te à lateribus septentrionis, atque adducam te super montes Israëlis.

3. Sed excutiam arcum tuum è manu sinistræ tuæ; & tela tua è manu dextræ tuæ excidere faciam.

4. Super montibus Israëlis cades, tu & omnes alæ tuæ, & populi, qui tecum: avi volucris omnis alæ, & feræ agri dedi te in cibum.

5. Super faciebus agri cades, quia Ego locutus sum, dictum ADONAI JEHOVIH.

6. Mittam etiam ignem in Magogum & in habitatores insularum securos, ut cognoscant, quod Ego *(sim)* JEHOVAH.

7. Nomen enim Sanctitatis Meæ notum faciam in medio populi Mei, Israëlis, & non profanabo Nomen Sanctitatis Meæ amplius; ut cognoscant gentes, quod Ego *(sim)* JEHOVAH, Sanctus in Israële.

8. Ecce, venit & factum est, dictum ADONAI JEHOVIH: hic *(est)* dies, de quo locutus sum.

9. Tum exibunt habitatores urbium Israëlis, & incendent comburentque arma, & scutum, & clypeum, cum arcu & cum telis, & cum baculo manus, & hastæ: accendent autem illis ignem septem annis.

10. Ut non adferant ligna ex agro, neque excidant ex silvis: sed per arma accendant ignem: dispoliabunt etiam spoliatores suos, & deprædabuntur prædatores suos; dictum ADONAI JEHOVIH.

11. Fiet porrò in die illo: dabo Gogo locum ibi *(loci pro)* sepulcro in Israële, vallem transeuntium, *(ab)* oriente maris, & quæ obturare se *(quoad ora & nares)* facit, *(h.e. fœtentem)* transeuntes: sepelientque ibi Gogum & omnem multitudinem ejus; unde vocabunt vallem multitudinis Gogi.

12. Sepelient autem eos domus Israëlis, ut mundent terram septem mensibus.

13. Sepelient verò omnis populus terræ, eritque illis in nomen, *(in)* die, quo glorificabor Ego, dictum ADONAI JEHOVIH.

14. Insuper viros jugis separabunt transeuntes per terram, sepelientes cum transeuntibus residuos super faciebus terræ, ad mundandum illam, à fine septem mensium perscrutabuntur.

15. Transibunt ergò transeuntes per terram, & *(si quis)* videbit os hominis, extruet apud illud signum, donec sepeliant illud sepelientes in valle multitudinis Gogi:

16. Unde etiam nomen urbis *(erit)* Multitudo: ita mundabunt terram.

17. Tu insuper, fili hominis; sic dixit ADONAI JEHOVIH; dic avi omnis alæ, & omni feræ agri; congregamini & venite, congregate vos à circuitu super sacrificium Meum, quod Ego sacrifico vobis; sacrificium magnum super montibus Israëlis, ut comedatis carnem, & bibatis sanguinem.

18. Carnem *(nimirum)* fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis; arietes, agnos, & hircos, juvencos; saginatos Baschanis omnes.

19. Comedetis itaque adipem ad saturitatem; & bibetis sanguinem usque ad ebrietatem de sacrificio Meo, quod sacrificavi vobis.

20. Satiabimini, inquam, super mensa Mea, equo & curru, forti & omni viro belli, dictum ADONAI JEHOVIH.

21. Sic dabo gloriam Meam inter gentes: videbunt enim omnes gentes judicium Meum, quod faciam, & manum Meam, quam positurus sum inter illos:

22. Ut cognoscant domus Israëlis, quod Ego JEHOVAH *(sim)* DEUS eorum, ex die illo & deinceps.

23. Cognoscant autem gentes, quod propter iniquitatem suam in captivitatem abiverint domus Israëlis: propterea *(sc.)* quod prævaricati sint contra Me; ideoque abscondetim facies Meas ab illis, dederimque eos in manum hostium eorum, ut ceciderint gladio omnes:

24. (*Adeoq;*) juxta immunditiem eorum, & juxta prævaricationes eorum egetim cum iis, abscondetimque facies Meas ab illis.

25 Quare sic dixit ADONAI JEHOVIH; nunc reducam captivitatem Jacobi, & miserebor totius domus Israëlis, zelaboque pro Nomine Sanctitatis Meæ;

26. Ubi portaverint ignominiam suam, & omnem prævaricationem suam, qua prævaricati sunt contra Me, dum sederunt super terra sua securè, nec *(fuit,)* qui terreret.

27. Quum *(itaq;)* reduxero eos ex populis, & congregavero eos è terris hostium eorum, sanctificatusque fuero in iis in oculis gentium multarum:

28. Cognoscent, quod Ego JEHOVAH *(sim)* DEUS ipsorum, eò quod in captivitatem ejecerim ipsos inter gentes, & collegerim eos super terram suam, nec reliquerim amplius de iis *(quenquam)* ibi.

29. Tum non abscondam amplius facies Meas ab iis; quia effundam Spiritum Meum super domum Israëlis; dictum ADONAI JEHOVIH.

CAP. XL.

In hoc Capite propheta per manum Iehova deductus est in visionibus in montem terræ Israelis altum. Ubi vidit I. urbem, Hierosolymam novam cum templo suo. à v. 1. In quam II. deductus vidit virum cum filo lini, & mensura calamo. v. 3. 4. Qui III. mensus est cum muro templi structuras ejus exteriores. à v. 5. & deinceps.

IN vigesimo & quinto anno captivitatis nostræ, in principio anni, in decimo *(die)* mensis *(primi;)* in quarto decimo *(autem)* anno, postquam percussa est urbs *(Hierosolyma,)* in ipso die hoc, esse cepit super me manus JEHOVÆ, ac deduxit me eò.

2. In visionibus DEI deduxit me super terram Israëlis, & demisit me super montem altum valdè: super quo *(erat)* quasi structura urbis à meridie.

3. Quumque me duxisset eò, ecce vir, cujus aspectus *(erat)* sicut aspectus æris, & filum lini in manu ejus, ac calamus mensuræ; idemque stans in porta.

4. Tum locutus est ad me vir; fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & appone cor tuum ad omne, quod Ego ostendero tibi; ut enim ostendam tibi, adductus es huc: indica *(autem)* omne, quod visurus tu *(es,)* domui Israëlis.

5. Ecce ergò, murus *(erat)* foris extra domum circumcirca: in manu autem viri calamus mensuræ, sex ulnarum, quoad ulnam, & palmi. Mensus itaque est latitudinem ædificii, calamum unum; & altitudinem, calamum unum.

6. Deinde venit ad portam, cujus facies *(erant)* versus orientem, ascenditque per gradus ejus, ac mensus est limen portæ; calamus unus *(erat)* latitudo, *(iterumq;)* limen unum, *(cujus)* latitudo calamus unus.

7. Item thalamum; *(cujus)* longitudo calamus unus, & calamus unus latitudo; at inter thalamos, quinque ulnæ; limen verò portæ ab apud porticum portæ à domo, calamus unus.

8. Post mensus est porticum portæ à domo, calamum unum.

9. Porrò mensus est porticum portæ, octo ulnas, & limina ejus, duas ulnas; porticum *(scil.)* portæ à domo.

10. Cæterum thalami portæ versus orientem *(erant)* tres hinc & tres illinc: mensura una *(erat)* ternis illis, & mensura una liminibus hinc & illinc.

11. Postea mensus est latitudinem januæ

nuæ portæ, decem ulnas; longitudinem (*autem*) portæ, tredecim ulnas.

12. Terminus verò ante thalamos (*erat*) ulna una; ulnaque una terminus illinc: at thalamus, ſex ulnæ hinc, & ſex ulnæ illinc.

13. Dein menſus eſt portam à tecto thalami, ad tectum illius; latitudinem viginti & quinque ulnas; januam erga januam.

14. Poſteà fecit limina, ſexaginta ulnas & ad limen atrium, (*cui*) porta circumcirca.

15. Ante autem portam ingreſſus, ante (*etiam*) porticum portæ interiorem, quinquaginta ulnas.

16. Feneſtræ verò (*erant*) obſtructæ ſuper thalamis & ſuper ſuperliminaribus eorum introrſum ad portam circumcirca; & ſic porticibus: & feneſtræ (*erant*) circumcirca introrſum, ac ſuper limine palmæ.

17. Deinde deduxit me ad atrium exterius: ubi, ecce, cubicula, & pavimentum, factum atrio circumcirca; triginta cubicula ſuper pavimento.

18. Pavimentum autem (*erat*) ad latus portarum, juxta longitudinem portarum; (*hoc erant*) pavimentum inferius.

19. Poſteà menſus eſt latitudinem ante portam inferiorem, ante atrium interius foris, centum ulnas (*verſus*) orientem & ſeptentrionem.

20. Portæ autem, cujus facies verſus ſeptentrionem atrii exterioris, menſus eſt longitudinem & latitudinem.

21. Thalamorum autem ejus, (*qui*) tres hinc, & tres illinc (*erant,*) & ſuperliminarium ejus, & porticuum ejus fuit (*menſura*) juxta menſuram portæ prioris; (*ſcil.*) quinquaginta ulnæ longitudo ejus, at latitudo quinque & viginti, in ulnas.

22. Sic feneſtrarum ejus, & porticuum ejus, & palmarum (*menſura erat*) juxta menſuram portæ, cujus facies verſus orientem: in gradibus autem ſeptem aſcendebant in illam, ac porticus ejus ante illos.

23. Porrò porta (*erat*) atrio interiori, verſus portam ſeptentrionis & orientis, menſuſque eſt à porta ad portam centum ulnas.

24. Dein deduxit me verſus meridiem, ubi, ecce, porta verſus meridiem; cujus menſus eſt ſuperliminaria, & porticus juxta menſuras eaſdem.

25. (*Erant*) autem illi feneſtræ, & porticibus ejus circumcirca juxta feneſtras eaſdem: (*ſcil.*) quinquaginta ulnæ longitudo, & latitudo, quinque & viginti ulnæ.

26. Gradus item ſeptem aſcenſibus ejus; & porticus ejus ante illos, palmæ etiam illi, una hinc, & una illinc apud ſuperliminaria ejus.

27. Porta quoque (*erat*) atrio interiori verſus meridiem. Menſus itaque eſt à porta ad portam verſus meridiem, centum ulnas.

28. Porrò deduxit me ad atrium interius in porta meridiei; ubi menſus eſt portam meridiei; juxta eaſdem illas menſuras.

29. Thalami quoque ejus, & ſuperliminaria ejus, & porticus ejus (*erant*) juxtà menſuras iſtas; feneſtræ etiam illi, & porticibus ejus circumcirca, quinquaginta ulnæ longitudo, latitudo autem quinque & viginti ulnæ.

30. Item porticus circumcirca; longitudo, quinque & viginti ulnæ, latitudo autem quinque ulnæ.

31. Porticus quoque in atrio exteriori, & palmæ apud ſuperliminaria ejus & gradus octo, gradus ejus.

32. Poſt deduxit me ad atrium interius verſus orientem; menſuſque eſt portam juxta menſuras iſtas.

33. Et thalamos ejus, & ſuperliminaria ejus, & porticus ejus, juxta menſuras eaſdem, feneſtræ quoque illi, & porticibus illius circumcirca: longitudo quinquaginta ulnæ, latitudo autem quinque & viginti ulnæ.

34. Porticus quoque ſuæ (*erant*) atrio exteriori, & palmæ apud ſuperliminaria ejus, hinc & illinc; & octo gradus, gradus ejus.

35. Mox deduxit me ad portam ſeptentrionis;

trionis; & menſus eſt juxta menſuras eaſdem.

36. Thalamos ejus, ſuperliminaria ejus, & porticus ejus, & feneſtras, (*quæ*) illi, circumcirca: longitudo quinquaginta ulnæ, latitudo autem, quinque & viginti ulnæ.

37. Superliminaria ſua quoque (*erant*) atrio exteriori, & palmæ apud ſuperliminaria ejus, hinc & illinc; ac octo gradus, gradus ejus.

38. Cubiculum inſuper, & oſtium ejus (*erant*) in ſuperliminaribus (*&*) portis; ubi abluunt holocauſtum.

39. At in porticu portæ duæ menſæ hinc, & duæ menſæ illinc; ad mactandum ſuper illis holocauſtum, & peccatum & reatum.

40. Ad latus portò foris aſcendenti ad oſtium portæ verſus ſeptentrionem duæ menſæ; & ad latus alterum, quod porticui portæ, duæ menſæ.

41. Quatuor menſæ hinc, & quatuor menſæ illinc ad latus portæ: octo menſæ, ſuper quibus mactabant.

42. Item quatuor menſæ holocauſto, (*ex*) lapidibus cæſis; longitudo ulna una cum dimidia, & latitudo ulna una cum dimidia, & altitudo ulna una: juxta iſtas, ut reponerent inſtrumenta, quibus mactabant holocauſtum & ſacrificium.

43. Porrò lapides focarii palmi unius præparati (*erant*) in domo circumcirca; & ſuper menſis caro muneris.

44. Porrò foris extra portam interiorem (*erant*) cubicula Principum, in atrio interiori, quod ad latus portæ ſeptentrionis, quorum facies verſus meridiem; unum (*verò*) ad latus portæ orientis, verſus viam ſeptentrionis ſpectans.

45. Locutus autem eſt ad me; hoc cubiculum, cujus facies (*ſunt*) verſus meridiem, (*eſt*) pro Sacerdotibus, cuſtodientibus cuſtodiam domus.

46. At cubiculum, cujus facies (*ſunt*) verſus ſeptentrionem, (*eſt*) pro Sacerdotibus cuſtodientibus cuſtodiam altaris: hi (*ſunt*) filii Zadoki, appropinquantes de filiis Levi ad Jehovam, ad miniſtrandum illi.

47. Porrò menſus eſt atrium: (*cuius*) longitudo centum ulnæ, & latitudo centum ulnæ; quadratum (*etiam erat:*) altare autem ante domum.

48. Poſteà deduxit me ad porticum domus, menſuſque eſt ad porticum quinque ulnas hinc, & quinque ulnas illinc, latitudo autem portæ, tres ulnæ hinc, & tres ulnæ illinc.

49. Longitudo porticus viginti ulnæ, at latitudo undecim ulnæ; unà cum gradibus, quibus aſcendebant ad eam; columnæ etiam (*erant*) apud ſuperliminaria, una hinc & altera illinc.

CAP. XLI.

Continuatur hoc Capite Novi Templi ſtructura: & partes quidem habet quinq;. Nam I. menſus eſt Vir ſuprà oſtenſus oſtium Templi. à v. 1. . Nec non II. parietem ejus cum ſubſtructionibus, cubiculis &c. à v. 5. III. Deſcribitur altare. v. 22. IV. Valvæ Templi & Sancti, à v. 23. V. Feneſtra & palmæ v. 26.

Poſteà deduxit me ad templum: ubi menſus eſt ſuperliminaria: ſex ulnæ latitudo hinc, & ſex ulnæ latitudo illinc; latitudo (*ſcil.*) tabernaculi.

2. Latitudo autem oſtii decem ulnæ; & latera oſtii, quinque ulnæ hinc, & quinque ulnæ illinc: dein menſus eſt longitudinem ejus, quadraginta ulnas, & latitudinem viginti ulnas.

3. Mox venit introrſum, ac menſus eſt ſuperliminare oſtii, duas ulnas: oſtium autem, ſex ulnas, ac latitudinem oſtii, ſeptem ulnas.

4. Menſuſque eſt longitudinem ejus viginti ulnas, latitudinemque viginti ulnas verſus faciem templi: dixit autem ad me; Hoc eſt Sanctum Sanctorum.

5. Poſt menſus eſt parietem domus, ſex ulnas; latitudinemque ſubſtructionis quatuor ulnas, circa domum circumcirca.

6. Subſtructiones verò ſubſtructio erga ſubſtructionem, ttibus & triginta vicibus, quæ intrabant in murum, qui (*erat*) domui, pro ſubſtructionibus circumcirca, ut eſſent adhærentes; non autem eſſent cohærentes cum pariete domus.

7. Di-

7. Dilatabatur autem, & ambiebatur ſurſum ſurſum, quoad ſubſtructiones; quia circumducebatur domus ſurſum ſurſum circumcirca ad domum: ideò latitudo domus ſurſum; & ſic inferior aſcendit ad ſuperiorem, quoad intermedium.

8. Vidi porrò domui altitudinem circumcirca: fundatæ (*autem*) ſubſtructiones plenitudine calami, ſex ulnæ ad alam uſque.

9. Latitudo parietis, qui (*erat*) ſubſtructioni extrorſum, quinque ulnæ, & (*ejus,*) ſuper quo repoſita (*erat*) domus ſubſtructionum, quæ domui.

10. Inter verò cubicula, latitudo viginti ulnæ circa domum circumcirca.

11. Oſtiumque ſubſtructionis repoſitæ; oſtium unum verſus ſeptentrionem, & oſtium unum verſus meridiem: latitudo autem loci repoſitæ, quinque ulnæ circumcirca.

12. Structuræ porrò, quæ ante facies ſepti (*ad*) angulum verſus meridiem, latitudo ſeptuaginta ulnæ; parietis autem ſtructuræ, quinque ulnæ latitudo circumcirca, at longitudo ejus nonaginta ulnæ.

13. Poſteà menſus eſt domum, (*cujus*) longitudo centum ulnæ; Septi autem (*ejus,*) & ſtructuræ (*ejus,*) & parietum ejus longitudo, centum ulnæ.

14. Item latitudo facierum domus, & ſepti verſus orientem, centum ulnæ.

15. Menſus quoque eſt longitudinem ſtructuræ verſus facies ſepti, quod (*eſt*) poſt illam, & periſtyliorum ejus, hinc & illinc, centum ulnæ: templum verò interius, & porticus atrii.

16. Limina & feneſtræ occluſæ, & peristylia circumcirca ternis illis; è regione liminis rentorium ligni circumcirca: & terra uſque ad feneſtras, & feneſtræ obtectæ.

17. Super (*eo, quod*) à ſuper oſtio, & uſque ad domum interiorem, & foras, & ad omnem parietem circumcirca in interiori, & in exteriori, menſuræ.

18. Facti porrò erant Cherubi & palmæ: ita ut palma (*eſſet*) inter Cherubum & Cherubum, duæque facies Cherubo,

19. Facies nimirum hominis verſus palmam hinc, & facies leonis juvenis verſus palmam illinc: (*ita*) factum (*fuit*) ad omnem domum circumcirca.

20. A terra uſque ad ſupra oſtium: Cherubi & palmæ facti (*erant*) & paries templi.

21. Templi poſtis quadratus: facierum autem ſanctuarii aſpectus juxta aſpectum.

22. Altare (*ex*) ligno (*erat:*) tres ulnas altum; at longitudo ejus duæ ulnæ; cui anguli; longitudo autem ejus, & parietes ejus (*ex*) ligno: Tum locutus eſt ad me; Hæc (*eſt*) menſa, quæ coram JEHOVAH.

23. Duæ porrò valvæ (*erant*) templo & ſancto.

24. Duæ autem valvæ ſingulis valvis: duæ (*ſcil.*) circumductæ valvæ: duæ valvæ uni, & duæ valvæ alteri.

25. Facti verò (*erant*) ſuper illis, ſuper (*inquam*) valvis templi, Cherubi & palmæ; quemadmodum facti (*erant*) parietibus: trabs autem ligni (*erat*) ad facies porticus forinſecus.

26. Feneſtræ etiam occluſæ, ac palmæ hinc & illinc, ad latera porticus, & ſubſtructiones domus & trabes.

CAP. XLII.

Capitis hujus partes duæ ſunt. In I. deſcribitur atrium exterius; inprimis autem cubicula ejus pro Sacerdotibus. à v. 1. II. Porta orientalis . . . . ſua, & ambitus. à v. 15.

POſteà eduxit me ad atrium exterius via verſus ſeptentrionem; introduxitque me in cubiculum, quod è regione ſepti, & quod è regione ſtructuræ verſus ſeptentrionem.

2. Ad facies longitudinis, ulnæ centum, (*ad*) oſtium ſeptentrionis; latitudo autem quinquaginta ulnæ.

3. E regione viginti, quæ (*erant*) atrio interiori, & è regione pavimenti, quod atrio exteriori; periſtylium ad facies peristylii (*erat*) ternis (*ordinibus.*)

4. Ante autem cubicula ambulacrum (*erat: cujus*) latitudo decem ulnæ interius; via

via (*ipſa*) ulna una; oſtia verò eorum verſus ſeptentrionem.

5. Cæterum cubicula ſumma (*erant*) contractiora: quia prævalebant peristylia illis; præ infimis (*etiam,*) & intermediis ſtructuræ.

6. (*Erant*) namque triplicata, nec (*erant*) illis columnæ, juxta columnas atriorum: ideò contractius erat præ infimis & intermediis à terra.

7. Macceriæ porrò, quæ forinſecus (*erat*) ex adverſo cubiculorum verſus atrium exterius ad facies cubiculorum, longitudo (*erat*) quinquaginta ulnæ.

8. Nam longitudo cubiculorum, quæ (*erant*) atrio extetiori, (*erat*) quinquaginta ulnæ: unde, ecce, ad facies templi (*erant*) centum ulnæ.

9. Jam ſub cubiculis his; (*via*) ducens ab oriente, quum pervenit ad illa, ab atrio exteriori.

10. In latitudine macceriæ atrii, verſus orientem, ad facies ſepti, & ad facies ſtructuræ, (*erant*) cubicula.

11. Via autem ante illa, (*erat*) ſicut aſpectus cubiculorum, quæ verſus ſeptentrionem: ſicut longitudo earum, ita latitudo earum; & (*juxta*) exitus earum, & juxta judicia earum, & juxta oſtia earum.

12. Et juxta oſtia cubiculorum, quæ verſus meridiem, oſtium (*erat*) in initio viæ, viæ (*inquam*) ante macceriam rectam; viæ orientis, quum intrant.

13. Tum dixit ad me; cubicula ſeptentrionis, cubicula meridiei, quæ (*ſunt*) ante ſeptum; hæc (*inquam ſunt*) cubicula ſanctitatis, ubi comedunt Sacerdotes, qui propinqui (*ſunt*) JEHOVÆ, Sancta Sanctorum: ib (*enim*) ponunt Sancta Sanctorum, & munus, & peccatum, & reatum; quia locus ſanctus (*eſt.*)

14. Quando intrant Sacerdotes, non exibunt ex ſancto ad atrium exterius: ſed ibi deponunt veſtes ſuas, in quibus miniſtrant; quia ſanctitas illæ; ac induunt veſtes alias, atque (*ſic*) accedunt ad ea, quæ (*ſunt*) populo.

15. Ita abſolvit menſuras domus interioris; eduxitque me via portæ, cujus facies verſus orientem, menſuſque eſt eam circumcirca.

16. Menſus (*ſcil.*) eſt plagam orienti calamo menſuræ; quingentos calamos, in calamo menſuræ, circumcirca.

17. (*Mox*) menſus eſt plagam ſeptentrionis; quingenti (*erant*) calami in calamo menſuræ circumcirca.

18. Plagam (*etiam*) meridici menſus eſt: quingenti (*erant*) calami, in calamo menſuræ.

19. Convertit (*inde*) ſe ad plagam maris, (*&c.*) menſus eſt quingentos calamos, in calamo menſuræ.

20. (*Sic*) juxta quatuor plagas menſus eſt eam: murus (*autem*) illi circumcirca; cujus longitudo, quingenti, & latitudo quingenti (*calami,*) ad diſtinguendum inter ſanctum & profanum.

CAP. XLIII.

Partes hujus Capitis quinq; ſunt. In I. Gloria Jehova intrat domum, eamq; implet. à v. 1. In II. propheta cauſam deſertæ prioris domus indicat. Suam in nova præſentiam promittit. à v. 6. In III. propheta concionem de lege domus mandat. à v. 10. In IV. deſcribit altare. à v. 13. V. Præſcribit expiationem ejus. à v. 18.

POſteà duxit me ad portam: portam (*ſcilicet.*) quæ ſpectans verſus orientem.

2. Cum, ecce, gloria DEI Iſraëlis venit à via orientis, & vox Ejus, ſicut vox aquarum multarum; terraque illuſtrata eſt à gloria Ejus.

3. Sicut autem aſpectus (*erat*) aſpectus, quem videram: ſicut (*inquam*) aſpectus, quem vidi, quum venirem ad perdendum urbem; etiamque aſpectus (*erant*) ſicut viſio, quam vidi ad fluvium Kebar: cecidi itaque ſuper facies meas.

4. Gloria autem JEHOVÆ intravit in domum, via portæ, cujus facies verſus orientem.

5. Tum ſuſtulit me ſpiritus, & introduxit me in atrium interius: quum, ecce, implevit gloria JEHOVÆ domum:

6. Audivique loquentem ad me è domo; ſimul vir fuit ſtans apud me.

7. Dixit

7. Dixit ergò ad me; fili hominis, locum throni Mei, & locum volarum pedum Meorum (*vides,*) ubi habitabo in medio filiorum Jisraëlis in æternum: nec polluent amplius domus Jisraëlis Nomen Sanctitatis Meæ; ipsi, & Reges eorum per scortationem suam, & per cadavera Regum suorum, (*&*) excelsa sua.

8. Quum dederunt limen suum cum limine Meo, & postem suum juxta postem Meum, ut (*tantum*) paries (*esset*) inter Me & inter illos: quomodo polluerunt Nomen Sanctitatis Meæ per abominationes suas, quas fecerunt; ideò consumsi eos in ira Mea.

9. Nunc (*verò*) elongabunt scortationem suam, & cadavera Regum suorum à Me: ideò habitabo in medio eorum in æternum.

10. Tu (*ergò*) fili hominis, indica domui Jisraëlis domum, ut pudefiant ob iniquitates suas, metianturque formam.

11. Quum autem pudefacti fuerint ob omnia, quæ fecerunt; formam domus, & dispositionem ejus, & exitus ejus, & introitus ejus, & omnes (*reliquas*) formas ejus; omnia item statuta ejus, & descriptiones ejus omnes, & omnes leges ejus edoce eos, & scribe in oculis eorum; ut custodiant omnem formam ejus, & omnia statuta ejus, faciantque ea.

12. Hæc (*verò est*) lex domus: super capite montis (*erit*) omnis terminus ejus; circumcirca Sanctum Sanctorum: ecce, hæc (*est*) lex domus.

13. Hæ autem mensuræ altaris in ulna; singulæ ulnæ cum palmo: gremium verò ejus, ulna, & ulna latitudo, ejusque terminus ad labrum ejus circumcirca, spithama una: atque hoc est dorsum altaris.

14. Deinde à gremio terræ usque ad prominentiam infimam duæ ulnæ, & latitudo unà ulna; at à prominentia parva usque ad prominentiam magnam, quatuor ulnæ, & latitudo ulna.

15. Porrò Ariel, quatuor ulnæ: at ab Ariele sursum, cornua quatuor,

16. Arielis verò longitudo duodecim (*ulnæ &*) in duodecim latitudo: (*nam*) quadratus (*erit*) super tuor quartis ejus.

17. Prominentiæ porrò, quatuordecim (*ulna*) longitudo, cum quatuordecim latitudinis, juxta quatuor quartas ejus; terminus verò (*ejus*) circa illam, dimidium ulnæ, & sinus ejus ulna circumquaque; at gradus ejus spectant ad orientem.

18. Tum dixit ad me; sic dixit ADONAI JEHOVIH; Hæc (*sunt*) statuta altaris, quo die fiet, ad offerendum super eo holocaustum, & aspergendum super illud sanguinem.

19. Dabis itaque Sacerdotibus Levitis, qui sunt de semine Zadoki, appropinquantibus ad Me, dictum ADONAI JEHOVIH, ad ministrandum Mihi; (*dabis, inquam,*) juvencum, filium bovis, in peccatum.

20. Deinde sumes de sanguine ejus, dabisque super quatuor cornua ejus, & super quatuor angulos prominentiæ, & super terminum circumquaque, ut mundes illud, & expies illud.

21. Posteà sumes juvencum peccati, & comburet eum (*quis*) in loco destinato domus, extra sanctuarium.

22. In die verò secundo offeres hircum capratum, integrum in peccatum, ut expient altare, sicut expiarunt per juvencum.

23. Quum verò absolveris expiare, offeres juvencum filium bovis, integrum, & arietem de grege integrum.

24. Offeres autem eos coram JEHOVAH, ut projiciant super eos Sacerdotes salem, ascendereque faciant eos (*in*) holocaustum JEHOVÆ.

25. Septem diebus facies hircum peccati in diem: item juvencum, filium bovis, & arietem de grege integros facient.

26. Septem (*inquam*) diebus; ut expient altare, illudque mundent; & impleant manus suas.

27. Quando autem absolverint dies: tum fiet in die octavo & deinceps; facient Sacerdotes super altari holocausta vestra, & pacifica vestra, & beneplacebitis Mihi; dictum ADONAI JEHOVIH.

CAP. XLIV.

Partes hujus Capitis quinq; sunt. In I. ostenditur prophetæ porta clausa pro principe. à v. 1. In II. Jehovah per prophetam exprobrat populo rebelli profanationem sacerdotij & templi. à v. 4. In III. Alienigenæ & Levitæ apostatæ à ministerio suo excludit. à v. 9. In IV. Sacerdotes DEO fideles eligit. v. 15. 16. Quibus in V. præscribit leges ministerij vitæq; & alimenta destinat à v. 17.

POsteà reduxit me via portæ sanctuarii exterioris, spectantis (*ad*) orientem, quæ verò clausa (*erat.*)

2. Tum dixit ad me JEHOVAH; porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non intrabit per eam; sed JEHOVAH, DEUS Jisraëlis, intrabit per eam; erit itaque clausa.

3. Cum principe (*tamen*) princeps ipse, (*ideò*) sedebit in ea, ad comedendum panem coram JEHOVAH: à via porticus porta intrabit, & à via [illegible] exibit.

4. Posteà duxit me via portæ septentrionis ad facies domus: ubi vidi; cum, ecce, implevit gloria JEHOVÆ domum JEHOVÆ: quare cecidi super facies meas.

5. Tum dixit ad me JEHOVAH; fili hominis, appone cor tuum, & vide oculis tuis, auribusque tuis audi omnia, quæ Ego (*sum*) locuturus tecum, quoad omnia statuta domus JEHOVÆ, & quoad omnes leges ejus: appone, inquam, cor tuum ad introitum domus, cum omnibus exitibus sanctuarii:

6. Ac loquere ad rebelles, ad domum Jisraëlis; sic dixit ADONAI JEHOVIH; nimium vobis propter [illegible] abominationes vestras, ô domus [illegible]

7. Dum [illegible] alienigenæ, præputiatos [illegible] aros carne, ut sint in Sanctuario [illegible] ad profanandum illud cum domo Mea, dumque offertis panem Meum, adipem & sanguinem, qui irritum redduit fœdus Meum per omnes abominationes vestras.

8. Neque custodivistis custodiam Sanctorum Meum, posuistisque in custodientes custodiam Meam in Sanctuario Meo, (*quasi pro vobis (sunt.)*

9. Sic dixit ADONAI JEHOVIH; ullus filius alienigenæ, præputiatus corde & præputiatus carne, non intrabit in Sanctuarium Meum, quod ad omnem filium alienigenæ, qui in medio filiorum Jisraëlis.

10. Imò, quod ad Levitas, qui elongarunt se à Me, cum aberraret Jisraël, qui aberrarunt à Me post idola eorum, portabunt iniquitatem suam.

11. Erunt enim (*quidem*) in Sanctuario Meo ministrantes, præfecturis ad portas domus, & ministrantes domui; (*sed*) illi (*tantum*) mactabunt holocaustum & sacrificium populo, iidemque stabunt (*tantum*) coram illis, ad ministrandum illis:

12. Propterea quod ministrarunt illis coram idolis eorum, fueruntque domui Jisraëlis in offendiculum iniquitatis: ideò (*namq;*) sustuli manum Meam super illos, dictum ADONAI JEHOVIH, portaturos iniquitatem suam.

13. Nimirum non accedent ad Me ad gerendum Mihi sacerdotium, & ad appropinquandum ad ulla Sancta Mea, ad Sancta Sanctorum: sed portabunt ignominiam suam, & abominationes suas, quas fecerunt.

14. Ideò dabo eos (*tantum*) custodientes custodiam domus, quoad omne opus ejus, & quoad omne, quod fit in eâ.

15. Sed Sacerdotes Levitæ, filii Zadoki, qui custodiverunt custodiam Sanctuarii Mei, quum aberrarunt filii Jisraëlis de apud Me; illi accedent ad Me, ad ministrandum Mihi; stabuntque coram Me ad offerendum Mihi adipem & sanguinem, dictum ADONAI JEHOVIH.

16. Illi (*etiam*) intrabunt in Sanctuarium Meum; & illi accedent ad mensam Meam, ad ministrandum Mihi, custodientque custodiam Meam

17. Fiet ergò: quando intrabimt ad portas atrii interioris, vestes lini induent, nec ascendet super eos lana, quando ministrabunt in portis atrii interioris & introrsum.

18. Cidares lini erunt super capite eorum, & caligæ lini erunt super lumbis eorum: non accingent se cum sudore.

19. Quando autem exibunt ad atrium exte-

exterius, ad atrium (*nimirum*) exterius ad populum, exuent vestes suas, in quibus (*erunt*) ministrantes, & reponent eas in cubiculis Sanctitaris ; induentque vestes alias, nec sanctificabunt populum vestibus suis.

20. Caput autem suum non radent, & comam non demittent ; (*sed*) tondendo tondebunt capita sua.

21. Vinum etiam non bibent ullus Sacerdos, quando intrabunt ad atrium interius.

22. Viduam porrò, aut repudiatam non accipient sibi in uxores ; sed virgines de semine domus Jisraëlis : viduam tamen, quæ fuerit vidua, á Sacerdote acciepient.

23. Populum porrò Meum docebunt inter sanctum & profanum (*discernere*;) & inter immundum mundumque (*quid interfit*) ostendent allis.

24. Super lite quoque stabunt illi ad judicandum (*&*) judiciis Meis judicabunt eum : leges quoque Meas & statuta Mea in omnibus festis Meis custodient, & Sabbatha Mea sanctificabunt.

25 Ad mortuum autem hominis non intrabit (*ullus*) ad polluendum se : tantum ob patrem, & ob matrem, & ob filium, & ob filiam, ob fratrem & ob sororem, quæ non fuerit viro (*nupta*) polluent se.

26. Et post mundationem sui septem dies numerabunt illi.

27. In die tamen, quo intrabit quis ad sanctum, ad atrium interius, ad ministrandum in sancto, offeret peccatum suum, dictum ADONAI JEHOVIH.

28. Tunc erit illis in hereditatem ; Ego (*enim*) hereditas (*ero*) eorum : unde possessionem non dabunt iis in Jisraële, Ego (*ero*) possessio eorum.

29. Mincham, & peccatum, & reatum, hæc comedent ; omne etiam devotum in Jisraële illorum erit ;

30. Item primitiæ omnium primitiarum omnium (*rerum*) de omnibus subiectionibus vestris, Sacerdotum erunt ; quin primitias massatum vestrarum dabitis Sacerdoti, ad faciendum quiescere benedictionem super domo tua.

31. Ullum cadaver aut discerptum de ave, aut de bestia non comedent Sacerdotes :

CAP. XLV.

Partes hujus (capitis quatuor sunt. Est q. I. divisio terra & hereditatum. (1.) pro Sacerdotibus. a v. 1. (2.) pro Levitis. v. 5. (3.) pro urbe. v. 6. (4.) pro principe. à v. 7. II. Lances & mensura. à v. 9. III. Sublatio in cultum divinum principi danda à v. 13. IV. Festorum sacrificia & cultus. à v. 18.

Cæterum quum sorte dividetis terram in hereditatem ; tolletis sublationem JEHOVÆ, sanctum de terra ; quantum ad longitudinem, quinque & viginti millia (*ulnarum*) longitudo (*erit*;) latitudo autem decem millia : sanctum hoc (*erit*) in omni termino ejus circum quaque.

2. Erit (*autem*) de hoc pro sancto, quingentæ (*ulnæ*) super quingentis, quadratum circumquaque : & quinquaginta ulnæ, (*erunt*) suburbium illi circumquaque.

3. Sed de mensura hac merieris longitudinem, quinque & viginti millia (*ulnarum*,) & latitudinem decem millia, intra quod sit Sanctuarium, Sanctum Sanctorum.

4. Sanctum de terra hac Sacerdotum, ministrantium sanctuario, erit, appropinquantium ad ministrandum JEHOVÆ : ut sit illis locus pro domibus, & Sanctuarium pro Sanctuario.

5. Quod verò ad quinque & viginti millia longitudinis, & decem millia latitudinis ; erit (*hoc*) Levitarum, ministrantium domui ; illorum, (*inquam*) in possessionem, (*cum*) viginti cubiculis.

6. Possessionem porrò urbis dabitis quinque millia (*ulnarum*) pro latitudine. & pro longitudine, quinque & viginti millia, pro sublatione Sanctitatis : toti domui Jisraëlis (*hoc*) erit.

7. Principi tandem de hoc & de isto, in sublationem Sanctitaris, & in possessionem urbis, respectu sublationis Sanctitatis, & respectu possessionis urbis, ab angulo maris versus mare, & ab angulo orientis versus orientem (*dabitis,*) cujus longitudo juxta unam partium, à termino maris ad terminum orientis.

8. Pro terra (*hoc*) erit illi, pro possessione in Jisraële : ut non opprimant amplius principes Mei populum Meum, sed terram dent domui Jisraëlis, juxta tribus eorum.

9. Sic (*namq;*) dixit ADONAI JEHOVIH ; Nimium vobis, ô Priucipes Jisraëlis : (*ideò*) violentiam & devastationem removete ; at judicium & justitiam facite ; tollite expulsiones vestras desuper populo Meo, dictum ADONAI JEHOVIH.

10. Lances justitiæ, & Ephah justitiæ, & Bath justitiæ erit vobis.

11. Ephæ & Bathi mensura una erit, ad tollendas decimas Chomeris pro Batho ; & decimam partem Chomeris pro Epha ; juxta (*enim*) Chomerem erit mensura tua.

12. Siclus autem (*erit*) viginti Geræ ; viginti Sicli ; quinque & viginti Sicli, quindecim Sicli, erit vobis Maneh (*libra.*)

13. Hæc (*porrò erit*) sublatio, quam tolletis ; sexta Ephæ de Chomere tritici ; sexta Ephæ de Chomere de hordeis.

14. At statutum olei (*erit*) bathus pro oleo ; decima Bathi de Koro, (*ut*) decem Bathi (*sint*) Chomer : nam decem Bathi (*sunt*) Chomer.

15. Pecus autem una (*erit*) de grege, de ducentis ex irriguis (*pascuis*) Jisraëlis, in Mincham & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum illos, dictum ADONAI JEHOVIH.

16. Omnis populus terræ erunt (*obligati*) ad sublationem hanc, pro Principe (*etiam*) in Jisraële.

17. Super Principe autem erit ; holocausta, & Minchah, & libamen, in festis, & in noviluniis, & in Sabbathis, in omnibus conventibus statis domus Jisraëlis : ille faciet peccatum, & Mincham, & holocaustum ; & pacifica ; ad expiandum pro domo Jisraëlis.

18. Sic dixit ADONAI JEHOVIH ; in primo (*mense,*) in primo (*die*) mensis, accipies juvencum, filium bovis, integrum, & expiabis Sanctuarium.

19. Deinde accipiet Sacerdos de sanguine peccati, dabitque super postem domus, & super quatuor angulos prominentiæ altaris, & super postem portæ atrii interioris.

20. Et sic faciet in septimo (*die*) in mense (*eodem,*) à vito errante & à simplice ; ut expietis domum.

21. In primo (*mense*) in quarto decimo die mensis erit vobis Pascha, festum septimanatum dierum : (*quo*) azymi comedentur.

22. Faciet ergò Princeps in die hoc pro se & pro omni populo terræ juvencum peccati :

23. Septem autem diebus festi faciet holocaustum JEHOVÆ, septem juvencos, & septem arietes integros in diem, septem diebus : & peccatum, hircum caprarum in diem.

24. Minchah autem (*erit*:) Epham in juvencum, & Epham in arietem faciet : Oleum verò (*erit,*) Hin in Epham.

25. In septimo (*mense,*) in quinto decimo die mensis, in festo, facier, sicut ista, septem diebus : sicut peccatum, ita holocaustum ; sicutque Mincham, ita oleum.

CAP. XLVI.

Partes hujus Capitis quinq; sunt. I. Præscribit modum intrandi in templum, & locum adorandi pro principe & populo. à v. 1. II. Sacrificia principis (1.) in Sabbatho. v. 4. 5. (2.) novilunio. v. 6. 7. (3.) in festis & conventibus statis. v. 11. (4.) voluntariis. v. 12. (5.) inge. v. 13. III. Modum exeundi. à v. 8. IV. Hereditatem & dona principis. à v. 16. V. Locum coquorum. à v. 19.

SIc dixit ADONAI JEHOVIH : porta atrii interioris, spectans ortum, erit clausa sex diebus operis ; sed in die Sabbathi aperietur, etiamque in die novilunii aperietur.

2. Intrabit autem Princeps via porticus portæ foris, stabitque apud postem portæ ; at Sacerdotes facient holocaustum ejus, & pacifica ejus : tum adorabit super limine portæ, & exibit : porta tamen non claudetur usque ad vesperam.

3. Adorabunt etiam populus terræ ad ostium

oſtium portæ hujus in Sabbathis & in noviluniis coram JEHOVAH.

4. Cæterum holocauſtum, quod offeret Princeps JEHOVÆ: in die Sabbathi (*erunt*) ſex agni integri, & aries integer.

5. Minchah autem, Epha pro ariete; ſed pro agnis Minchah donum manus ejus; ac oleum, Hin pro Epha.

6. Sed in die noviluunii juvencus, filius bovis, (*de*) integris & ſex agni atque aries integri erunt.

7. Epham autem pro juvenco, & Epham pro ariete faciet (*in*) Mincham; at pro agnis, prout valebit manus ejus; at oleum, Hin pro Epha.

8. Quum ergò intrabit Princeps, via porticus portæ intrabit, & in via ejus (*eadem*) exibit.

9. Quum autem intrabit populus terræ ante JEHOVAM in feſtis ſtatis, (*tum*) ingreſſus via portæ ſeptentrionis ad adorandum, exibit via portæ meridiei: ingreſſus verò via portæ meridiei exibit via portæ ſeptentrionem verſus; (*nam*) non revertetur via portæ, per quam ingreſſus eſt: ſed recta ante ſe exibit:

10. Princeps autem in medio eorum intrabit, quum intrabunt illi; ſed quum exibunt illi, exibunt.

11. In feſtis porrò & conventibus ſtatis erit Minchah; Epha pro juvenco, & Epha pro ariete, at pro agnis donum manus ejus; oleum autem, Hin pro Epha.

12. Quando verò faciet Princeps voluntarium, holocauſtum, aut pacifica; voluntarium (*inquam*) JEHOVÆ: tum aperiet illi portam, ſpectantem (*verſus*) orientem, facietque holocauſtum ejus, & pacifica ejus; ſicut faciet in die Sabbathi: quumque exibit, claudet portam, cumprimum exiverit.

13. At agnum, filium anni ſui integrum faciet holocauſtum in diem, JEHOVÆ: ſingulo mane faciet illum.

14. Mincham autem faciet ſuper illum ſingulo mane, ſextam Ephæ, oleumque tertiam Hinis, ad conſpergendum ſimilam: Minchah (*hæc erit*) JEHOVÆ: ſtatuta æternitatis jugiter.

15. Facient itaque agnum, & Mincham, & oleum ſingulo mane; (*in*) holocauſtum jugis.

16. Sic (*porrò*) dixit ADONAI JEHOVIH: quando dederit Princeps donum viro de filiis ſuis: hereditas ejus illud filiis ipſius erit; poſſeſſio eorum illud (*erit*) in hereditatem.

17. Quod ſi dederit donum de hereditate ſua alicui de ſervis ſuis, manebit illi uſque ad annum libertatis: tum reverterur ad Principem: tantum (*enim*) hereditas ejus; filiis ipſius, his (*inquam*) manebit.

18. Sed nec Princeps accipiet (*quicquam*) de hereditate populi, ad depellendum eos de hereditate eorum; de ſua (*verò*) hereditate dabit hereditatem filiis ſuis; ideò ut non diſpergantur populus Meus, vir à poſſeſſione ſua.

19. Poſteà introduxit me in introitum, qui ad latus portæ, ad cubicula Sanctitatis, ad Sacerdotes, ſpectantes verſus ſeptentrionem: ubi, ecce, locus in lateribus verſus mare.

20. Tum dixit ad me; Hic (*eſt*) locus, ubi elixabunt Sacerdotes reatum, & peccatum; ubi etiam coquent Mincham, ut non cogantur exportare in atrium exterius, ad ſanctificandum populum.

21. Deinde eduxit me in atrium exterius, & traduxit me ad quatuor angulos atrii: ubi, ecce, in ſingulis angulis atrii ſingula erant atria.

22. In quatuor (*ſcil.*) angulis atrii atria caminata: quadraginta (*ulnæ*) longitudo (*erat,*) & triginta latitudo; menſura una illis quatuor (*erat,*) angulatia ipſa.

23. Ordo autem (*erat*) circumquaque in illis, quatuor illis: (*locuſq;*) coquorum factus (*erat*) ſub ordinibus circumquaque.

24. Tum dixit ad me; Hæc (*ſunt*) domus coquorum, ubi coquent miniſtri domus ſacrificium populi.

CAP. XLVII.

Capitis hujus partes etiam quinq; ſunt. Habet autem I. aquas è templo exeuntes, & in fluvium altum exeriſcentes. à v. 1. II. Aquarum harum uſum. à v. 8. III. Arbores ripæ in cibum. v. 12. IV. Terminos terræ hereditatis. à v. 13. V. Diviſionem hereditatis inter indigenas & peregrinos. à v. 21.

Poſteà

POſteà reduxit me ad oſtium domus: ubi, ecce, aquæ (*erant*) exeuntes deſub limine domus verſus orientem: facies enim domus oriens (*erat:*) aquæ autem (*erant*) deſcendentes de-ſubter, è latere domus dextro, à meridie altaris.

2. Eduxit ergò me via portæ verſus ſeptentrionem, & circumduxit me via externa ad portam externam, via ſpectante (*ad*) orientem: ubi, ecce, aquæ (*erant*) emanantes ex latere dextro.

3. Quum (*itaq;*) exiret vir ille (*verſus*) ortum, in cujus manu linea: menſus eſt mille per ulnam; dein tranſire fecit me per aquas: (*ubi erant*) aquæ talorum (*h.e. uſq; ad talos.*)

4. Menſus mox eſt (*iterum*) mille, & tranſire fecit me per aquas: aquæ (*erant uſq; ad*) genua: menſus ergò eſt (*iterum*) mille, & tranſire fecit me; (*erant*) aquæ lumborum.

5. Menſus rurſum eſt mille; (*erat*) fluvius, quem non poteram tranſire: quia altæ (*nimis*) erant aquæ; aquæ (*ſcil.*) natationis, fluvius, qui non tranſibatur.

6. Tum dixit ad me; Num vidiſti, fili hominis? Mox duxit me, & reduxit me ſuper ripam fluvii.

7. Quum ergò (*eò*) reditem; ecce, ſuper ripa fluvii arbor (*erat*) multa valdè, hinc & illinc.

8. Tum dixit ad me; Aquæ hæ (*ſunt*) exeuntes ad terminum orientalem, deſcenduntque in planitiem, ac veniunt verſus mare, in mare emiſſæ; ut ſanentur aquæ.

9. Unde fit, quantum ad omnem animam viventem, quæ reptat, quocunque venc int fluvii, vivet: unde fit piſcis multus valdè: quia veniunt eò aquæ hæ, & ſanantur, ut vivat omne, quo venerit fluvius.

10. Fit ergò: ſtant ſuper illo piſcatores ab En-gedi, uſque ad En-Eglajim, (*cumem, quæ docuit, & que*) expanſione ſagenarum adſunt: juxta (*autem*) ſpeciem erit piſcis eorum, ſicut piſcis maris magni, multus valdè.

11. Cænoſa tamen ejus & paludes ejus (*ſunt,*) quæ non ſanantur, (*ſed*) in ſalem abeunt.

12. Porrò juxta fluvium aſcendit ſuper ripa ejus, hinc & illinc omnis arbor cibi: cujus non decidit folium, neque conſumitur fructus ejus; in menſes ſuos renaſcitur: quia aquæ ejus è Sanctuario ſunt exeuntes: unde fructus ejus eſt in cibum, & folium ejus in medicamentum.

13. Sic dixit ADONAI JEHOVIH: Hic (*eſt*) terminus, ad quem hereditabitis terram, juxta duodecim tribus Iſraëlis: Joſepho (*duo erunt*) funes.

14. Hereditabitis itaque eam, vir ſicut frater ipſius, ſuper quam ſuſtuli manum Meam, ad dandum eam patribus veſtris: adeoque cedet terra hæc vobis in hereditatem.

15. Hic, inquam, terminus terræ, quoad angulum verſus ſeptentrionem; à mari magno, per viam Chethlonis, quo venitur in Zedad.

16. Chamath, Beroth, Sibrajim, quod eſt inter terminum Damaſci, & inter terminum Chamathæ; Chazer medium, quod (*eſt*) juxta terminum Chavranis.

17. Porrò erit terminus à mari Chazer Ænon, terminus Damaſci, & ſeptentrio (*reliquus*) verſus ſeptentrionem, & terminus Chamathæ: & (*quidem*) cum angulo ſeptentrionis.

18. Angulum autem orientis ab-inter Chavranem, & ab-inter Damaſcum, & ab inter Gileadem, & ab-inter terram Iſraëlis (*ad*) Jardenem, à termino ſuper mari orientali metiemini: idque cum angulo (*ipſo*) orientis.

19. Angulus autem meridiei, verſus meridiem (*erit;*) à Thamar uſque ad aquas Meriboth (*h.e. contentionum*) Kadeſchum, hereditatem ad mare magnum: idque cum angulo meridiei verſus meridiem.

20. Tandem angulus maris (*occidentis*) mare magnum (*erit,*) à termino uſque ad Nochach, ubi venitur Chamatham. Hic terminus maris.

21. Dividetis itaque terram hanc vobis juxta tribus Iſraëlis:

22. Sed fiat, (*ut*) jacta ſorte dividatis eam in hereditatem vobis, & peregrinis peregrinantibus in medio veſtri, qui genuerunt filios in medio veſtri: unde erunt vobis, ſicut indigena in filiis Iſraëlis; (*ideoq;*)

(ideoq;) vobiſcum ſortem jacient pro hereditate in medio tribuum Iſraëlis.

23. Quare fiet, (*ut*) in tribu, cum qua peregrinus peregrinatus eſt, ibi detis hereditatem ejus; dictum ADONAI JEHOVIH.

CAP. XLIIX.

Partes hujus Capitis tres ſunt. In I. deſcribuntur termini hereditatum pro duodecim tribubus. à v. 1. ad v. 8. & à v. 23. ad 30. In II. Thruma terræ: (1.) pro Sacerdotibus & Sanctuario. à v. 8. (2.) pro Levitis, urbe & ſuburbio. à v. 13. (3.) pro principe. à v. 21. In III. exitus & porta Urbis, cum nomine ejus. à v. 30.

HÆc autem ſunt nominâ tribuum. Ab extremitate verſus ſeptentrionem, ad latus viæ Chethlonis, ubi venitur Chamatham, Chazer Enon, terminus Damaſci; verſus ſeptentrionem, ad latus Chamathæ, cui erunt (*verſus*) angulum orientis, (*terminis*) mare, (*erit*) Dan unus.

2. Inde juxta terminum Danis, ab angulo orientis,, uſque ad angulum matis, Aſcher (*erit*) unus.

3. Inde juxta terminum Aſcheris, ab angulo orientem verſus, & uſque ad angulum verſus mare, Naphthali (*erit*) unus,

4. Inde juxta terminum Naphthali, ab angulo orientem verſus, uſque ad angulum verſus mare, (*erit*) Menaſcheh unus.

5. Inde juxta terminum Menaſcheh, ab angulo verſus orientem, uſque ad angulum verſus mare, Ephrajim (*erit*) unus.

6. Inde juxta terminum Ephrajim, ab angulo orientis, uſque ad angulum verſus mare, Ruben (*erit*) unus.

7. Inde juxta terminum Rubenis ab angulo orientis, uſque ad angulum verſus mare, Jehudah (*erit*) unus.

8. Juxta autem terminum Jehudæ, ab angulo orientis, uſque ad angulum verſus mare, erit Thrumah (*i.e. ſublatio,*) quam tolletis, quinque (*ſcil.*) & viginti millia (*ulnarum,*) latitudo & longitudo, ſicut una partium, ab angulo verſus orientem, uſque ad angulum verſus mare: eritque Sanctuarium in medio ejus.

9. Thrumæ, quam tolletis JEHOVÆ, longitudo (*erit*) quinquo & viginti millia (*ulnarum;*) at latitudo decem millia.

10. Horum autem erit Thrumah Sanctitatis; Sacerdotum, verſus ſeptentrionem, quinque & viginti millia; at verſus mare, latitudo decem millia; itemque verſus orientem, latitudo decem millia, tandem verſus meridiem, longitudo quinque & viginti millia; ut ſit Sanctuarium JEHOVÆ in medio ejus.

11. Sacerdotum (*erit*) Sanctuarium, de filiis Zadoki, qui cuſtodiverunt cuſtodiam Meam, (*&*) qui non aberraruntcum aberrarunt filii Iſraëlis, ſicut aberraruntLevitæ.

12. Erit itaque illorum Thrumah de Thrumah terræ, Sanctum Sanctorum, juxta terminum Levitarum.

13. Levitis porrò, juxta terminum Sacerdotum (*erunt*) quinque & viginti millia pro longitudine, & pro latitudine decem millia: omnis longitudo (*erit*) quinque & viginti millia, & latitudo decem millia.

14. Sed non vendent de illo (*quicquam,*) neque permutabit (*quis,*) neque tranſibunt primitiæ terræ: quia ſanctum (*eſt*) JEHOVÆ.

15. Quinque autem millia, (*hoc eſt*) reſiduum in latitudine ante viginti quinque millia, profanum erit pro urbe, in habitationem & in ſuburbium: ut ſit urbs in medio ejus: *videat, quod communè.*

16. Sit hæ (*ſunt*) menſuræ ejus: angulus ſeptentrionis, quingentæ (*ulna*) & quatuor millia; & angulus meridiei, quingentæ (*ulna*) & quatuor millia; & ab angulo orientis, quingentæ (*ulna*) & quatuor millia; denique angulus maris quingentæ (*ulna*) & quatuor millia.

17. Erit porrò ſuburbium urbi, verſus ſeptentrionem, quinquaginta & ducentæ (*ulna,*) & verſus meridiem, quinquaginta & ducentæ; & verſus orientem quinquaginta & ducentæ; denique verſus mare, quinquaginta & ducentæ;

18. Reſiduum verò de longitudine, juxta Thrumam Sanctitatis (*ſcil.*) decem millia (*ulnarum*) verſus orientem, & decem millia verſus mare, manebit juxta Thrumam Sanctitatis, ut ſit proventus ejus in panem pro operatoribus urbis.

19. Quod namque ad operatores urbis; operabantur in ea de omnibus tribubus Iſraëlis.

20. Tota (*itaq;*) Thrumah (*erit*) quinque & viginti millia, in quinque & viginti millia: quadratam (*enim*) tolletis Thrumam Sanctitatis ſuper poſſeſſione urbis.

21 Reliquum autem Principis (*erit,*) hinc & illinc juxta Thrumam Sanctitatis & juxta poſſeſſionem urbis ad facies quinque & viginti millium Thrumæ, uſque ad terminum verſus orientem, & verſus mare; ad facies (*inquam*) quinque & viginti millium ſuper termino verſus mare, juxta partes Principis (*erit,*) ut ſit Thrumah Sanctitatis, & Sanctuarium domus in medio ejus.

22. A poſſeſſione quoque Levitarum, à poſſeſſione urbis, in medio (*ejus*) quod Principis erit; inter terminum Jehudæ, & inter terminum Benjaminis, Principis erit.

23. Porrò quod ad reliquas tribus: ab angulo verſus orientem, ad angulum verſus mare, Benjamin (*erit*) unus.

24. Et juxta terminum Benjaminis, ab angulo verſus orientem, uſque ad angulum verſus mare, Schimeon unus.

25. Et juxta terminum Schimeonis, ab angulo verſus orientem, uſque ad angulum verſus mare, Iſſachar unus.

26. Et juxta terminum Iſſachatis, ab angulo verſus orientem, uſque ad angulum verſus mare, Sebulun unus.

27. Et juxta terminum Sebulunis, ab angulo orientis, uſque ad angulum verſus mare, Gad unus.

28. Et à termino Gadis, ad angulum meridiei verſus meridiem (*quod attinet:*) erit terminus à Thamar, aquis Meribath (*h.e. contentionis*) Kadeſch, hereditas ad mare magnum.

29. Hæc (*eſt*) terra, quam ſorte dividetis de hereditate pro tribubus Iſraëlis; & hæ (*ſunt*) partes eorum; dictum ADONAI JEHOVIH.

30. Hi autem (*ſunt*) exitus urbis; ab angulo ſeptentrionis, quingentæ (*ulnæ*) & quatuor millia, menſura (*erit.*)

31. Portæ verò urbis, juxta nomina tribuum Iſraëlis (*hæ ſunt:*) Portæ tres verſus ſeptentrionem, (*ſcil.*) porta Rubenis una, porta Jehudæ una, porta Levi una.

32. Et ad angulum verſus orientem, quingentæ ulnæ & quatuor millia: ubi portæ tres, (*ſcil.*) porta quidem Joſephi una, porta Benjaminis una, porta Danis una.

33. Et angulus verſus meridiem (*eſt*) quingentæ (*ulna*) & quatuor millia, (*quoad*) menſuram; ubi portæ tres; (*ſcil.*) porta Schimeonis una, porta Iſſachatis una, porta Sebulunis una.

34. Angulus (*denig,*) verſus mare quingentæ (*ulna*) & quatuor millia: (*ubi*) portæ eorum tres; (*ſcil.*) porta Gadis una, porta Aſcheris una, porta Naphthali una.

35. Circuitus (*eſt*) octodecim millia: nomen tandem urbis à die (*ſuo:*) JEHOVAH ſchammah (*h.e. Jehovah ibi eſt.*)

DANIJE.

DANIJELIS.

CAPUT I.

Partes hujus Capitis tres sunt. In I. Daniel cum sociis Babelem abductus destinatur à Nebucadnezare educationi aulicæ & ministerio. à v. 1. In II. mutat cibum Regium cum leguminibus ad vitandum immunditiem. à v. 5. In III. Regi sistitur cum sociis, & præ omnibus aliis placet, à v. 18.

IN anno tertio regni Jehojakimi, Regis Jehudæ, [a] venit Nebucadnezar, Rex Babelis, Hierosolymam, & obsedit eam.

a) 2. Reg. 24, 1. 2. Par. 36, 10.

2. Dedirque Dominus in manum ejus Jehojakimum, Regem Judæ, & partem vasorum domus DEI: qui deduxit eos (*in*) terram Schinear, (*ad*) domum dei sui; deinde vasa deduxit (*in*) domum thesaurorum dei sui.

3. Posteà dixit Rex Aschpenaso præcipuo Eunuchorum suorum, ut adduceret de filiis Jisraël, & de semine regio, & de satrapis;

4. Pueros, in quibus non (*esset*) macula, & bonos aspectu, & intelligentes in omni sapientia, & scientes scientiam, & intelligentes cognitionem: & quibus (*esset*) facultas, stándi in palatio Regis; & ad docendum eos scripturam, & linguam Chaldæorum.

5. Destinavit quoque iis Rex verbum diei in die suo, de cibo Regis, & de vino potuum ejus, & ad educandum eos annos tres: ubi quidam eorum consistere deberent coram Rege.

6. Fuit autem inter eos de filiis Judæ, Danijel, Chananjah, Mischaël, & Asarjah.

7. Sed imposuit eis princeps Eunuchorum cognomina; imposuit namque Danijeli (*nomen*) Beltescbazar, & Chananjæ, Schadrach, & Mischaëli, Meschach, & Asarjæ Abed Nego.

8. Tum posuit Danijel super cor suum, quod non immundum redditurus se esset per cibum Regis, & per vinum potuum ejus: ideoque petiit à principe eunuchorum, ut non cogeretur immundum se reddere.

9. Deditque DEUS Danijelem in gratiam & misericordias coram principe Eunuchorum.

10. Dixit enim quidem princeps Eunuchorum Danieli: Timens (*sum*) ego dominum meum Regem, qui destinavit cibum vestrum, & potus vestros: Quare enim videbit facies vestras tristiores præ pueris, qui juxta similitudinem vestram, & reum facietis caput meum Regi?

11. Sed quum diceret Danijel ad Melzarem, quem præfecit princeps Eunuchorum super Danijelem, Chananjam, Mischaëlem, & Asarjam,

12. Tenta, quæso, servos tuos dies decem, ita ut dent nobis legumina, quæ comedamus, & aquam, quam bibamus.

13. Videanturque coram facie bus tuis vultus nostri, & vultus puerorum, qui comedunt cibum Regis, & prout videris, fac cum servis tuis.

14. Obedivit ergò eis quoad verbum hoc, & tentavit eos dies decem.

15. A fine itaque dierum decem aspectus eorum bonus fuit, & (*ipsi*) obesi carnem; præ omnibus pueris, comedentibus cibum Regis.

16. Quare fuit Melzar auferens cibum eorum, & vinum potuum eorum, & dans (*constanter*) eis legumina.

17. Pueris verò his quatuor; dedit (*inquam*) iis DEUS cognitionem, & intellectum in omni scriptura & sapientia; insuper Danijel intellexit omnem visionem & somnia.

18. Cæterum à fine dierum, quos dixit Rex, ut adducerent eos; adduxit eos Princeps Eunuchorum, ante Nebucadnezarem.

19. Locutusque est cum iis Rex; nec inventus est de omnibus, sicut Danijel, Chananjah, Mischaël & Asarjah: cum namque starent coram Rege;

20. (*Quoad*) omne verbum sapientiæ intelligentiæ, quod quæsivit ex iis Rex, deprehendit eos decem vicibus (*esse*) supra omnes Astrologos, & divinatores, qui in omni regno ejus (*erant.*)

21. Fuit itaque (*ibi*) Danijel usque in annum primum Cyri Regis.

CAP. II.

Capitis hujus Partes sunt duæ. I. Acta Nebucadnezaris cum Astrologis suis. A quibus (1.) somnium statua oblivioni traditum revocari in memoriam petit, addita ejus interpretatione. à v. 1. Illis verò (2.) se excusantibus indignatur. à v. 4. II. Acta Ejusdem cum Danijele. Qui (1.) se effert. à v. 14. (2.) somnium enarrat. à v. 24. (3.) interpretatur etiam. à v. 36. (4.) Quare à Rege honoratur. à v. 40.

POsteà in anno secundo regni Nebucadnezaris somniavit Nebucadnezar somnia: quibus turbatus est spiritus ejus, & somnus ejus fractus est super eo.

2. Dixit itaque Rex, ut vocarent Astrologos, & divinatores, & pæstigiatores, & Chaldæos, ut annuntiarent Regi somnia ejus: qui venerunt, & constiterunt coram Rege.

3. Tum dixit iis Rex; somnium somniavi, & turbatus est spiritus meus, ut sciam somnium.

4. Sed dixerunt Chaldæi Regi Syriace; Rex in secula vive: dic somnium servis tuis; tum interpretationem dicemus.

5. Respondit Rex, dixitque Chaldæis; Verbum à me abiit: si non notum feceritis mihi somnium & interpretationem ejus, frusta fietis, & domus vestræ sterquilinium ponentur.

6. Quod si somnium & interpretationem ejus indicaveritis, dona, & honoratium, & gloriam multam accipietis à coram me: quare somnium & interpretationem ejus indicate mihi.

7. Respondérunt secundum, & dicentes (*fuerunt*;) Rex somnium dicat servis suis, & interpretationem (*ejus*) indicabimus.

8. Respondens (*fuit*) Rex, & dicens; ex certò (*certè*) cognoscens (*sum*) ego, quod tempus vos (*fitis*) redimentes: eò quod vidistis, quod abiverit à me verbum.

9. At si somnium non notum feceritis mihi, unum esto decretum de vobis; ideò quod verbum, mendacium, & perversitatem constituistis apud vos dicere coram me, usque dum tempus mutetur: quare somnium dicite mihi, ut cognoscam, quod interpretationem ejus indicaturi sitis.

10. Respondérunt Chaldæi coram Rege, & dicentes (*fuerunt*;) Non est homo super arida (*terra,*) qui verbum Regis possit indicare: quamobrem ullus Rex, Magnas, aut dominator verbum, sicut hoc, non petiit ullum Astrologum, aut divinatorem, aut Chaldæum.

11. Nam verbum, quod Rex petens, (*est*) grave, & alius non est, qui indicet illud coram Rege, præter Deos, quorum habitatio cum carne non est.

12. Quapropter Rex indignatus est, & efferbuit valdè; dixitque, perditurum omnes sapientes Babelis.

13. Unde edictum editum est, & sapientes occisi (*sunt:*) quæsiveruntque Danijelem & socios ejus, ut occiderentur.

14. Tum Danijel dedit consilium, & rationem ejus Arjocho, principi satellitum Regis, qui exiverat ad occidendum sapientes Babelis:

15. Respondit & dixit Arjocho, præfecto Regis, quare edictum festinatum (*est*) à coram Rege? Tum verbum notum fecit Arjochus Danijeli.

16. Ideò Danijel intravit & petiit à Rege, ut tempus daret sibi; interpretationem enim indicaturum esse Regi.

17. Posteà Danijel domum suam abiit, & Chananjæ, Mischaëli, & Asarjæ, sociis suis verbum notum fecit.

18. Ut misericordias peterent à coram DEO cœlorum, super arcano hoc; ut non perde-

perderent Danijelem & ſocios ejus, cum reliquis Sapientibus Babelis.

19. Tunc (*ergò*) Danijeli in viſione noctis arcanum revelatum eſt: ideò Danijel benedixit DEO cœlorum.

20. Reſpondit (*enim*) Danijel, & dixit; Eſto Nomen Ejus, DEI, benedictum, à ſeculo in ſeculum: quia ſapientia & potentia eſt Ipſius.

21. Ipſeque mutat tempora & momenta (*eorum;*) deturbat Reges, & excitat Reges; dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam ſcientibus intelligentiam.

22. Ipſe revelat profunda & abſcondita: nôvit, quid in tenebris, & lux cum eo habitat.

23. Tibi, DEUS patrum meorum confiteor, & laudo ego, quod ſapientiam & potentiam dediſti mihi, & nunc notum feciſti mihi, quod petiimus à Te, dum verbum Regis notum feciſti nobis.

24. Quapropter Danijel intravit ad Arjochum, quem præfecerat Rex, ut perderet Sapientes Babelis: abiit (*inquam,*) & ſic dixit ei; Sapientes Babelis ne perdito; introduc me ante Regem; interpretationem enim Regi indicabo.

25. Tunc Arjochus cum feſtinatione introduxit Danijelem ante Regem, & ſic dixit ei; inveni virum de filiis migrationis Jehudæ, qui interpretationem Regi indicaturus eſt.

26. Reſpondit Rex & dixit Danijeli, cujus nomen (*eſt*) Belteſchazar; num tu potes notum facere mihi ſomnium, quod vidi, & interpretationem ejus?

27. Reſpondens (*ſuit*) Danijel coram Rege, & dicens; arcanum, quod Rex petit, non ſapientes, divinatores, Aſtrologi, deciſores poſſunt indicare Regi.

28. Verum eſt DEUS in cœlis, revelans arcana, & notificavit Regi Nebucadnezari, quid futurum ſit in poſteriotitate dierum: ſomnium tuum, & viſiones capitis tui ſuper lecto tuo hoc eſt.

29. Te Regem (*quod attinet,*) cogitationes tuæ ſuper lecto tuo aſcenderunt, quid (*eſſet,*) quod futurum eſſet poſt hoc: qui itaque revelat arcana, notum fecit tibi, quid (*ſit,*) quod futurum.

30. Me verò (*quod attinet;*) non propter ſapientiam, quæ ſit in me præ omnibus viventibus, arcanum hoc revelatum eſt mihi; ſed propterea, ut interpretationem Regi notam faciant, & cogitationes cordis tui cognoſcas.

31. Tu Rex videns fuiſti, &, ecce, ſtatua una magna (*erat:*) ſtatua hæc (*ſuit*) magna, & ſpecies ejus excellens ſtans è regione tui; & aſpectus ejus formidabilis.

32. Hujus ſtatuæ caput, auri (*erat*) boni; pectus ejus, & brachia ejus, argenti: venter ejus, & femora ejus, æris.

33. Crura ejus, ferri; pedes ejus ex parte ſui, ferri, & ex parte ſui, argillæ.

34. Videns fuiſti, uſque dum exciſus eſt lapis, qui non per manus (*exciſus eſt,*) & percuſſit ſtatuam ſuper pedes ejus, qui ferrum & argilla (*erant,*) & contrivit eos.

35. Tunc contrita ſunt ſimul ferrum, argilla, æs, argentum & aurum; factaque ſunt ſicut palea de areis æſtatis, ita ut abſtulerit ea ventus, & ullus locus non inventus ſit illis: Lapis autem, qui percuſſit ſtatuam, factus eſt in petram magnam, & implevit omnem terram.

36. Hoc (*eſt*) ſomnium: cujus interpretationem dicet (*DEUS per me*) coram Rege.

37. Tu Rex, (*es*) Rex Regum: quia DEUS cœlorum, regnum, fortitudinem, & robur & honorem dedit tibi.

38. Et in omnibus (*locis,*) ubi habitant, filios hominis, beſtiam agri & avem cœlorum dedit in manum tuam, & dominari fecit te in omnes: Tu (*itaq;*) es caput (*ejus, ſtatuæ,*) quod aurum.

39. Poſt te autem ſurget regnum alterum inferius tuo, & regnum tertium aliud, quod æs; quod dominabitur in omnem terram.

40. At quartum regnum erit validum, ſicut ferrum, propterea quod ferrum conterit, & infirmat omnia: itaque ſicut ferrum quod contundit omnia iſta, conteret & contundet.

41. Quod autem vidiſti pedes, & digitos ex parte ſui argillam figuli, & ex parte ſui ferrum: regnum diviſum erit, & de plantario (*fundamento*) ferri erit in eo:

propterea quod vidiſti ferrum mixtum cum argilla luti:

42. Quodque digiti pedum ex parte ſui ferrum, & ex parte ſui argilla: ex parte (*ſui*) regnum erit validum, & ex parte ſui erit fractum.

43. Item quod vidiſti ferrum mixtum cum argilla luti, commiſcebunt ſe per ſemen hominis; ſed non cohærebunt unum cum altero: quemadmodum ferrum non commiſceretur cum argilla.

44. Sed in diebus Regum horum, ſurgere faciet DEUS cœlorum regnum, quod in ſecula non perdetur, & regnum ejus populo alii non permitterur: conteret & conſumet omnia iſta regna; ipſum autem ſtabit in ſecula.

45. Propterea quod vidiſti, quod de petra exciſus eſt lapis, qui non per manus, & contrivit ferrum, æs, argillam, argentum & aurum, DEUS magnus notum fecit Regi id, quod futurum eſt poſthac: certum namque (*eſt*) ſomnium, & fidelis interpretatio ejus.

46. Tunc Rex Nebucadnezar cecidit ſuper facies ſuas, & Danijelem adoravit: & oblationem ac hoſtias quietis, dixit, ut ſacrificarent ei.

47. Reſpondit (*enim*) Rex Danijeli, & dixit; ex veritate (*eſt*) quod DEUS veſter ſit DEUS Deorum, & Dominus Regum, & revelans arcana: quia potuiſti revelare arcanum hoc.

48. Tum Rex Danijelem magnum fecit, & dona magna (*ac*) multa dedit ei, & dominari eum fecit ſuper omnes provincias Babelis: & principem Antiſtitum ſuper omnes Sapientes Babelis.

49. Danijel autem petiit à Rege: qui præfecit ſuper opus provinciarum Babelis, Schadrachum, Meſchachum & Abed-Negonem: Sed Danijel in porta Regis (*erat.*)

CAP. III.

Partes hujus Capitis quatuor ſunt. In I. Nebucadnezar ingentem ſtatuam adorandam erigit: cui ab omnibus, præter ſocios Danijelis Judæos, paretur. à v. 1. Propterea in II. à Chaldæis accuſantur, à Rege ad fornacem ardentem condemnantur, ſed ſalvi manent. à v. 8. Unde in III. Rex obſtupefcens DEUM ipſorum ab omnibus coli mandat ipſoſq; evehit. à v. 28. In IV. eſt Titulus reſcripti Regij. cap. 4. à v. 31.

(*Poſteà*) Nebucadnezar Rex fecit ſtatuam auri: altitudo ejus, ulnæ ſexaginta; latitudo ejus ulnæ ſex: Hanc erexit in valle Dura in provincia Babelis.

2. Dein Nebucadnezar Rex miſit ad congregandum Satrapas, Antiſtites, præfectos, judices, quæſtores, conſiliarios, exactores & omnes dominatores provinciarum; ut venirent ad initiationem ſtatuæ, quam erexerat Nebucadnezar Rex.

3. Tunc congregari ſunt Sarrapæ, Antiſtites, & præfecti, judices, quæſtores, conſiliarii, exactores, & omnes dominatores provinciarum, ad initiationem ſtatuæ. quam erexerat Nebucadnezar Rex: & ſtabant ante ſtatuam, quam erexerat Nebucadnezar.

4. Præco autem clamabat ex (*omnibus*) viribus; vobis dicunt, populi, genres & linguæ.

5. In tempore, quo audietis vocem cornu, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalteriorum & ſymphoniæ, & omnia genera cantus: procideris, & adorabitis ſtatuam auri, quam erexit Nebucadnezar Rex.

6. Is enim, qui non procideriſ, & adoraverit: in ea ipſa hora projicietur in medium fornacis ignis ardentis.

7. Propterea in eo tempore, quo audiverunt omnes populi, vocem cornu, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalteriorum, & omnia genera cantus; prociderunt omnes populi, gentes & linguæ, adorantes ſtatuam auri, quam erexerat Nebucadnezar Rex,

8. Propterea in eo ipſo tempore acceſſerunt viri, Chaldæi, & accuſarunt Judæos.

9. Reſponderunt, & dicentes (*fuerunt*) Nebucadnezari Regi, Rex, in ſecula vive.

10. Tu Rex poſuiſti decretum, ut omnis homo, qui audiverit vocem cornu, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalteriorum & ſymphoniæ, & omnia genera cantus, procidat & adoret ſtatuam auri.

11. Et (*uz*) is, qui non procideriſ, & adoraverit, conjiciatur in medium fornacis ignis ardentis.

12. Sunt

12. Sunt viri Judæi, quos constituisti super opus provinciæ Babelis, Schadrach, Meschach & Abed-Nego: viri hi non posuerunt super te, Rex, animum: Deum tuum non colunt, & statuam auri, quam erexisti, non adorant.

13. Tum Nebucadnezar cum ira & excandescentia dixit, ut adducerent Schadrachum, Meschachum & Abed-Negonem: tunc viri hi adducti sunt ante Regem.

14. Respondens (*fuit*) Nebucadnezar, & dicens illis; Verène Schadrach, Meschach, & Abed-Nego, Deum meum non estis colentes, & statuam auri, quam erexi, non adorantes?

15. Nunc, si eritis parati, ut in tempore, quo audiveritis vocem cornu, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterii orum & symphoniæ, & omnia genera cantus: procidatis, & adoretis statuam, quam feci, (*benè erit:*) Si verò non adoraveritis, in ea ipsa hora projicieinini in medium fornacis ignis ardentis: Et quis ille Deus, qui eripiet vos è manibus meis?

16. Responderunt Schadrach, Meschach & Abed-Nego, & dicentes (*fuerunt*) Regi; Nebucadnezar, non opus habemus nos super hoc verbo respondere tibi.

17. Ecce est Deus noster, quem nos colimus, potens ad eripiendum nos: è fornace ignis ardente, & è manu tua, Rex, eripiet:

18. Si verò non: notum esto tibi; Rex, quod deum tuum non simus culturi, & statuam auri, quam erexisti, non adoraturi.

19. Tunc Nebucadnezar impletus est excandescentia, & species facietum ejus commutata super Schadracho, Meschacho & Abed-Negone: (*ideò*) respondens (*fuit,*) & dicens, ad accendendum fornacem septies, ultra quod solebat accendi.

20. Viris autem potentibus robore, qui in exercitu ejus, dixit, ut ligarent Schadrachum, Meschachum, & Abed-Negonem, ad conjiciendum in fornacem ignis ardentem.

21. Tunc viri isti ligati sunt in chlamydibus suis, femoralibus suis, & tegumentis (*capitii*) suis, & vestibus suis (*reliquis,*) & projecti sunt in medium fornacis ignis ardentis.

22. Propterea autem, quod verbum Regis festinatum (*est,*) & fornax accensa valdè; viros istos, qui miserunt Schadrachum, Meschachum, & Abed-Negonem in incendium, occidit eos (*inquam*) flamma ignis.

23. Sed viri hi tres, Schadrach, Meschach & Abed-Nego, ceciderunt in medium fornacis ignis ardentis ligati.

24. Tunc Nebucadnezar Rex obstupuit, & stetit in perturbatione: (*ideò*) respondens (*fuit,*) & dicens gubernatoribus suis; annon viros tres conjecimus in medium ignis ligatos? Respondentes (*fuerunt,*) & dicentes Regi; Certum (*est*) Rex.

25. Respondens (*ergò fuit*) & dicens; Ecce, ego videns (*sum*) viros quatuor, solutos ambulantes in medio ignis, & corruptio non est in iis: species autem quarti similis est filio Deorum.

26. Tunc accessit Nebucadnezar ad ostium foraacis ignis ardentis; respondens (*fuit*) & dicens; Schadrach, Meschach, & Abed-Nego, servi Dei Altissimi, exite & venite: Tunc (*fuerunt*) egredientes Schadrach, Meschach, & Abed-Nego è medio ignis:

27. Congregatique (*sunt*) Satrapæ, Antistites, & præfecti, & gubernatores (*duces*) Regis: videntes (*fuerunt*) viros istos, quod non dominatus fuisset ignis in corpora eorum, & crinis capitis eorum non adustus, & chlamydes eorum non mutatæ; nec odor (*quidem*) ignis transiisset in eos.

28. (*Quare*) respondens (*fuit*) Nebucadnezar, & dicens; Benedictus Deus eorum, (*scil.*) Schadrachi, Meschachi, & Abed-Negonis: qui misit Angelum suum, & eripuit servos suos, qui confisi fuerunt super Ipso: quando verbum Regis neglexerunt, & tradiderunt corpora sua, ut non colerent, nec adorarent ullum Deum, præter Deum suum.

29. A me itaque positum (*esto*) decretum, ut omnis populus, gens, & lingua, qui dixerit errorem contra Deum eorum

(*Scil.*) Schadrachi, Meschachi, & Abed-Negonis, frusta fiat, & domus ejus sterquilinium ponatur: propterea quod non est Deus alius, qui possit liberare, sicut hic.

30. Tunc Rex promovit Schadrachum, Meschachum & Abed-Negonem in provincia Babelis.

31. (*Scripsit postea Rex:*) Nebucadnezar Rex omnibus populis, gentibus & linguis, qui habitant in omni terra, pax vestra augeatur.

32. Signa & mirabilia, quæ fecit mecum Deus Altissimus, placuit coram me, indicare,

33. (*Nam*) signa Ejus quam magna sunt, & mirabilia Ejus, quam potentia? Regnum Ejus (*est*) regnum seculi, & dominium Ejus cum seculo & seculo.

CAP. IV.

Est in hoc Capite Epistola Nebucadnezaris, cujus titulus Cap. prac. à v. 31. Partes autem habet duas. In I. ipsa est Regis Epistola seu rescriptum. In quo (1.) *narratur somnium Regis de arbore. à v. 1.* (2.) *Ejus interpretatio à Danjele data. à v. 15. In II. Consequentia. Ubi* (1.) *consilium Danjelis. v. 24.* (2.) *Eventus somnij. à v. 25.* (3.) *Nebucadnezaris conversio. v. ult.*

EGo Nebucadnezar quietus eram in domo mea, & virens (*vegetus*) in palatio meo.

2. (*Cum*) somnium vidi, quod terruit me, & cogitationes super cubili meo, & visiones capitis mei perturbarunt me.

3. A me itaque positum (*est*) decretum, ut introducerent ante me omnes Sapientes Babelis, ut interpretationem somnii notam facerent mihi.

4. Tunc ingressi (*sunt*) Astrologi, divinatores, Chaldæi, & decisores: somnium que dicens (*fui*) ego ante ipsos: sed interpretationem ejus non (*fuerunt*) notam facientes mihi.

5. Tandem verò ingressus est ante me Danijel, cujus nomen Beltescazar, juxta nomen dei mei; & in quo Spiritus deorum sanctorum (*est:*) Somnium itaque coram eo dixi.

6. Beltescazar, princeps Astrologorum, quia ego scio, quod spiritus deorum sanctorum in te (*sit,*) & ullum arcanum non difficile (*sit*) tibi, visiones somnii mei, quod vidi, & interpretationem ejus dic.

7. Visiones autem capitis mei super cubili meo (*ha sunt:*) videns fui; cum, ecce, arbor in medio terræ (*fuit,*) & altitudo ejus magna.

8. Crevit arbor, & robusta facta est, ut altitudo ejus pertigerit usque ad cœlum, & prospectus ejus ad finem omnis terræ.

9. Folium ejus pulchrum, & flos ejus multus, & cibus omnibus in ea (*erat:*) sub illa umbram habebat bestia agri, & in ramis ejus habitabant aves cœli: & ex ea alebatur omnis caro.

10. Videns fui in visionibus capitis mei super cubili meo; &, ecce, vigil & sanctus de cœlo descendens (*erat.*)

11. Clamans (*erat*) ex viribus, & sic dicens; excidite arborem, & amputate ramos ejus; discutite folium ejus, & dispergite florem ejus: fugiat bestia à sub ea, & aves à ramis ejus.

12. Verum stirpem radicum ejus in terra relinquite, & in vinculo ferri & æris, in herba agri: & in rore cœlorum tingatur; & cum bestia pars ejus (*sit*) in gramine terræ.

13. Cor ejus ab homine mutabunt, & cor bestiæ dabitur ei; dum septem tempora transibunt super eum.

14. Per decretum vigilum verbum (*factum,*) & per dictum Sanctorum (*est*) quæsitum: usque dum noverint viventes, quod Dominus (*sit*) Altissimus in regno hominis, & cui vult, det illud, ut humillimum hominum exciter super illud.

15. Hoc somnium vidi ego Rex Nebucadnezar: tu ergò, Beltescazar, interpretationem ejus dic: quoniam omnes sapientes regni mei non possunt interpretationem notam facere mihi: tu verò potes, quia spiritus deorum sanctorum in te (*est.*)

16. Tum Danijel, cujus nomen (*est*) Beltescazar, obstupuit circiter horam unam, & cogitationes ejus perturbarunt eum: (*cumq;*) responderet Rex, & diceret;

Belte-

Belteſchazar, ſomnium & interpretatio ejus ne perturbet te: *(poſteà)* reſpondens *(fuit)* Belteſchazar, & dicens; Domine mi, ſomnium *(utinam datum eſſet)* oſoribus tuis, & interpretatio ejus inimicis tuis.

17. Arbor, quam vidiſti, quod creverit, & robuſta facta ſit, ita ut altitudo ejus attingerer cœlos, & proſpectus ejus in omnem terram.

18. Folium autem ejus *(fuerit)* pulchrum, & flos ejus multus, & cibus omnibus in ea: ſub ea habitaverit beſtia agri, & in ramis ejus habitaculum habuerint aves cœlorum.

19. *(Hæc)* tu es Rex, qui creviſti & robuſtus factus es; ita ut magnitudo tua creverit, & pervenerit ad cœlos, & dominium tuum ad finem terræ.

20. Quod verò vidit Rex vigilem, & ſanctum deſcendentem è cœlis, & dicentem; Excidite arborem, & perdite eam ſed ſtirpem radicum ejus in terra relinquite, & in vinculo ferri & æris, in herba agri; & in rore cœlorum tingatur, & cum beſtia agri pars ejus, uſque dum ſeptem tempora tranſibunt ſuper eam.

21. Hæc *(eſt)* interpretatio, Rex, nimirum decretum Altiſſimi eſt, quod venit ſuper dominum meum, Regem.

22. Te namque expellent ab homine, & cum beſtia agri futura eſt habitatio tua, & herbam, ſicut boves, guſtare te facient, & à rore cœlorum te ſinent tingi, atque ſeptem tempora tranſibunt ſuper te, uſque dum cognoſcas, quod dominator *(ſit)* Altiſſimus in regnum hominis, & ei, cui vult, der illud.

23. Quod porrò dixerunt, ut relinquerent ſtirpem radicum arboris. *(hoc vult;)* Regnum tuum tibi manebit, ex quo cognoveris, quod dominatores *(ſint)* cœli.

24. Quare Rex conſilium meum placeat tibi, ut peccata tua in juſtitiam abrumpas *(mutes,)* & iniquitates tuas in miſereri *(miſerationem)* afflictorum: ſi futura ſit diuturnitas tranquillitati tuæ.

25. Omne *(hoc)* pervenit ſuper Nebucadnezarem Regem.

26. Sub finem *(enim)* menſium duodecim, ſuper palatio regni Babelis, ambulans fuit:

27. *(Atq;)* reſpondens Rex & dicens; nonne hæc eſt Babel magna, quam ego ædificavi in domum *(ſedem)* regni, per robur fortitudinis meæ, & in gloriam honoris mei?

28. Adhuc verbum in ore Regis, *(cum)* vox è cœlis cecidit; Tibi dicentes *(ſunt)* Nebucadnezar Rex; regnum tranſivit de te.

29. Et ab homine expellent te, & cum beſtia agri *(erit)* habitatio tua: herbam ſicut boves, te guſtare facient, & ſeptem tempora tranſibunt ſuper te; uſque dum ſcias, quod dominator *(ſit)* Altiſſimus in regnum hominis, & ei, cui vult, det illud.

30. In ea *(ipſa)* hora verbum impletum eſt ſuper Nebucadnezare: nam ab homine expulſus eſt, ut herbam, ſicut boves, comederet, & à rore cœlorum corpus ejus tingeretur; uſque dum crinis ejus, ſicut aquilarum *(penna)* creſceret, & ungues ejus ſicut avium.

31. Sed ſub finem dierum ego Nebucadnezar oculos meos in cœlum ſuſtuli, & ratio mea ſuper me rediit, & Altiſſimo benedixi, & Viventem *(in)* ſecula laudavi & honoravi: Cujus dominium *(eſt)* dominum ſeculi, & regnum Ejus cum generatione & generatione.

32. At omnes habitatores terræ ſicut nihil æſtimati *(ſunt;)* & juxta velle ſuum agit cum exercitu cœlorum, & habitatoribus terræ: nec eſt, qui inhibeat manum Ejus, & dicat Ipſi; quid facis?

33. In iſto *(ipſo)* tempore ratio mea rediit ſuper me; & in gloriam regni mei honor meus & ſplendor meus redit ſuper me; meque gubernatores *(Duces)* mei & magnates mei quæſiverunt, & ſuper regnum meum reſtitutus ſum *(reſtitutio mihi facta eſt)* & magnitudo amplior addita eſt mihi.

34. Nunc *(ergò)* ego Nebucadnezar laudans *(ſum)* & extollens, & honorans Regem cœlorum, Cujus omnia opera *(ſunt)* veritas, & viæ Ejus judicium: & qui ambulant in ſuperbia, *(eos)* poteſt humiliare.

CAP

CAP. V.

Capitis hujus Partes quinq; ſunt. In I. Belſchazar Rex in convivio vaſa DEI profanat. à v. 1. Ideò in II. à manu miraculoſè ſcribente in pariete terretur. à v. 5. In III. conſolationem & conſilium à Regina accipit. à v. 10. In IV. Danijel vocatus ſcripturam legit & interpretatur. à v. 13. In V. Danijel honoratur: at Belſchazar occiditur. v. 29. 30.

BElſchazar Rex fecit convivium magnum Magnatibus ſuis mille, & coram mille *(his)* vinum bibit *(ipſe quoque)*

2. *(Tum)* Belſchazar dixit, quum probe guſtaſſet vinum; ut adducerent vaſa auri & argenti, quæ eduxerat Nebucadnezar pater ipſius è templo, quod in Hieroſolyma *(fuerat:)* ut biberent ex iis Rex & Magnates ejus, uxores ejus, & pellices ejus.

3. Tum adduxerunt vaſa auri, quæ eduxerunt è templo domus DEI, quæ in Hieroſolyma: biberuntque ex iis Rex & Magnates ejus, uxores ejus, & pellices ejus.

4. Biberunt vinum, & laudarunt deos auri & argenti, æris, ferri, ligni & lapidis.

5. In ea *(ipſa)* hora exiverunt digiti manus hominis, & ſcribentes *(erant)* è regione candelabri ſuper tectorium parietis palatii Regis: Rex autem videns *(erat)* partem manus, quæ ſcribebat.

6. Tum Regis facies mutatæ illi ſunt, & cogitationes ejus perturbarunt eum, & ligamina lumborum ejus ſoluta ſunt, & genua ejus unum ad alterum collidebantur.

7. Clamans *(fuit)* Rex ex viribus, ut introducerent divinatores, Chaldæos, & deciſores: *(tum)* reſpondens *(fuit)* Rex & dicens Sapientibus Babelis; quia *(certe)* quicunque homo *(fueris,)* qui leget ſcripturam hanc, & interpretationem ejus indicaverit mihi, purpura veſtietur, & torques auri ſuper collo ejus *(erit,)* & tertius in regno dominabitur.

8. Tum ingreſſi *(ſunt)* omnes Sapientes Regis; ſed non potuerunt ſcripturam legere, aut interpretationem ejus indicare Regi.

9. Tunc Rex Belſchazer valdè perturbatus *(eſt,)* & facies ejus mutatæ *(ſunt)* ſuper eo: Magnates quoque ejus perplexi facti *(ſunt.)*

10. Regina *(itaq;)* propter verba Regis *(Regis cauſa,)* & Magnatum ejus in domum convivii ingreſſa eſt: reſpondit *(autem)* Regina, & dixit; Rex, in ſecula vivito! ne perturbent te cogitationes tuæ, & facies tuæ ne mutentur.

11. Eſt vir in regno tuo, in quo ſpiritus deorum ſanctorum *(eſt;)* & in diebus patris tui lux, & intelligentia, & ſapientia, ſicut ſapientia deorum, inventa eſt in eo: ideò Rex Nebucadnezar pater tuus principem Aſtrologorum, divinatorum, Chaldæorum, deciſorum, conſtituit eum; pater *(inquam)* tuus Rex.

12. Propterea quod Spiritus excellens, & ſcientiæ, & intelligentiæ, interpretans ſomnia, & indicationem arcanorum, & ſolvens nodos, inventus in eo; in Danijele *(inquam,)* cujus nomen Rex poſuit Belteſchazar: nunc *(ergò)* Danijel vocetur; nam interpretationem indicabit.

13. Tunc Danijel introductus eſt ante Regem; reſpondens autem *(fuit)* Rex, & dixit Danijeli; Tu *(ne)* es Danijel, qui de filiis migrationis Jehudææ, quam adduxit Rex pater meus ex Jehudæa?

14. Audivi autem de te, quod Spiritus deorum in te *(ſit,)* & lux, & intelligentia, & ſapientia excellens inveniatur in te.

15. Jam verò introducti ſunt ante me ſapientes *(&)* divinatores, ut ſcripturam hanc legerent, & interpretationem ejus notam facerent mihi: ſed non potuerunt interpretationem verbi indicare.

16. Ego ergò audivi de te, quod poſſis interpretationes interpretando dare, & nodos ſolvere: Jam ſi poteris ſcripturam legere, & interpretationem ejus indicare mihi: purpura veſtieris, & torques auri *(erit)* ſuper collo tuo, tertiuſque in regno dominaberis.

17. Tunc reſpondens *(fuit)* Danijel, & dicens coram Rege; dona tua tibi ſunto, & munera tua alii dato: verum ſcripturam legam Regi, & interpretationem notam faciam ei.

18. Tu

18. Tu Rex: DEUS Altiſſimus regnum, & magnitudinem (*majeſtatem*) & gloriam & honorem dedit Nebucadnezari patri tuo:

19. Ita ut præ magnitudine, quam dedit ei, omnes populi, gentes & linguæ commoverentur & trepidarent à coram eo: quem voluit, occidit, & quem voluit, vivificavit; & quem voluit, exaltavit, & quem voluit, humiliavit.

20. Sed quum extulit ſe cor ejus, & ſpiritus ejus obſirmavit ſe ſuperbiendo: dejectus eſt de throno regni ſui, & gloriam abſtulerunt ab eo.

21. Nam à filiis hominis expulſus eſt, & cor ejus cum beſtia æquatum eſt, & cum onagris habitatio ejus: herbam ſicut boves guſtare fecerunt eum, & de rore cœlorum corpus ejus tinctum eſt; donec cognovit, quod dominator (*ſit*) DEUS Altiſſimus in regnum hominis, & eum, quem vult, erigat ſuper illud.

22. Tu verò, filius ejus, Belſchazar, non humiliaſti cor tuum: quamvis omne hoc noſſes.

23. Sed ſupra Dominum cœlorum exaltaſti te, dum vaſa domus Ejus adduxerunt ante te; tuque & magnates tui; uxores tuæ, & pellices tuæ vinum bibiſtis ex eis, & deos argenti, & auri, æris, ferri, ligni & lapidis, qui non vident, nec audiunt, neque ſciunt, laudaſti; DEUM autem, in Cuius manu anima tua, & omnes viæ tuæ ſunt: Hunc (*inquam*) non honoraſti.

24. Ideò à coram Ipſo miſſa eſt pars manus & ſcriptura hæc ſignata eſt.

25. Hæc autem (*eſt*) ſcriptura, quæ ſignata eſt; Mene, Mene, Thekel, upharſin, (*h.e. numeratus, numeratus, appenſus, & dividentes.*)

26. Hæc (*porrò*) interpretatio verbi (*eſt*;) Mene. (*numeratus*;) numeravit DEUS regnum tuum, & ſiniviteillud.

27. Thekel, (*appenſus:*) appenſus es in trutinis. & deprehenſus es deficiens.

28. Peres, (*diviſus:*) diviſum eſt regnum tuum. darumque Medo & Perſæ.

29. Tunc dixit Belſchazar, ut veſtirent Danijelem purpura, & torques auri (*eſſet*) ſuper collo ejus; & proclamatent de eo, ut eſſes dominator tertius in regno.

30. (*Sca*) in illa (*ipſa*) nocte occiſus eſt Belſchazar, Rex Chaldæus.

CAP. VI.

Caput hoc Partes habet quinq;. In I. Danijeli, in regno Darij Medi evecto, à Trincipibus Regis inſidiæ ſtruuntur per edictum Regium. à v.1. In II. ob editis tranſgreſſionem ab iiſdem Danijel accuſatur. à v.11. In III. in foveam leonum fruſtra renitente Rege conjicitur. à v 15. In IV. verò ſalvus educitur. à v.20. Inde in V. ſecutum (1.) ut hoſtes ejus in foveam conjicerentur. v.25. (2.) Darium autem pro DEO Danijelis colendo ad omnes populos ſcribere. à v.26.

DArius autem Medus accepit regnum, quaſi filius annorum ſexaginta & duorum.

2. Placuit (*itaq;*) Dario, ut conſtitueret ſuper regnum Satrapas centum & viginti, qui eſſent in toto regno.

3. Super verò eos principes tres, ex quibus Danijel unus (*erat*;) ut Satrapæ iſti eſſent dantes illis rationem, nec Rex eſſet damnum patiens.

4. Tunc Danijel hic fuit ſuperans Principes & Satrapas: propterea quod ſpiritus excellentior in ipſo: ideò Rex cogitabat conſtituere eum ſuper totum regnum.

5. Tum (*verò*) Principes & Satrapæ quærentes fuerunt cauſam, ut invenirent contra Danijelem ex parte regni: ſed nullam cauſam, aut culpam potuerunt invenire; propterea quod fidelis ille, & ullus error, aut culpa non inventa eſt contra eum.

6. Tunc viri iſti (*erant*) dicentes; quia (*certè*) non inveniemus contra Danijelem hunc ullam cauſam: niſi invenerimus contra eum in lege DEI ipſius.

7. Ideoque Principes & Satrapæ iſti congregati ſunt ad Regem, & ſic dicentes (*fuerunt*) ei; Datie Rex, in ſecula vive.

8. Conſilium inierunt omnes Principes regni, Antiſtites & Satrapæ, gubernatores (*Duces*) & præfecti, ut conſtituatur ſtatutum, Rex, & corroboretur interdictum, quo omnis, qui petierit petitionem

nem ab ullo Deo aut homine, intra dies triginta, niſi à te, Rex, conjiciatur in foveam leonum.

9. Jam (*itaq;*) Rex, conſtitue interdictum, & obſigna ſcripturam, quam non liceat immutare, juxta jus Medorum & Perſarum, quod non abrogatur.

10. Quapropter Rex Darius obſignavit ſcripturam & interdictum.

11. Danijel autem, quum cognovit, quod obſignata eſſet ſcriptura, ingreſſus eſt in domum ſuam, & feneſtræ apertæ Ipſi erant in cœnaculo ipſius verſus Hieroſolymam: ubi vicibus tribus in die ille benedicebat ſuper genubus ſuis, & orans (*erat,*) & confitens coram DEO ſuo; eò quod erat (*hoc*) faciens ante hac.

12. Tunc viri iſti congregati ſunt, & invenerunt Danijelem petentem & orantem coram DEO ſuo.

13. Ideò acceſſerunt, & dicentes (*fuerunt*, coram Rege de interdicto Regis; Nonne interdictum obſignaſti, ut omnis homo, qui petierit ab ullo Deo aut homine (*quid*) intra dies triginta, niſi à te, Rex, conjiciatur in foveam leonum? Reſpondens (*fuit*) Rex, & dicens; Firmum verbum (*eſt*) ſicut jus Medorum & Perſarum, quod non abrogatur.

14. Tunc reſponderunt, & dicentes (*fuerunt*) coram Rege: Atqui Danijel, qui (*eſt*) de filiis migrationis Jehudæ, non poſuit ſuper te, Rex, animum, & ſuper edictum, quod obſignaſti: ſed tribus vicibus in die petit petitionem ſuam.

15. Tum Rex ubi verbum audivit, valdè malum fuit ſuper eo, ut ſuper Danijelem poſuerit ſtudium ad eripiendum eum; adeò ut uſque occaſum ſolis fuerit negotioſus ad liberandum eum.

16. Tum (*verò*) viri iſti congregatunt ſe ad Regem, & dicentes (*fuerunt*) Regi; Sciro, Rex, quod jus (*ſit*) Medis & Perſis, ut omne interdictum aut ſtatutum, quod Rex conſtituerit, non liceat immutare.

17. Quare dixit Rex, ut adducerent Danijelem, & conjicerent in foveam leonum: reſpondit (*tamen*) Rex, & dixit Danijeli; DEUS tuus, quem tu colens (*es*) jugiter, hic (*inquam*) eripiat te.

18. Allatus etiam eſt lapis unus, & poſitus ſuper os foveæ, obſignavitque eum Rex annulo ſuo, & annulo Magnatum ſuorum, ut non immutaretur quicquam circa Danijelem.

19. Tum abivit Rex in palatium ſuum & pernoctavit, jejunavit, & Muſicos (*ſomnum allicientes*) non inferri fecit ante ſe: ſomnuſque ejus abiit ab ipſo.

20. Poſteà Rex ſub auroram ſurrexit cum luce, (*cum illuccſcret:*) cumque feſtinatione ad foveam leonum abiit.

21. Cumque appropinquaſſet ad foveam, ad Danijelem voce triſti clamavit: reſpondens, (*inquam, fuit*) Rex & dicens Danijeli; Danijel, ſerve DEI Vivi, DEUS tuus, quem tu colens (*erat*) jugiter, potuitne eripere te à leonibus?

22. Tunc Danijel cum Rege locutus eſt; Rex, in ſecula vive.

23. DEUS meus miſit Angelum Suum, & clauſit [a] os leonum, ut non læſerint me: ideò quod coram Eo innocentia inventa eſt mihi; ſed etiam coram te, Rex, perditionem non feci.

a) *Hebr.* *manſ.*

24. Tunc quod ad Regem, valdè bonum (*hoc*) fuit ſuper eo, & Danijelem dixit, ut aſcendere facerent è fovea: aſcendere itaque factus eſt Danijel è fovea, & ulla læſio non inventa eſt in eo; quia confiſus erat DEO ſuo.

25. Dixit verò Rex, ut adducerent viros iſtos, qui accuſaverant Danijelem; quos in foveam leonum conjecerunt; ipſos, filios ipſorum & uxores eorum; nec pervenerunt ad imum foveæ, cum jam corripuerunt eos leones, & omnia oſſa eorum contriverunt.

26. Tunc Darius Rex ſcripſit omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitarunt in omni terra; pax veſtra multiplicetur.

27. A coram me poſitum eſt edictum, ut in omni dominio Regni mei vereantur & timeant à coram DEO Danijelis; quia Ille (*eſt*) DEUS Vivus & permanens in ſecula;

cula; & regnum Ejus quia non interit, & dominatio Ejus (*est*) ad finem usque.

28. Eripiens (*est*) & liberans, & faciens signa & mirabilia in cœlo & in terra: quoniam eripuit Danijelem è manu leonum.

29. Danijel autem hic felicitèr egit in regno Darii, & in regno Cyri Persæ.

CAP. VII.

Habet hoc Caput primam Visionem Danijelis in somnio de quatuor bestiis; & judicii Scenis de eis. Partes Ejus tres sunt. I. Est ipsius Visionis descriptio. à v. 1. II. Visionis interpretatio. à v. 15. III. Visionis conservatio apud cor Danijelis, licet perturbatio. v. ult.

IN anno primo Belschazaris, Regis Babel, Danijel somnium vidit, & visiones capitis (*erant ei*) super cubili ejus: tunc somnium scripsit, (&) caput (*summam*) verborum dixit.

2. Respondens (*enim fuit*) Danijel, & dicens; videns fui in visione mea, cum nox esset, & ecce, quatuor venti cœlorum irruebant in mare magnum.

3. Posteà quatuor bestiæ magnæ ascenderunt è mari; diversæ hæc ab altera.

4. Prima sicut leo, sed alæ aquilæ illi: videns fui, donec evulsæ sunt alæ ejus, & sublata est è terra, & super pedes sicut homo erecta, & cor hominis datum ei.

5. Deinde, ecce, bestia alia secunda, similis (*erat*) ursо, & ad latus unum erexit se: (*erant*) autem tres costæ in ore ejus inter dentes ejus: insuper sic dicentes ei (*fuerunt*) ei; surge, comede carnem multam.

6. Post hoc videns fui, & ecce, alia sicut pardus, cui alæ quatuor, quales avibus, super tergo ipsius: sed & quatuor capita bestiæ (*erant;*) dominiumque datum illi est.

7. Postea hoc videns fui in visionibus noctis, & ecce, bestia quarta, terribilis & fotmidabilis, & robusta valdè, cui dentes ferri magni, comedit, & contrivit, reliquumque pedibus suis conculcavit: erat autem diversa ab omnibus bestiis, quæ ante ipsam (*fuerunt*) & decem cornua illi.

8. Attendens fui ad cornua, & ecce, cornu aliud parvum ascendit inter ea, & tria de cornibus prioribus eradicata sunt à-coram eo: &, ecce, oculi sicut oculi hominis in cornu hoc, & os loquens magna.

9. Videns fui, usque dum throni projecti sunt, & Antiquus dierum sedit: vestis Ejus sicut nix alba, & crinis capitis Ejus sicut lana munda; thronus Ejus flammæ ignis, rotæ ejus ignis ardens.

10. Flumen ignis emanans (*erat*) & exiens à-coram Eo: [a] millemillia ministrabant Ei, & myrias myriadum coram Eo stabant: judicium consedit, & libri aperti sunt.

11. Videns fui; tunc propter vocem verborum magnorum, quæ cornu loquens (*erat:*) videns (*inquam*) fui, donec occisa est bestia, & perditum corpus ejus, & data est in combustionem ignis.

12. Reliquas verò bestias (*quod attinet,*) transtulerunt dominium earum, & prolongatio in vitis data est eis usque ad tempus & spatium (*temporis.*)

13. Videns fui in visionibus noctis, & ecce, cum nubibus cœlorum, sicut Filius hominis veniens fuit, & usque ad Antiquum dierum pervenit; & ante Eum appropinquare fecerunt Eum.

14. Huicque datum est dominium, & gloria, & regnum, ut omnes populi, gentes & linguæ Ipsum colerent: [b] dominium Ejus, dominium seculi (*est,*) quod non transibit, & regnum Ejus, quod non peribit.

15. Indoluit spiritus meus quod me Danijelem attinet, in medio sedis (*corporis sui,*) & visiones capitis mei perturbarunt me.

16. Accessi (*itaq;*) ad unum ex stantibus, & certitudinem quæsivi ex eo de omni hoc: qui dixit mihi, etiam interpretationem verborum notam fecit mihi.

17. Hæ bestiæ magnæ, quæ sunt quatuor (*hoc sunt:*) quatuor Reges surgent de terra.

18. Posteà accipient regnum sancti altissimorum: & confirmabunt regnum usque in seculum, & usque in seculum seculorum.

19. Tunc

19. Tunc cupivi certitudinem de bestia quarta quæ fuit diversa ab omnibus, fotmidabilis valdè, dentes ejus, ferri; & ungues ejus, æris: comedit, contrivit, reliquumque pedibus suis conculcavit.

20. Et de cornibus decem, quæ in capite ejus, & alio, quod ascendit, ut caderent à-coram eo tria: & (*de*) cornu eodem, quod oculi ei, & os loquens magna, & aspectus ejus magnus præ sociis ejus.

21. Videns fueram, quod cornu idem faceret bellum cum sanctis, & prævaluisset eis.

22. Usque dum veniret Antiquus dierum, & judicium daretur sanctis altissimorum; tempusque advenisset, ut regnum confirmarent sancti.

23. (*Tum*) sic dixit; Quod ad bestiam quartam; regnum quartum erit in terra, quod diversum erit ab omnibus regnis, & comedet omnem terram, & conculcabit eam, & conteret eam.

24. Quod ad cornua decem; ex eodem regno decem Reges surgent, & alius post eos, qui diversus erit à prioribus, & tres Reges humiliabit.

25. Verba autem contra Altissimum loquetur, & sanctos altissimorum atteret: quin cogitabit immutare tempora & jus: dabunturque in manum ejus; usque ad tempus, & tempora & partem temporis.

26. Post judicium sedebit, & dominium ejus auferent, ad perdendum, & evertendum usque ad finem.

27. Regnum verò, & dominium & majestas regnorum sub omnibus cœlis dabitur populo sanctorum altissimorum: Cujus regnum (*est*) regnum seculi, & omnia dominia colent Eum & obedient (*Ei*)

28. Hucusque finis (*est*) verbi: Me Danijelem (*quod attinet,*) valdè cogitationes meæ perturbarunt me, & species mea immutata est super me; sed verbum in corde meo servavi.

CAP. IIX.

Habet hoc Caput visionem secundam Danijelis de caprâ (spiritibus) ac ejus Arietе bicorni, & hirco caprarum ejusq; cornibus (rei hominum, nationis) Partes ejus etiam sunt tres. In I. est visionis in se descriptio. à v. 1. In II. ejus interpretatio Danijeli facta. à v. 15. In III. Visionis consequentia. vers. ult.

IN anno tertio regni Belschazaris Regis, visio apparuit mihi; mihi (*inquam*) Danijeli: post eam; quæ apparuit mihi ab initio.

2. Vidi nimirum in visione; cumque viderem, ego (*eram*) in Schuschan arcis, quæ in Elam provincia: vidi, inquam, in visione, quasi ego essem juxta flumen Ulaj.

3. Cumque tollerem oculos meos, & viderem; ecce, aries unus, stans ante flumen, cui duo cornua: cornua autem (*erant*) alta, unum tamen altum præ altero; sed altum ascenderat posterius.

4. Vidi arietem cornu ferientem versus occidentem, & versus septentrionem, & versus meridiem; ita ut omnes bestiæ non consisterent coram eo, nec (*esset*) eripiens è manu ejus: unde fecit pro lubitu suo, & magnum se reddidit.

5. Cumque ego essem intentus: ecce, hircus caprarum venit ab occidente super facies omnis terræ, ut non attingens (*esset*) terram: huicque hirco cornu (*erat*) aspectus (*præstantis*) inter oculos ipsius.

6. Venit itaque ad arietem, dominum cornuum, quem vidi stantem ante flumen: cucurritque ad eum cum futore roboris sui.

7. Vidi porrò eum pervenientem ad arietem, ita ut exacerbaretur adversus eum, percuteretque arietem, ac frangeret duo cornua ejus; nec essent vires in ariete consistendi coram eo: projecit itaque eum in terram, & conculcavit eum; nec erat eripiens arietem è manu ejus.

8. Posteà hircus caprarum magnum se fecit valdè: sed quum invaluisset, fractum est cornu magnum, ascenderuntque (*cornua*) aspectus quatuor loco ejus, juxta quatuor ventos cœlorum.

9. Mox ex uno de illis exivit cornu unum de exiguo: crevitque valdè versus meridiem, & versus ortum, & versus decus (*Israël.*)

10. Quin crevit usque ad exercitum cœlorum; & dejecit in terram de ex-

ercitu, & de stellis, & conculcavit eos.

11. Imò usque ad principem exercitus extulit se: & ab eo sublatum est juge, & projectum habitaculum sanctuarii ejus.

12. Exercitusque traditus est super jugi in prævaricationem: quin projecit veritatem in terram, & fecit (*quidem;*) & feliciter perfecit.

13. Tum audivi unum sanctum loquentem: dixit autem unus (*alius*) sanctus isti alicui loquenti; Quousque visio hæc, juge & prævaricatio vastans, ut detur & sanctum & exercitus conculcatio?

14. Dixit ergò ad me; usque ad vespetiam, & mane, bis mille & trecenta: tum enim justificabitur sanctum.

15. Factum verò est, quum vidissem ego Danijel visionem, desideravi intelligentiam: cum, ecce, stans coram me juxta aspectum viri.

16. Audivique vocem hominis inter Ulaj, quæ clamavit & dixit; [a] Gabriel, intelligere fac hunc visionem.

17. Venit ergò ad stationem meam, (*locum ubi stabam:*) cumque veniret, perterrefactus sum, & cecidi super facies meas: Tum dixit mihi; Attende fili hominis, quia ad tempus finis (*pertinet*) visio.

18. Verum quum loqueretur mecum, (*quasi*) obsopitus cecidi super facies meas in terram: cum tamen tangeret me, restituit me super stationem meam;

19. Et (*porrò*) dixit, Ecce, ego notum faciam tibi, quod futurum est in extremitate iræ: quia ad statum tempus finis (*erit.*)

20. Aries, quem vidisti, dominum cornuum, (*sunt*) Reges Mediæ & Persiæ.

21. At hircus, hirsurus ille, (*est*) Rex Græciæ: cornu autem magnum, quod inter oculos ejus, est Rex primus.

22. Quod verò fractum est, & steterunt quatuor pro eo (*hoc vult;*) Quatuor regna ex gente existent, sed non cum viribus ejus.

23. Cæterum in extremitate regni eorum, cum ad summum venerint prævaricatores, exurget Rex durus faciebus, intelligensque subtiles (*fraudes.*)

24. Hujus invalescent vires, non tamen per vires ejus; & mira perpetrabit (*mala,*) feliciterque aget, & perficiet: perdet enim validos, & populum sanctorum.

25. Cumque per intellectum suum, & quòd prospere successura est fraus in manu ipsius, corde suo efferetur, & in tranquillitate perdet multos: contra etiam Principem principum exurget; sed sine manu frangetur.

26. Porrò visio vesperæ & mane, quæ dicta est, veritas est: Tu itaque reconde visionem: quia in dies multos (*se extendens est.*)

27. Ego verò Danijel fractus sum & ægrotavi dies (*aliquot:*) posteà surrexi, & feci opus Regis: obstupui tamen super visione, quòd non intelligere faciens (*esset.*)

CAP. IX.

Caput hoc Partes habet duas. In I. Danijel est confitens peccata sua & populi sui, oransq; pro populo suo & sanctuario DEI. à v. 1. In II. informatur à Gabriele Angelo de temporibus futuris, imprimis Regis Messiæ. à v. 20.

IN anno primo Darii filii Achaschveroschi de semine Medorum: qui regnare factus est super regnum Chaldæorum.

2. In anno primo (*inquam.*) ex quo regnavit, ego Danijel consideravi in libris (*sacris*) numerum annorum, de quibus factum est verbum JEHOVÆ ad Jeremiam Prophetam, quod implendi essent vastitatibus Hierosolymæ [a] septuaginta annі. a) Jer. 25,12. 29,10.

3. Dedi ergò faciem meam ad Dominum DEUM, ad quærendum orationem & preces, in jejunio, & sacco, & cinere.

4. Oravi autem JEHOVAM DEUM meum, & confessus sum, dixique, q æso, Domine DEUS Magne, & Venerande, custodiens fœdus & misericordiam amantibus Ipsum, & servantibus præcepta Ipsius:

5. Peccavimus & inique egimus, impii fuimus & rebellavimus, & recedendo (*recessimus*) à præceptis Tuis & a judicis Tuis.

6. Neque audivimus servos Tuos, Prophetas, qui locuti sunt in Nomine Tuo ad Reges nostros, Principes nostros, & Patres nostros, & ad omnem populum terræ.

b) Bar. 1,15. 2,6. 7. [b] Tibi, Domine, justitia (*est:*) nobis autem pudor facierum, sicut die hoc; viro Jehudæ, & habitatoribus Hierosolymæ, & omni Jisraëli, propinquis & longinquis, in omnibus terris, quo expulisti eos, propter prævaricationem eorum, qua prævaricati sunt contra Te.

8. Domine, nobis (*est*) pudor facierum, Regibus nostris, Principibus nostris, & Patribus nostris, quod peccavimus Tibi.

9. Domino (*verò*) DEO nostro (*sunt*) miserationes, & condonationes: quia rebellavimus contra Ipsum;

10. Et non obedivimus voci JEHOVÆ DEI nostri, ad eundum in legibus Ejus, quæ dedit coram nobis per manum servorum Suorum Prophetarum.

11. Et omnis Jisraël transgressi sunt legem Tuam, & recedendo (*recesserunt,*) ut non obedirent voci Tuæ: ita defluxit super

c) Deut. 28,15. nos maledictio & juramentum, [c] quod scriptum (*est*) in lege Mosis servi DEI; quia peccavimus Ei.

12. Quare firma reddidit verba Sua, quæ locutus est contra nos, & contra judices nostros, qui judicarunt nos, adducendo super nos malum magnum, quod non factum est sub omnibus cœlis; sicut (*scil.*) factum est in Hierosolyma.

13. Sicut scriptum est in lege Mosis; omne malum hoc venit super nos: nec tamen deprecati sumus facies JEHOVÆ DEI nostri, revertendo ab iniquitatibus nostris, & attendendo veritati Tuæ.

14. Vigilavit ergò JEHOVAH super malo, & adduxit illud super nos: quia Justus (*est*) JEHOVAH DEUS noster propter omnia opera Sua, quæ fecit, sed non obedivimus voci Ejus.

d) Exod. 12, 1. Baruch. 2,11. 15. Jam ergò [d] Domine DEUS noster, qui eduxisti populum Tuum è terra Ægypti per manum fortem, & fecisti Tibi Nomen sicut die hoc; peccavimus, impii fuimus.

16. (*Sed*) Domine, juxta omnes justitias Tuas reverratur, quæso, ira Tua & excandescentia Tua, à civitate Tua Hierosolyma, monte sanctitatis Tuæ, quia propter peccata nostra, & propter iniquitates patrum nostrorum Hierosolyma & populus tuus in ignominiam (*sunt*) omnibus circuitibus nostris.

17. Jam ergò (*inquam*) audi DEUS noster orationem servi Tui & preces ejus & illumina facies Tuas super Sanctuarium Tuum, quod desolatum est, propter Dominum.

18. Inclina, DEUS mi, aurem Tuam, & audi; aperi oculos Tuos, & vide vastitates nostras, & urbem, super quam vocatum est Nomen Tuum, quia non super justitiis nostris deponimus nos preces nostras coram Te, sed super miserationibus Tuis multis.

19. Domine, audi: Domine, condona, Domine, attende, & fac, ne moreris propter Te, DEUS mi, quia Nomen Tuum vocatur super urbem Tuam, & super populum Tuum.

20. Quum adhuc ego (*essem*) loquens, & orans, & confitens peccatum meum, & peccatum populi mei Jisraëlis; & deponens preces meas ante JEHOVAM, DEUM meum, pro monte sanctitatis DEI mei.

21. Quum, inquam, adhuc ego (*essem*) loquens in precatione (*mea:*) vir [e] Gabriel, quem vidi in visione ab initio, volare jussus per volatum (*celerem,*) pertigit ad me, circum tempus oblationis vesperæ. e) Dan. 8,16.

22. Qui informavit & locutus est mecum, dixitque; Danijel, nunc exivi ad docendum te intelligentiam.

23. In initio precum tuarum exivit verbum, ut ego venirem ad indicandum, quia desideria tu (*es;*) Attende itaque ad verbum, & percipe visionem.

24. Septimanæ septuaginta decisæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctitatis tuam, ad consumendum prævaricationem, & ad obsignandum peccata, & ad expiandum iniquitatem, & ad adducendum justitiam seculorum, & ad obsignandum visionem & propheram, & ad ungendum Sanctum Sanctorum.

25. Scito ergò & percipito, ab exitu verbi,

verbi, ad usque restituendum & ædificandum Hierosolymam usque ad Messiam Principem, (*sunt*) septimanæ septem: postea septimanis sexaginta & duabus restituetur & ædificabitur platea & fossa, sed in angustia temporum.

26. Post autem septimanas sexaginta & duas excidetur Messias, sed non sibi (*propter se; verum propter homines redimendos*:) deinde urbem & Sanctuarium perdet populus principis venturi, ita ut finis ejus (*sit*) cum inundatione, & usque ad finem belli destinatæ (*decisa*) desolationes.

27. Confirmabit tamen fœdus multis septimana una, sed (*in*) medio septimanæ cessare faciet sacrificium & oblationem. Tandem (*verò etiam*) super [f] avem abominationum (*erit*) desolatio, & usque ad consummationem, & decisum, stillabit super devastationem (*ira DEI.*)

CAP. X.

Hoc & duobus sequentibus Capitibus continetur ultima Visio Danijelis & tertia. Cujus hoc Cap. X. habet Antecedanea: quæ sunt (1.) Danijelis luctus & jejunium. à v. 1. (2.) apparitio viri lineis induti. à v. 4. (3.) Viri cum Danijele colloquium præcedaneum. à v. 9.

IN anno tertio Cyri Regis Persarum, verbum revelatum est Danijeli, cujus vocatur nomen Belteschazar: & veritas (*est*) verbum, tempusque magnum; ideò considera verbum: nam intelligentia ipsi (*est*) per visionem.

2. In diebus his ego Danijel fui lugens tribus septimanis dierum.

3. Panem desideriorum non comedi, & caro atque vinum non venit ad os meum, & ungendo non unctus sum, usque dum implerentur tres septimanæ dierum.

4. In die verò vigesimo & quarto mensis primi, cum ego essem ad litus fluvii magni, qui (*est*) Chiddékel:

5. Sustuli oculos meos, & vidi: ecce verò: [a] vir unus indutus linteis: cujus lumbi cincti (*erant*) auro Uphasi:

6. Et corpus ejus sicut Tharsehisch, faciesque ejus sicut aspectus fulguris, ac oculi ejus sicut faces ignis, brachia denique ejus & pedes ejus sicut splendor æris leviganti: at [b] vox verborum ejus, sicut vox turbæ (*magnæ.*)

7. Porrò vidi ego Danijel solus visionem: viri autem, qui fuerunt mecum, non viderunt visionem; sed terror magnus cecidit super eos, ut fugerint, ubi latitarent.

8. Ego itaque relictus sum solus, & vidi visionem magnam hanc; sed non relicta est in me virtus; gloriaque mea conversa est super me in corruptionem, ut non continuerim vires.

9. Mox audivi vocem verborum ejus; cumque audivi vocem verborum ejus; ego factus sum soporatus super facies, faciesque meæ super terram.

10. Sed, ecce, manus tetigit me, & sustulit me super genua mea, & volas manuum mearum.

11. Dixitque ad me, Danijel, vir desideriorum, attende ad verba, quæ ego loquens (*sum*) ad te, & consiste super statione tua: quia nunc missus sum ad te. Cum ergò loqueretur ad mè verbum hoc, constiti tremebundus:

12. Sed dixit ad me; ne timeto, Danijel, quia à die primo, quo dedisti cor tuum ad intelligendum, & ad affligendum te coram Deo tuo, exaudita sunt verba tua: ideò ego (*quidem*) venissem ad verba tua.

13. Sed Princeps regni Persiæ stans (*fuit*) contra me viginti & uno diebus: Ecce, verò, Michael unus Principum primorum venit ad juvandum me: ste ego relictus sum ibi apud Reges Persiæ.

14. Veni autem (*jam*) ad faciendum te intelligere, quod obveniet populo tuo in extremitate dierum: quia adhuc visio in dies (*multos extendit se*)

15. Veruntamen cum loqueretur mecum juxta verba hæc: dedi faciem meas versus terram, & obmutui.

16. Ecce verò, secundum figuram filiorum hominis, (*fuit*) tangens labia mea: unde aperui os meum, & locutus sum, dixique ad stantem ante me, Domine mi, per visionem conversi sunt cardines mei super me, ut non continuerim vires.

17. Quo-

a) Act. 1, 13. seq.

b) Act. 9, 7. Apoc. 1, 15.

17. Quoroodo ergò possit servus Domini mei hic loqui cum Domino meo hoc: cum adhuc dum non consistant in me vires, & anima non relicta sit in me.

18. Quare addidit, ut tangeret me juxta aspectum hominis, & corroboravit me:

19. Dixitque, ne timeto, vir desideriorum, pax tibi (*sit*) confirma te, imò confirma te: quumque loqueretur mecum, confirmatus sunt, & dixi; loquatur Dominus meus: quia confirmasti me.

20. Tum (*ergò*) dixit; Num scis, quare venerim ad te? mox verò revertar ad pugnandum cum Principe Persiæ: quando autem ego egressus fuero; tum, ecce, Princeps Græciæ ventrus est.

21. Cæterum indicabo tibi, quod obsignatum in scriptura, veritatem: non autem (*est*) ullus, qui confirmet se mecum super his, nisi Michael Princeps vester.

CAP. XI.

Hoc Capite habetur ipsa Angelica futurorum prædictio: & quidem (1.) de Regibus Persiæ. à v. 2. (2) De Alexandro Macedone. v. 3. 4. (3.) De Regibus meridiei & septentrionis h. e. Ægypti & Syriæ. à v. 5. inprimis (4.) de Antiocho Epiphane. à v. 21. & de bello ejus contra populum Judeicum. à v. 30.

EGO itaque in anno primo Darii Medi, stabam tanquam corroborator, & tanquam præsidium pro eo.

2. Sed nunc veritatem indicabo tibi: Ecce, adhuc tres Reges stantes (*erunt*) Persis; & quartus dives erit divitiis magnis præ omnibus, quumque confirmatus fuerit in divitiis suis, irritabit omnes, regnum (*inprimis*) Græciæ.

3. Sed existet Rex fortis, qui dominabitur dominio amplo, & faciet pro lubitu suo.

4. Cum tamen steterit, frangetur regnum ejus, & dividetur in quatuor ventos cœli; non vero in posteros ejus, neque juxta dominium ejus, quo dominatus est: quia avelletur regnum ejus, & ad alios, quam istos.

5. Posteà confirmabit se Rex meridiei, & (*alius*) de Principibus ejus: confirmabit, inquam, se super istum, & dominabitur, dominium amplum (*erit*) dominium ejus.

6. Sub finem verò annorum consociabunt se, ita ut filia Regis meridiei veniat ad Regem septentrionis, ad faciendum rectitudines: sed non obtinebit vires brachium, neque stabit cum brachio suo; unde tradetur ipsa, & adducentes ipsam, & genitor ejus, & confirmator ejus in temporibus (*certis.*)

7. Surget tamen è stemmate radicum ejus (*aliquis super*) basin ejus, qui veniet ad exercitum, & veniet in munimentum Regis septentrionis, facietque in iis (*quod volet,*) & prævalebit.

8. Etiamque deos eorum cum Principibus eorum, cum vasis desiderii eorum, argento & auro in captivitatem abducet (*in*) Ægyptum: consistetque annos (*aliquot*) præ Rege septentrionis.

9. Veniet enim in regnum Rex meridiei, & revertetur ad terram suam.

10. Posteà filii illius commiscebunt se (*bello,*) & colligent multitudinem exercituum magnorum, venietque veniendo (*unus eorum,*) & inundabit & pertransibit: deinde revertetur, & commiscebit se (*bello*) usque ad munimentum hujus.

11. Unde exacerbabitur Rex meridiei, & exibit, & pugnabit cum eo, (*scil.*) cum Rege septentrionis: sistet enim multitudinem magnam, traderturque multitudo ista in manum hujus.

12. Tum (*crescendo*) extollet se multitudo, & efferet se cor ejus: sed, licet dejecerit myriades, non tamen corroborabitur.

13. Revertetur namque Rex septentrionis, & sistet multitudinem magnam præ priori: & sub finem temporum, (*h. e.*) annorum (*aliquot*) veniet veniendo cum exercitu magno, & cum opibus magnis.

14. Cæterum in temporibus istis multi stabunt contra Regem meridiei; & filii violentorum populi tui efferent se, ad confirmandum visionem, sed corruent.

15. Veniet, inquam, Rex septentrionis, & excitabit vallum, & capiet urbem munitionum; nec brachia meridiei consistent, aut

aut populus selectionum ejus; neque enim vitrus (*erit ipsis*) ad consistendum.

16. Quare faciet venturus contra eum pro lubitu suo, nec (*erit*) qui consistat coram eo: stabit quoque in terra decoris, & consummatio (*siet*) per manum ejus.

17. Tandem ponet facies suas ad veniendum cum robore totius regni sui, & recti cum eo, & perficiet: sed filiam mulierum dabit ei, ad perdendum eam: non enim consistet, nec ipsius erit.

18. Post convertet facies suas ad insulas, & capiet multas: sed cessare faciet Princeps opprobrium ejus ei; sine opprobrio suo retribuet ei.

19. Ita ut convertat facies suas ad munimenta terræ suæ; ubi impinget & cadet, & non invenietur.

20. Surget autem super basin ejus, qui pertransire faciet exactorem, (*quasi*) decus regni: sed in diebus pauris frangetur, neque decore, neque in bello.

21. Posteà surget super basin ejus contemtus, & super quem non dederant honorem regni: veniet tamen in tranquillitate, & tenebit regnum per blanditias.

22. Et brachia inundationis inundabuntur à coram eo, frangenturque: imò etiam Princeps fœderis.

23. Post autem consociationem ergà ipsum, faciet dolum: dum ascendet, & invalescet cum pauca gente.

24. In pace & in pinguedines provinciæ veniet; facietque, quod non fecerunt patres ejus, & patres patrum ejus: præda & spolium & opes illis disperget; & contra munitiones cogitabit cogitationes suas; sed usque ad tempus.

25. Deinde excitabit vires suas & cor suum contra Regem meridiei cum exercitu magno: Rex autem meridiei commiscebit se bello (*quidem*) cum exercitu magno & valido admodum; sed non consistet, quia cogitabunt contra eum cogitationes.

26. Nam comedentes cibum ejus frangent eum, ut exercitus ejus exundet: unde cadent confossi multi.

27. Post amborum Regum cor (*erit intentum*) in malum, & ad mensam unam mendacium loquentur: sed non succedet: quia adhuc finis ad tempus statum (*futurus est.*)

28. Revertetur tamen in terram suam cum opibus magnis, at cor ejus contra fœdus sanctitatis (*erit:*) perficietque, & (*cum*) revertetur in terram suam.

29. Post tempus statum redibit & veniet in meridiem: sed non erit (*nec succedet res*) sicut primum & secundum.

30. Venient enim contra eum navales Romani: unde dolore afficietur, & regredietur, & indignabitur (*contra*) fœdus sanctitatis, perficietque: revertetur namque, & attendet ad deserentes fœdus sanctitatis.

31. Et brachia de eo stabunt, & profanabunt Sanctuarium, (&) munimentum; removebuntque juge (*sacrificium,*) ac dabunt abominationem desolantem.

32. Et impiè agentes contra fœdus demulcebit blanditiis: populus tamen cognoscentium DEUM suum confirmabunt se & perficient.

33. Intelligentes quoque populi erudient multos: licetque corruituri gladio sint & flamma, captivitate & deprædatione diebus (*multis.*)

34. Dum tamen corruent, adjuvabuntur auxilio parvo (*aliquo*) unde adhærebunt illis multi, cum lubricitatibus (*quidem.*)

35. De intelligentibus autem (*ut dixi*) corruent, ad probandum eos, & ad purgandum, & ad mundandum, usque ad tempus finis: nam adhuc ad statum tempus (*differetur finis.*

36. Tum verò aget [a] pro lubitu suo Rex, & efferet se, & exaltabit se super omnem DEUM, & contra DEUM deorum [b] loquetur mira: & prosperabitur usque dum consummabitur ira: quia decisum fiet.

37. Sed & ad deum patrum suorum non attendet, atque ad desiderium mulierum [c] & ad ullum Deum non attendet: sed super omnia se exaltabit.

38. Tantum deum, Munitiones, super statione sua honotabit: Deum, inquam, (*istum,*) quem non noverunt patres ejus,

honorabit auro, & argento, & lapide pretioso, & desiderabilibus.

39. Et faciet (*quod volet*) munimentis Munitionum cum deo alieno: (*quem*) qui agnoverit, magno afficiet honore: dominari eos faciet in multos, & terram dividet pretio.

40. Tandem in tempore finis collidetur cum eo Rex meridiei: ideò quasi procella irruet in eum Rex septentrionis, cum curru, & cum equitibus, & cum navibus multis, venietque in terras, & inundabit, & penetrabit.

41. Cumque venerit in terram decoris, multi corruent: hi tamen eripientur è manu ejus, Edom & Moab, & primitiæ filiorum Ammon.

42. Mittet itaque manum suam in terras: nec terra Ægypti erit in evasionem.

43. Siquidem dominabitur in recondita auri & argenti, & in omnia desiderabilia Ægypti: imò Lybii & Æthiopes sub incessibus ejus (*erunt.*)

44. Sed rumores terrebunt eum, ab ortu & à septentrione, ut exeat (*inde*) cum ira magna, ad perdendum & ad devovendum multos.

45. Et plantabit (*quidem*) tentoria tabernaculi sui (*castrorum suorum*) inter mari & montem decoris sanctitatis: sed venturus est ad finem suum, nec (*erit*) auxilians ipsi.

CAP. XII.

Hoc Caput duas habet partes. I. Est conclusio Angelica prædictionis de adventu Messiæ, & consequentibus. à v. 1. II. Valedictio Angelica & discessus à Danjele. à v. 4.

CÆterum in tempore isto surget Michael Princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui. [a] eritque tempus angustiæ, quale non fuit, ex quo gens (*est,*) æque ad tempus hoc: in tempore tamen hoc eripietur populus tuus, omnis qui invenietur scriptus in libro.

2. Denique multi de dormientibus (*in*) pulvere terræ evigilabunt: [b] hi (*quidem*) ad vitam æculi, reliqui verò in opprobria, in ignominiam æculi.

3. Tum intelligentes [c] splendebunt sicut splendor expansi, & justificantes multos, sicut stellæ in æculum & æternitatem.

4. Tu verò Danijel occlude verba, & obsigna librum usque ad tempus finis: percurrent (*enim*) multi, & multiplicabitur scientia.

5. Cum autem viderem ego Danijel, ecce, duo alii stantes: unus hinc ad litus fluvii, & alter illinc [d] ad litus fluvii.

6. Dixitque ad virum indutum linteis, qui (*erat*) superius ad aquas fluvii; quousque? finis mirabilium?

7. Ubi audivi virum indutum linteis, qui superius ad aquas fluvii (*erat,*) quod sustulerit dextram suam & sinistram suam ad cœlos, & juraverit per Viventem (*in*) æculum, quod ad tempus statum temporum statorum, & dimidium (*futurus finis,*) & quum consummaturi essent dispergere manum populi sanctitatis, consummanda essent omnia hæc.

8. Et ego (*quidem*) audivi, sed non intellexi; dixi ergò; Domine, quid tandem ista?

9. Verum dixit; Abi, Danijel, quoniam occlusa & obsignata (*sunt*) verba usque ad tempus finis.

10. (*Tum*) purgabuntur, & mundabuntur, & probabuntur multi, & (*quamquam*) impie agent impii, nec intelligent ulli impii; intelligentes tamen intelligent.

11. A tempore verò, quo removebitur juge (*sacrificium,*) & dabitur [e] abominatio devastans, (*sunt*) dies mille ducenti & nonaginta.

12. Beatus expectans, qui attigerit dies mille trecentos triginta & quinque.

13. Sed tu abi ad finem: quiesces enim, & surges in sortem tuam sub finem dierum.

HOSEÆ.

HOSEÆ.

CAPUT I.

Trimam Prophetia Hoseæ prophetiam hoc & sequens Caput continent. Et hoc quidem Caput duas habet partes. Quarum I. est inscriptio totius prophetiæ libri. v. 1. II. Trimam prophetiæ partem, de matrimonio prophetæ, & duobus liberis. à v. 2.

1. VErbum JEHOVÆ, quod factum est ad Hoscheam, filium Beëri, in diebus Usijæ, Jothami, Achasi, Jechiskijæ, Regum Judæ; & in diebus Jaroboami, filii Joaschi, Regis Jisraëlis.

2. Principio locutus est JEHOVAH per Hoscheam: & dixit JEHOVAH ad Hoscheam: Abi, accipe tibi mulierem scortationum, & liberos scortationum quia scortando scbrtatur terra, à-post JEHOVAM (esse.)

3. Et abivit, & accepit Gomer, filiam Diblajim: & concepit, & peperit ei filium.

4. Et dixit JEHOVAH ad eum: Voca nomen ejus Jisreel: quia adhuc parum (*temporis est,*) & visitabo sanguines Jisreelis super domum Jehu, & finem faciam regni domus Jisraëlis.

5. Et erit in die isto, & frangam arcum Jisraëlis in valle Jisreel.

6. Et concepit amplius, & peperit filiam: Et dixit ei, voca nomen hujus, Non-miseranda: quia non addam amplius, (*ut*) miserear domus Jisraëlis; sed auferendo auferam eos,

7. Domus autem Jehudæ miserebor, & salvabo illos per JEHOVAM DEUM illorum: & non salvabo illos per arcum, & per gladium, & per bellum, per equos & per equites.

8. Et ablactavit Non-miserandam; & concepit, & peperit filium.

9. Et dixit: Voca nomen ejus, Non-populus-meus: quia vos non (*estis*) populus meus, & Ego non ero vobis.

10. Et erit [a] numerus filiorum Jisraël, sicut arena maris; quæ non mensurabitur, neque numerabitur: & erit in loco, quo dicitur illis, Non populus meus vos (*estis,*) dicetur illis: Filii DEI vivi (*estis.*)

11. Et congregabuntur filii Jehudæ, & filii Jisraël una, & ponent sibi caput unum, & ascendent è terra: quia magnus dies Jisreelis.

CAP. II.

Caput hoc posteriorem primæ prophetiæ partem habet: scil. adhortationem populi Jisraëlitici ad pœnitentiam. Potest dividi in sex partes speciales. I. Mandatum redargutionis mutuæ. v. 1. 2. II. Redargutionis summam. v. 2. III. Redargutionis Finem. ibid. IV. Redargutionis rationem. v. 3. 4. V. Pœnarum uberiorem expositionem. à v. 5. VI. Consolationem. à v. 14. Hîc etiam sistitur, quod scribitur, sint omnes illi amores, qui

DIcite fratribus vestris; populo Meo: & sororibus vestris, misericordiam consecutæ.

2. Contendite cum matre vestra, contendite: quoniam illa non (*est*) uxor mea, & Ego non maritus ejus: & removebit scortationes suas à faciebus suis, & adulteria sua ab-inter ubera sua.

3. Ne fortè [a] exuam eam nudam, & sistam eam secundum diem nati ejus; & ponam eam, sicut desertum, & disponam eam, sicut terram siccitatis, & occidam eam per sitim.

4. Filiorumque ejus non miserear, quia filii scortationum illi.

5. Quoniam scortata est mater eorum: pudenda fecit concepttrix eorum: quia dixit; ibo post amasios meos, dantes panem meum, & aquas meas; lanam meam, & linum meum; oleum meum, & potus meos.

6. Propterea, ecce, Ego obsepiens viam tuam per spinas, & macerie circumdabo maceriem ejus, & semitas suas non inveniet.

7. Et persequetur amasios suos, ac non assequetur eos, & quæret eos, ac non inveniet: & dicet; ibo & revertar ad maritum meum primum: quia bonum mihi tum, præ nunc.

8. Ac illa non noverat, quod Ego dedissem illi frumentum, & mustum, & oleum; & argentum multiplicassem illi, aurumque, (*qua*) fecerunt Baali.

9. Ideò revertar, & accipiam frumentum Meum in tempore suo, & mustum Meum in tempore statu suo: & eripiam lanam Meam, & linum Meum, ad regendum nuditatem ejus (*data.*)

10. Et nunc revelabo turpitudinem ejus in oculis amasiorum ejus: & vir non eripiet eam è manu Mea.

11. Et cessare faciam omne gaudium ejus, festum ejus, novilunium ejus, & Sabbathum ejus, & omne tempus statum ejus.

12. Et devastabo vitem ejus, & ficum ejus, de quibus dixit: Merces meretricia illa mihi, quam dederunt mihi amasii mei: & ponam ea in sylvam, & comedet illa fera agri.

13. Ac visitabo super illam dies Baalium, quibus suffimenta adoluit, & induit inaurem suam, & ornatum suum, ivitque post amasios suos, ac mei oblita est, dictum JEHOVÆ.

14. Propterea, ecce, Ego persuadens illi, & deducam illam in desertum, & (*posteà*) loquar super cor illius.

15. Daboque illi vineas ejus inde, & vallem Achoris in ostium spei: & respondebit inde juxta dies adolescentiæ suæ, & juxta diem ascendere sui è terra Ægypti.

16. Eritque in die isto, dictum JEHOVÆ; vocabis, mante mi, & non vocabis amplius Me, Baal mi.

17. Et removebo [b] nomina Baalium [illegible] illius, & non mentionem facient [illegible] nominis eorum.

CAP. III.

Caput hoc novam habet contra decem Tribus prophetiam, Partes duæ sunt. I. Mandatum Jehovæ ad Hoscheam. v. 1. II. Mandati executionem per prophetam. à v. 2.

ET dixit JEHOVAH ad me; Denuò abi, ama mulierem amatam socio, & adulterantem; juxta amorem JEHOVÆ (*erga*) filios Jisraëlis; & hi respicientes ad deos alios, amantesque (*sunt*) lagenas uvarum.

2. Et comparavi eam mihi per quindecim (*nummos*) argenti, & Corum hordeorum, & semicorum hordeorum.

3. Et dixi ad illam; dies multos sedebis mihi, non scortaberis, & non eris viro: etiamque ego erga te.

4. Quia dies multos sedebunt filii Jisraëlis; non Rex, & non Princeps; & non sacrificium, & non statua; & non Ephodum, & non Theraphim.

5. Dein revertentur filii Jisraëlis, & quærent JEHOVAM DEUM suum, [a] & Davidem, Regem suum, & cum timore venient ad JEHOVAM, & ad bonum Ejus, in extremitate dierum.

CAP.

CAP. IV.

Argumentum hujus capitis. Hoc & duo sequentia capita continent prophetiam de Christo Messia, in quo Deus Pater compellat omnes filios Israëlis. v. 1. Et primo quidem arguit universam totius populi per omnes suos status, à v. 1. Secundo arguit specialem certorum statuum. à v. 4.

Audite verbum JEHOVÆ, filii Jisraëlis: quia lis JEHOVÆ cum habitatoribus terræ: quia non veritas, & non misericordia, & non cognitio JEHOVÆ in terra.

2. Pejerare, & mentiri, & occidere, & furari, & adulterare: latrocinantur, & sanguines sanguines attingunt.

3. Propterea lugebit terra, & contabescet omnis habitans in ea, inter feram agri, & inter avem cœlorum: etiamque pisces maris colligentur.

4. Verumtamen vir non contendet, & non redarguet vir: & populus tuus sicut contendentes Sacerdotis.

5. Et impinges interdiu, & impinget etiam Propheta tecum noctu; & exscindam matrem tuam.

6. Excisi sunt populus Meus ob non scientiam: quia tu scientiam repudiasti, & repudiabo te, ut sacerdotio non fungaris Mihi; & (*quia*) oblitus es legis DEI tui, obliviscar filiorum tuorum etiam Ego.

7. Juxta multitudinem eorum, sic peccarunt Mihi: gloriam eorum in ignominiam convertam.

8. Peccatum populi Mei comedunt, & ad iniquitatem eorum tollunt animam suam.

9. Et factus est sicut populus, ita Sacerdos: & visitabo super ipsum vias ipsius; & opera ipsius retribuam ipsi.

10. Et comedent, & non saturabuntur; scortabuntur, & non erumpent: quia JEHOVAM dereliquerunt ad observandum.

11. Scortatio & vinum, & mustum occupavit cor.

12. Populus Meus lignum suum interrogat: & baculus ipsius respondet ipsi: quia spiritus scortationum seduxit, & scortati sunt à-sub DEO suo.

13. Super verticibus montium sacrificant, & super collibus suffiunt: sub quercu, & populo, & robore, quia bona umbra ejus: propterea scortantur filiæ vestræ, & nurus vestræ adulterantur.

14. Non visitavero super filias vestras, quod scortantur? & super nurus vestras, quod adulterantur? quod ipsi cum scortis dividunt, & cum prostibulis sacrificant, & populus non intelligens scandalizatur?

15. Si scortaris tu, Jisraël, ne reus fiat Jehudah; & ne veniatis in Gilgal, & ne ascendatis (*in*) Beth-Aven; Et ne juretis; Vivit JEHOVAH.

16. Quia sicut juvenca refractaria refractarius est Jisraël; nunc pascet eos JEHOVAH, sicut ovem in latitudine.

17. Sociatus idolis Ephrajim, dimitte eum.

18. Recessit vinum eorum: Scortando scortari fecerunt, dilexerunt, addiderunt ignominiam clypei eorum.

19. Ligavit ventus eam in alis ejus; & pudefient à sacrificiis suis.

CAP. V.

Hal et Caput hoc peculiarem prophetiam seq. Cap. VI. finiendam. Partes Capitis sunt quatuor. I. Est compellatio. v. 1. II. Redargutio peccatorum. v. 3. seq. III. Indictio pœnæ v. 5. 8. 9. IV. Promissio & spes veniæ facta. a v. 15.

Audite hoc, Sacerdotes; & te, domus Jisraëlis, & domus Regis aures arrigite; quia vobis judicium: quia laqueus fuistis Mizpæ, & rete expansum super Thabore.

2. Et mactare declinationeros, profundarunt: & Ego, disciplina omnibus illis.

3. Ego novi Ephrajimum, & Jisraël non latet Me; quod omninò scortatus sis Ephrajim, (&) pollutus sit Jisraël.

4. Non dabunt opera sua ad revertendum ad DEUM suum: quia spiritus scortationum in medio illorum, & JEHOVAM non cognoscunt.

5. Et respondebit elatio Jisraëlis in faciem ejus: ac Jisraël, & Ephrajim corruent per iniquitatem suam; corruet etiam Jehudah cum illis.

6. Cum gregibus suis & armentis suis ibunt ad quærendum JEHOVAM, & non invenient: proripuit Se ab illis.

7. Contra JEHOVAM perfidè egerunt, quia filios alienos generarunt; nunc comedet eos mensis cum partibus eorum.

8. Clangite buccina in Gibea, tuba in Ramah; vociferamini (*in*) Beth-Aven: post te Benjamin.

9. Ephrajim in solitudinem erit, in die correptionis: in tribubus Jisraëlis notam feci constitutam.

10. Fuerunt Principes Jehudæ, sicut moventes terminum; super eos effundam, sicut aquam, iram Meam.

11. Oppressus Ephrajim, concussus judicii: quia voluit, ivit post præceptum.

12. Et Ego sicut tinea Ephrajimo, & sicut teredo domui Jehudæ.

13. Et vidit Ephrajim morbum suum, & Jehudah vulnus suum; & ivit Ephrajim ad Assyrium, & misit ad Regem Jareb: & hic non potuit sanare vos, & non curabit à vobis vulnus.

14. Quia Ego, ut leo, Ephrajimo, & sicut leo juvenis domui Jehudæ: Ego, Ego rapiam, & ibo; auferam, & non eripiens.

15. Ibi revertar ad locum Meum; donec reos se agnoscant, & quærant facies Meas: quum angustia ipsis (*erit,*) mane quærent Me.

CAP. VI.

Caput hoc Concionem Cap. V. ceptam continuat, & partes habet duas. Quarum I. est Cohortatio pœnitentium, ad revertendum ad Iehovam. a v. 1. II. Responsio Iehova ad pœnitentes. à v. 4.

Ite & revertemur ad JEHOVAM, quia Ille lauciavit nos, & sanabit nos; percussit, & obligabit nos.

2. Vivificabit nos post biduum, (&) in die tertio eriget nos, & vivemus coram Ipso.

3. Et cognoscemus, & persequemur, ad cognoscendum JEHOVAM: sicut aurora paratus exitus Ejus; & veniet sicut pluxia nobis, sicut pluvia serotina irrigabit terram.

4. Quid faciam tibi, Ephrajim? quid faciam tibi, Jehudah? [a] Et sanctitas tua sicut nubes auroræ, & sicut ros mane cadens, abiens.

5. Propterea exscindam Prophetas, occidam eos per verba oris Mei; & judicia tua lux exibit.

6. Quia misericordiam [b] volo, & non sacrificium; & cognitionem DEI præ holocaustis.

7. Et illi, [c] ut homo, transgressi sunt fœdus: ibi perfide egerunt contra Me.

8. Gilead urbs operantium iniquitatem, perversa præ sanguine.

9. Et sicut expectare viri turmas, (*confidere turmis prædonum: ita est confidere & expectare*) sodalitium Sacerdotum; (*in*) via (*enim*) occidunt versus Sichem: quia scelus fecerunt.

10. In domo Jisraëlis vidi rem fœdam ibi, scortatio Ephrajimo, pollutus est Jisraël.

11. Etiam Jehudah posuit messem tibi; quum reduxero captivitatem populi Mei

CAP. VII.

Novam Caput hoc concionem habet contra populum Israëlem. Cujus duæ partes sunt. I. Querela Iehova contra populum Israëliticum ob pluvimas & maximas ejus peccata. à v. 1. II. Traditio prædictorum peccatis tantis promeritarum. à v. 7.

Quando sanavi Jisraël, tunc revelata est iniquitas Ephrajimi, & mala Samariæ: quia fecerunt mendacium & fur venit, diffundit se turma foris.

2. Et non dicunt cordi suo, (*quod*) omnis malitiæ eorum meminerim; nunc circumdent eos opera eorum; coram faciebus Meis sint.

3. Per malitiam suam lætificant Regem; per mendacia sua Principes.

4. Omnes adulterantes, sicut clibanus incensus à pistore: cessat excitator, a subigendo massam usque ad fermentationem ejus.

5. Dies Regis nostri; infirmant Principes utre vini: traxit manum suam cum derisoribus.

6. Quando converterint sicut clibanum

animum suum, in lusidiari suo: tota nocte dormiens pistor eorum; mane ille ardens, sicut ignis flammæ.

7. Omnes incalescunt sicut clibanus, & comedunt judices suos: omnes Reges eorum cadunt: non clamans inter eos ad Me.

8. Ephrajim in populis commixtus est: Ephrajim factus est collyra non conversa.

9. Comederunt extranei robur ejus, & ille non cognovit: etiam canities sparsit se in illo, & ille non cognovit.

10. Et respondit superbia Jisraëlis in facies ejus: & non reversi sunt ad JEHOVAM DEUM suum, & non quæsiverunt Eum in omni hoc.

11. Et fuit Ephrajim, sicut columba stulta, non cor: Ægyptum vocarunt, (*in*) Assyriam abiverunt.

12. Quum ibunt, expandam super eos rete Meum: sicut avem cœli descendere faciam eos, juxta famam congregationi eorum.

13. Væ illis; quia divagati sunt à Me; devastatio illis, quia prævaricati sunt contra Me; & Ego redimam eos, ac illi loquuntur contra Me mendacia.

14. Et non clamarunt ad Me in corde suo, quando ejularunt super cubilibus suis: super frumento, & musto congregant se, recedunt à Me.

15. Et Ego castigavi, confirmavi brachia eorum: & contra Me cogitant malum.

16. Revertuntur; non excelsus: facti sunt sicut arcus dolosus; cadent gladio Principes eorum ex indignatione linguæ eorum: hæc subsannatio eorum in terra Ægypti.

CAP. VIII.

Caput hoc prophetiam habet propriè contra Israëlem, sub obliviscendo, quia occasionaliter contra Judam. Partes duæ sunt. I. Reprehensio ingentium peccatorum populi. v. 1. II. Commminatio pœnarum peccatis debitarum. v. 1. sparsim.

a) Esa. 58, 1.

AD palatum ruum [a] buccinam; sicut aquila super domum JEHOVÆ; quia transgressi sunt fœdus Meum, & contra legem Meam prævaricati sunt.

2. Mihi vocant; DEUS mi; cognovimus Te Jisraël.

3. Deseruit Jisraël bonum: hostis persequetur eum.

4. Illi Regem fecerunt, & non à Me: Principes fecerunt, & non novi: argentum suum & aurum suum fecerunt sibi (*in*) idola, ut excidatur.

5. Deseruit vitulus tuus, ô Samaria: exarsit ira Mea in eos: quousque non sustinent munditiem?

6. Nam ex Jisraël & ille; Faber fecit eum; & non deus ille: quia frusta fiet vitulus Samariæ.

7. Quia ventum serunt, & procellam metent: seges stans non illi; germen non faciet farinam: (*si*) fortè faciet, alieni deglutient eam.

8. Deglutitus est Jisraël: nunc futuri sunt inter gentes, sicut vas, in quo non (*est*) desiderium.

9. Quando illi ascenderint (*in*) Assyriam; (*erunt sicut*) Onager, solitarius sibi: Ephrajim mercede meretricia conciliat amores.

10. Etiam quando mercede conciliaverint inter gentes; nunc congregabo eos, & remanebunt parum, præ onere Regis, Principum.

11. Quia multiplicavit Ephrajim altaria ad peccandum: fuerunt illi altaria ad peccandum.

12. Scripsi illi multitudines legis Meæ: quasi alienum reputatæ sunt.

13. Quantum ad sacrificia donorum Meorum; sacrificant carnem, & comedunt; JEHOVAH non acceptat ea: nunc recordatur iniquitatis eorum, & visitabis peccata eorum; illi in Ægyptum revertuntur.

14. Et oblitus est Jisraël Factoris sui, & ædificavit palatia, ac Jehudah multiplicavit urbes munitas: & mittam ignem in urbes hujus, & comedet palatia illius.

CAP. IX.

Partes Capitis hujus duæ sunt. Quarum I. continet contra Israëlem comminationem gravissimarum pœnarum v. 1. II. Commminationis & pœnarum causas; sparsim.

Ne

læteris, Jisraël, super similitudine, sicut gentes: quia fornicatus es à sub DEO tuo, dilexisti mercedem meretriciam super omnibus areis frumenti.

2. Area & torcular non pascet eos: & mustum mentietur illi.

3. Non habitabunt in terra JEHOVÆ: & revertetur Ephrajim (*in*) Ægyptum, & in Assyria immundum comedent.

4. Non libabunt JEHOVÆ vinum, & non grata erunt Ipsi sacrificia eorum; sicut panis lugentium ipsis, omnes comedentes eum, contaminantur: quia panis eorum anima eorum, non veniet domum JEHOVÆ.

5. Quid facietis diei solennitatis, & diei festi JEHOVÆ?

6. Quia, ecce, abierunt præ devastatione; Ægyptus congregabit eos, Moph sepelient eos: (*quod astunes*) desiderabile (*quod est*) argento eorum, spina possidebit ea; carduus in tentoriis eorum (*erit.*)

7. Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis: cognoscent Jisraël; stultus Propheta, insanus vir spiritus, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & magnum odium.

8. Speculator Ephrajim cum DEO meo: Propheta laqueus aucupis in omnibus viis ejus; odium in domo Dei ipsius.

9. Profundarunt, [a] corruperunt, sicut (*in*) diebus Gibeæ: recordabitur iniquitatis eorum, visitabit peccata eorum.

10. Sicut uvas in deserto inveni Jisraëlem, sicut primitivam in ficu in initio ejus vidi patres vestros: illi venerunt (*ad*) Baal-Peor, separarunt se pudori, & fuerunt abominationes juxta amare eorum.

11. Ephrajimi, sicut avis avolabit gloria eorum, à partu, & à ventre, & à conceptione.

12. Quia si educaverint filios suos, tum orbos faciam eos ab homine: quia etiam væ illis, quando recessero ab illis.

13. Ephrajim quando vidi usque ad Tyrum, (*sota*) plantata (*est*) in pulchro, & Ephrajim ad educendum ad occisorem filios ejus.

14. Da ipsis, JEHOVAH, quid dabis

da illis vulvam abortientem, & ubera arentia.

15. Omnis malitia eorum in Gilgal, quia ibi odi eos; propter malitiam operum eorum expellam eos è domo Mea; non addam diligere eos, omnes Principes eorum rebelles.

16. Percussus est Ephrajim, rādix eorum exaruit, fructum non facient; etiam quum genuerint, occidam desideria ventris eorum.

17. Rejiciet eos DEUS meus, quia non audiverunt Eum, & erunt vagabundi inter gentes.

CAP. X.

Cohæret hoc Caput cum præced. tang. nova ejus pars. Partes ejus duæ sunt. I. Repetita pœnarum commminatio. v. 11. II. Commminationis & pœnarum iterum causa; sparsim.

VITIS evacuans Jisraël, fructum facit similem sibi: secundum multiplicari fructum ipsius, multiplicavit altaria; secundum benè esse terræ ipsius, bonas fecerunt statuas.

2. Adblanditur cor eorum, nunc rei sunt: Ille evertet altaria eorum, devastabit statuas eorum.

3. Quia nunc dicent; Non Rex nobis: quia non timuimus JEHOVAM, & Rex quid faciet nobis?

4. Loquuntur verba, execrationes vanitatis, pangere fœdus: & effloruit sicut cicuta, judicium super sulcis agrorum meorum.

5. Vitulis Beth-Aven timebunt vicinus Samariæ: quia luxit super eo populus ejus, & Sacerdotes ejus, (*qui*) super eo exultant, super gloria ejus, quod migraverit ab ipso.

6. Etiam ille in Assyriam ducetur, munus Regi Jareb: [a] pudor Ephrajimum capiet, & pudefiet Jisraël à consilio suo.

7. Excisa (*est*) Samaria, Rex ejus, sicut spuma super faciebus aquarum.

8. Et perdentur excelsa Aven, peccatum Jisraëlis: tribulus & spina ascendet super altaria eorum: [b] & dicent montibus, operite nos, & collibus, cadite super nos.

a) Os. 5, 13. b) Es. 2, 19. Luc. 23, 30. Apoc. 6, 16 9, 6.

9. A diebus [c] Gibeæ peccasti, Israël: ibi steterunt, non apprehendit eos in Gibea bellum contra filios iniquitatis.

10. In voluntate Mea, & castigavi eos, & congregati sunt ad eos populi, quum alligavi eos duobus sulcis eorum.

11. Et Ephrajim vitula, edocta, amans triturare: & Ego transivi super bonitatem colli ipsius; equitare facerem Ephrajimum, aratet Jehudah, occaret ipsi Jacob?

12. Seminate vobis secundum justitiam, metite secundum pietatem, novate vobis novale, & tempus ad quærendum JEHOVAM, donec veniat, & doceat justitiam vos.

13. [d] Arastis improbitatem, iniquitatem messuistis; (&) comedistis fructum mendacii: quia confisus es viæ tuæ, multitudini fortium tuorum.

14. Et stabit devastatio in populis tuis, & omnes munitiones tuæ, (quæque) vastabitur, juxta vastare Salmanem Beth-Arbelem, in die belli, mater cum filiis allisa est (terræ.)

15. Sic fecit vobis Bethel, propter malitiam malitiæ vestræ, in matuta excindendo excindetur Rex Jisraëlis.

CAP. XI.

Caput hoc jussam Iehova querelam habet contra Israëlem. Partes ejus quatuor sunt. I. Beneficia Iehovæ Israëli facta. à v.1. II. Ingratitudo populi summa. v.2. sqq. III. Pœna generales & speciales. v.4. sqq. IV. Promissio misericordiæ. à v.8.

QUum puer (esset) Jisraël, tum dilexi eum: [a] & ex Ægypto vocavi filium Meum.

2. Vocaverunt ipsos, sic iverunt propter seipsos: Baalim sacrificant, & sculptilibus suffiunt.

3. Et Ego assuefeci ire Meum Ephrajimo, accepit eos super brachia sua: & non agnoscunt, quod sanaverim eos.

4. Funibus hominis traxi eos, densis funibus amoris: & fui iis sicut attollentes jugum super maxillas eorum: & inclinabo Me ad ipsum, (&) sustinebo?

5. Non revertetur ad terram Ægypti, Assyrius, hic Rex ejus: quia renuerunt reverti.

6. Et incidet gladius in urbes ejus, & consumet vectes ejus, propter consilia eorum.

7. Et populus Meus suspensi aversioni suæ: & ad excelsum vocabunt eum, simul non exaltabit.

8. Quomodo dabo te, Ephrajim? tradam te, Jisraël? quomodo dabo te, sicut Adamam? ponam te, sicut Zeboim? conversum est super Me cor Meum; simul æstuarunt pœnitudines Meæ.

9. Non faciam excandescentiam iræ Meæ: non revertar ad perdendum Ephrajimum: quia Deus Ego, & non vir; in medio tui Sanctus, nec conteror in civitate.

10. Post JEHOVAM ibunt; sicut leo rugiet, quia ille rugiet, & cum honore accedent filii a mari.

11. Cum honore advenient, sicut avis ex Ægypto, & sicut columba è terra Assyriæ: & habitare faciam eos super domibus suis, inquit JEHOVAH.

CAP. XII.

Caput hoc duas Partes habet. I. Continet concionem contra Regnum Iuda. à v.1. II. Revocationem Iuda ad pœnitentiam. à v.3.

CIrcumdederunt Me mendacio Ephrajim, & dolo domus Jisraëlis: & Jehudah adhuc dominatur cum Deo, & cum sanctis fidelis.

2. Ephrajim pascens ventum, & persequitur eurum: omni die mendacium & vastationem multiplicat: & fœdus cum Assyrio pangunt, oleumque in Ægyptum defertur.

3. Et lis (est) JEHOVÆ cum Jehudah, & ad visitandum super Jacobum; secundum vias ipsius, secundum opera ipsius retribuet ipsi.

4. [a] In utero supplantavit frattem suum, & in robore suo potenter pugnavit cum Deo.

5. Et potenter pugnavit cum Angelo, & prævaluit; flevit & precatus est eum: (in) Bethele invenit eum, & ibi locutus est cum ipso.

6. Et JEHOVAH, Deus Zebaoth, JEHOVAH, memoriale ejus.

7. Et tu in Deo tuo reverteris, pietatem & judicium serva, & expecta Deum tuum jugiter.

8. Mercatoris in manu lances fraudis; opprimere amat.

9. Et dixit Ephrajim, profectò ditatus sum, inveni opes mihi: omnes labores mei non invenient mihi iniquitatem, quæ peccatum.

10. Et Ego JEHOVAH Deus tuus à terra Ægypti: adhuc habitare faciam te in tentoriis, juxta dies temporis stati.

11. Et loquar ad Prophetas, & Ego visionem multiplicabo, & per manum prophetarum assimilabo.

12. Num Gilead Aven? Profecto vanitas factæ sunt: in Gilgal boves sacrificant, etiam altaria illorum sicut acervi super sulcis agrorum Meorum.

13. [b] Et fugit Jacob (in) agrum Syriæ, & servivit [c] Jisraël pro muliere, & pro muliere custodivit.

14. Et per Propheram [d] ascendere fecit JEHOVAH Jisraëlem ex Ægypto: & per Prophetam custoditus est.

15. Provocavit ad iram Ephrajim (cum) amaritudinibus, & sanguines ejus super eo relinquet, & ignominiam ipsius retribuet ipsi dominus ipsius.

CAP. XIII.

Habet Caput hoc concionem contra Ephrajimum. Partes eius sunt duæ. I. Est Redargutio peccatorum. à v.1. II. Comminatio pœnarum. v.4.7. sqq.

QUum locutus est Ephrajim horrorem, portavit ipse in Jisraële, & reus factus est in Baale, & mortuus est.

2. Et nunc addunt peccate, & faciunt sibi fusile ex argento suo, & in intelligentia sua, idola, opus artificum totum: ipsis illi dicentes; sacrificantes hominem, vitulos osculabuntur.

3. Propterea erunt sicut nubes matutæ, & sicut ros mane cadens; abivit [a] sicut gluma, à turbine abigitur ex area, & sicut fumus è fumario.

4. Et [b] Ego JEHOVAH Deus tuus è terra Ægypti: & Deum præter Me non agnosces, & Salvator non præter Me.

5. Ego novi te in deserto, in terra siccitatum.

6. [c] Quum (fuit iis) pascuum eorum, tum saturati sunt: (&) saturati sunt, & elatum est cor eorum, propterea obliti sunt Mei.

7. Et factus sum ipsis sicut leo, sicut pardus super via Assyriæ.

8. Occurram illis sicut ursus orbatus, & discindam clausuram cordis eorum, & comedam eos ibi, sicut immanis leo, fera agri dilaniabit eos.

9. Perdidisti te, Jisraël: quia in Me, in auxilium tuum (peccasti.)

10. Ubi Rex tuus nunc, & servet te in omnibus civitatibus tuis? & Judices tui, de quibus [d] dixisti, da mihi Regem, & Principes?

11. Dedi tibi Regem in ira Mea, & accipiam in excandescentia Mea.

12. Ligata iniquitas Ephrajimi; reconditum peccatum ejus.

13. Dolores parturientis venient illi: ille filius non sapiens; quia tempus non stat in utero filiorum.

14. E manu inferni [e] redimam eos, è morte liberabo eos: ero pestes tuæ, ô mors, ero exitium tuum, ô inferne: pœnitentia abscondita est ab oculis Meis.

15. Quia ille inter fratres ferox est, veniet Eurus, ventus JEHOVÆ à deserto ascendens, & exarescet scaturigo ejus, & exsiccabitur fons ejus; ipse deprædabitur thesaurum omnis vasis desiderii.

CAP. XIV.

Est hoc Capite Adhortatio ad pœnitentiam, Israëli facta. Partes ejus tres sunt. I. Ipsa ad pœnitentiam adhortatio. à v.2. II. Promissiones gratiosæ. à v.5. III. Conclusio Prophetæ, & finis libri. v.10.

DEsolabitur Samaria, quia rebellavit contra Deum suum: gladio cadent; infantes eorum allidentur, & gravidæ eorum discindentur.

2. [a] Revertere, Jisraël, usque ad JEHOVAM Deum tuum, quia offendisti per iniquitatem tuam.

3. Sumite

3. Sumite vobiscum verba, & revertimini ad JEHOVAM. (&) dicite, omnem auferet iniquitatem, & accipe bonum: & [b] retribuemus juvencos labiorum nostrorum.

4. Assur non servabit nos; super equo non equitabimus, & non dicemus amplius, Deus noster, operi manuum nostrarum: quia in Te misericordiam consequitur pupillus.

5. Sanabo aversionem eorum, amabo eos voluntariò; quia aversa est ira Mea ab eo.

6. Ero sicut ros Israëli: efflorebit sicut lilium, & infiget radices suas, sicut Libanon

7. Ibunt rami ejus, & erit sicut olivæ honor ejus, & odor illi, sicut Libani.

8. Revertantur habitantes in umbra ejus, vivificabunt frumentum; & efflorebunt sicut vitis; memoria ejus, sicut vinum Libani.

9. Ephrajim quid mihi amolius cum idolis? Ego respondebo, & cantabo eum: Ego sicut abies virens, ex me fructus meus invenietur.

10. Quis sapiens, & intelliget hæc? prudens & cognoscet ea? quia recta (*sunt*) viæ JEHOVÆ, & justi ambulant in iis; at prævaricatores offendent in iis.

JOEL.

CAPUT I.

Primi hujus Capitis partes sunt quatuor. I. Inscriptio libri. v. 1. II. Narratio de plaga terræ per insecta. à v. 2. III. Invitatio ad luctum & pœnitentiam, à v. 5. IV. Deprecationis forma. à v. 15.

VErbum JEHOVÆ quod factum est ad Joëlem, filium Pethuelis.

2. Audite hoc, ô Seniores, & auribus percipite, omnes habitatores terræ: num factum est hoc in diebus vestris? aut num in diebus patrum vestrorum?

3. De eo filiis vestris narrate; & filii vestri filiis suis; & filii horum generationi alteri (*insequenti.*)

4. (*Nimirum*) residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit melolontha; residuumque melolonthæ comedit bruchus.

5. Expergiscimini ebrii, & flete; & julate omnes potantes vinum, propter mustum, quod excisum est ex ore vestro.

6. Nam gens ascendit super terram meam, robusta, & (*cui*) non (*est*) numerus: dentes ejus (*sicut*) dentes leonis, & molares leonis immanis illi.

7. Redegit vitam meam in vastitatem; & ficum meam in spumam, denudando denudavit eam, & projecit; (*unde*) dealbati sunt palmites ejus.

8. Ejula, sicut virgo cincta sacco super sponso adolescentiæ suæ.

9. Excisa (*enim*) est Minchah & libamen de domo JEHOVÆ: (*unde*) luxerunt Sacerdotes, ministri JEHOVÆ.

10. Devastatus est ager, luxit terra: quia devastatum est frumentum, exaruit mustum, languet oleum.

11. (*Hinc*) pudefacti sunt agricolæ, ejularunt vinitores, super tritico & super hordeo: eò quod perierit messis agri.

12. Vitis (*inquam*) exaruit, & ficus languet, malus punica, etiamque palma, & malus, (*imò*) omnes arbores agri exiccatæ sunt; exaruit enim gaudium de filiis hominis.

13. (*Quare*) circumcingimini (*sacco,*) & plangite, ô Sacerdotes; ejulate, ô ministri altaris: venite, pernoctate in saccis, ô ministri Dei mei: quia prohibita est à domo Dei vestri Minchah & libamen.

14. Sanctificate jejunium, proclamate cessationem: congregate senes; (&) omnes habitatores terræ (*in*) domum JEHOVÆ Dei vestri: ac clamate ad JEHOVAM, (*dicentes;*)

15. Heu diei! quia propinquus (*est*) dies JEHOVÆ, & sicut devastatio à Fulminatore veniet.

16. Nonne coram oculis nostris cibus excisus est; è domo Dei nostri lætitia & gaudium?

17. Putrefacta sunt grana sub glebis suis, devastata sunt horrea, destructa sunt granaria: quia exaruit frumentum.

18. Quam suspirat bestia; perplexa sunt armenta bovis! eò quod non (*sit*) pascuum illis: etiam greges pecudum desolati sunt.

19. (*Ideò*) ad Te, ô JEHOVAH, clamo; quia ignis comedit habitacula deserti; & flamma inflammavit omnes arbores agri:

20. Etiam bestiæ agri glocitavit (*quasi*) ad Te: quia exsiccati sunt rivi aquarum, & ignis comedit habitacula deserti.

CAP. II.

Partes hujus Capitis sunt tres. I. Est prædictio & descriptio plagæ locustarum & insectarum. à v. 1. II. Adhortatio ad pœnitentiam & preces. à v. 12. III. Promissio tuta exauditionis. à v. 18. tum compensationis. à v. 21.

CLangite huccina in Zijone, & vociferamini in monte Sanctitatis Meæ: cohorrescant omnes habitatores terræ: quia venit dies JEHOVÆ; propinquus enim (*est.*)

2. Dies (*inquam*) tenebrarum & caliginis; dies nubis & obscuritatis; sicut aurora expansa super montes: populus magnus & validus; qualis ille, non factus est à seculo, & post eum non addetur in annos usque generationis & generationis.

3. Ante eum comedit ignis, & post eum inflammat flamma: sicut hortus Eden terra ante eum; sed post eum, desertum vastitatis; neque creptio facta est illi.

4. Sicut aspectus equorum aspectus illius (*est:*) & sicut equites, ita currunt.

5. Sicut sonitus curruum super verticibus montium, saltant: sicut sonitus flammæ ignis comedentis stipulam; sicut populus magnus, ordinatus (*ad*) bellum.

6. Coram illo trepidant populi: omnes facies contraxerunt atrorem.

7. Sicut heroes current; sicut viri belli, (*qui*) conscendunt murum: ac quilibet in viis suis pergent, nec gyrabunt semitas suas.

8. Neque quisquam fratrem suum propellent; (*sed*) quilibet in tramite suo pergent: imò per missile ruent; non (*tamen*) sauciabuntur.

9. In urbe discurrent; in muro current; in domos ascendent; per fenestras ingredientur, sicut fur.

10. Coram [a] ipso commota est terra; contremuerunt cœli: Sol & Luna atrati sunt, & stellæ contraxerunt splendorem suum.

11. JEHOVAH autem edidit vocem Suam coram exercitu Suo: magna namque valdè (*sunt*) castra ipsius: (&) quia innumerus, qui facit verbum Ipsius: quoniam [b] magnus (*est*) dies JEHOVÆ, & terribilis valdè: quis ergò sustinebit eum?

12. Sed (*tamen*) etiam nunc, dictum JEHOVÆ, convertimini ad Me in toto corde vestro, & in jejunio, & in fletu ac planctu:

13. Ita ut scindatis corda vestra, & non vestes vestras: Sic, (*inquam*) convertimini ad JEHOVAM Deum vestrum: quia [c] gratiosus & misericors est; longanimis, & magnus misericordia, & quem pœnitere solet mali.

14. Quis [d] scit? revertetur, & pœnitebit Eum, & relinquet post Se benedictionem, Minchaam & libamen JEHOVÆ Deo vestro.

15. (*Quare*)

15. (*Quare*) clangite buccina in Zijone: sanctificate jejunium; proclamate cessationem.

16. Congregate populum sanctificate congregationem: colligite senes, congregate infantes, & sugentes ubera: exeat sponsus è thalamo suo, & sponsa è conclavi suo.

17. Inter atrium & altare fleant Sacerdotes, ministri JEHOVÆ, dicantque; Parce, ô JEHOVAH, populo Tuo, nec des hereditatem Tuam in opprobrium, ut dicterium de iis faciant gentes: quare (*enim*) dixerint in populis; ubi (*est*) DEUS eorum?

18. Tum (*utiq;*) æmulabitur JEHOVAH pro terra Sua, & parcet populo Suo.

19. Respondebit, inquam, JEHOVAH, dicetque populo Suo; Ecce, Ego mittens (*Sum*) vobis frumentum, & mustum, & oleum; ut satiemini eo: neque dabo vos amplius opprobrium inter gentes.

20. Septentrionalem autem istum procul removebo à vobis & propellam eum ad terram siccitatis & vastitatis; facies (*nimirum*) ejus ad mare orientale, & finem ejus ad mare postremum; ut ascendat fœtor ejus, ascendatque putredo ejus; cò quod nimius fuerit faciendo.

21. Ne (*igitur*) time tibi, ô terra: gande (*potius*) & lætare, quod magnificaverit JEHOVAH faciendo.

22. Ne (*etiam*) rimete, bestiæ agrorum meorum: quia herbosa facta sunt habitacula deserti: quia arbor feret fructum suum; & ficus atque vitis dabunt vim suam.

23. Filii verò Zijonis gaudete, & lætamini in JEHOVAH DEO vestro: qui dedit vobis pluviam tempestivam in justitiam, imò descendere faciet vobis pluviam tempestivam & serotinam in primo (*mense.*)

24. Ut plenæ sint [e] areæ frumento puro, & exundent torcularia mustum & oleum.

25. Atque (*sic*) compensabo vobis annos, quos consumsit locusta, melolontha, & bruchus, & eruca; exercitus Meus magnus, quem misi inter vos.

26. Tum comedetis comedendo, ita ut saturemini; & laudabitis Nomen JEHOVÆ DEI vestri, qui egit vobiscum mirabilia faciendo: nec pudefiet populus Meus in æternum.

27. Tum cognoscetis, quod in medio Jisraëlis Ego; & Ego JEHOVAH DEUS vester (*sim,*) nec (*quisquam*) amplius: ideò (*inquam*) non pudefient populus Meus in æternum.

CAP. III.

Partes hujus Capitis duæ sunt, juxta duplicem promissionem. Quarum I. Effusio Spiritus Sancti super Apostolos in N. Test. à v. 1. II. Ereptio credentium in Zyone N. T. v. ult.

FIet etiam posteà; Effundam [a] Spiritum Meum super omnem carnem, ita ut (*etiam*) prophetent filii vestri, & filiæ vestræ: Senes vestri somnia somnient; juvenes vestri visiones videant.

a) Esa. 44.3. Ezech. 39.29. Act. 2, 17.

2. Etiamque super servos, & superancillas, in diebus illis effundam Spiritum Meum.

3. Quin dabo prodigia in cœlis & in terra; sanguinem, & ignem, & columnas fumi.

4. [b] Sol vertetur in tenebras, & luna in sanguinem; antequam veniat dies JEHOVÆ magnus & terribilis.

b) Esa. 13,10. Ezech. 32.7. Joel. 2,10. 4, 15. Matth. 24,29. Marc. 13,24. Luc. 21, 25.

5. Fiet [c] autem; omnis qui invocaverit Nomen JEHOVÆ, eripietur: quia in monte Zijonis, & in Hierosolyma erit evasio, sicut dixit JEHOVAH, & inter residuos, quos JEHOVAH (*erit*) vocans.

c) Rom. 10,13.

CAP. IV.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Liberatio Israëlis & Judæ è captivitate, & ab hostibus. à v. 1. II. (onversio gentium per judicium in valle Iehoschaphati. v. 2. Ubi (1.) citatio ad judicium. à v. 9. (2.) Judicij processus. à v. 12. (3.) Exitus. à v. 17.

ECce enim in diebus istis, & in tempore isto (*fiet,*) quibus reducam captivitatem Jehudæ & Hierosolymæ:

2. Congregabo omnes gentes, & descendere faciam eas ad vallem Jehoschaphati; ut disceptem cum illis ibi super

populo Meo, & super hereditate Mea, Jisraële, quem dispersérunt inter gentes, & terram Meam diviserunt.

3. Super autem populum Meum jecerunt sortem, quin dederunt puerum pro scorto, & puellam vendiderunt vino, quod biberunt.

4. Quin etiam, quid vobis Mecum, ô Tyre & Zidon, & omnes termini Philistæi? num retributionem vos rependentes (*estis*) Mihi? & num retribuentes vos (*estis*) Mihi? (*Atqui*) citò valdè reducam retributionem vestram, in caput vestrum.

5. Propterea quod argentum Meum & aurum Meum sumsistis, & desiderabilia Mea bonorum intulistis in templa vestra.

6. Filios autem Jehudæ, & filios Hierosolymæ vendidistis filiis Græcorum, ut longè removeretis eos à termino eorum.

7. Ecce (*verò,*) Ego excitabo eos è loco, quo vendidistis eos; & repeudam retributionem vestram in caput vestrum.

8. Vendam enim filios vestros, & filias vestras in manum filiorum Jehudæ, qui vendent eos Sebaitis, populo longinquo: quia JEHOVAH locutus est.

9. Proclamate hoc inter gentes; sanctificate bellum, excitate fortes; accedant, ascendant omnes viri belli.

10. Contundite ligones vestros in gladios, & falces vestras in hastas: infirmus dicat; fortis ego.

11. Congregamini, & venite omnes gentes circumcirca, & convenite: eò deduc, JEHOVAH, fortes tuos.

12. Excitabuntur (*iszaqu*) & ascendent omnes gentes ad vallem Jehoschaphati: ibi enim sedebo ad judicandum omnes gentes circumcirca, (*dicens;*)

13. [a] Emittite falcem, quia maturuit messis: venite, descendite, quia plenum est torcular, exundarunt lacus: eò quod magna (*sit*) malitia eorum.

a) Apoc. 14.15.

14. Cumuli, cumuli (*sunt*) in valle decisa: quia propinquus (*est*) dies JEHOVÆ in valle decisa.

15. [b] Sol & luna atrati sunt, & stellæ contraxerunt splendorem suum.

16. [c] JEHOVAH autem è Zijone rugiet, & ex Hierosolyma dabit vocem Suam, ut contremiscant cœli & terra: sed JEHOVAH (*erit*) refugium populo Suo, & munitio filiis Jisraëlis.

17. Tum cognoscetis, quod Ego (*sim*) JEHOVAH, DEUS vester, habitans in Zijone, in monte sanctitatis Meæ; sitque Hierosolyma sanctitas, nec alienigenæ transituri per eam amplius.

18. Fiet itaque in die isto; [d] stillabunt montes mustum, & colles fluent lacte; omnesque tivi Jehudæ fluent aquis; Fons autem è domo JEHOVÆ exibit, & irrigabit flumen Schittim.

d) Am. 9.13.

19. Ægyptus (*autem*) in vastitatem erit; & Edom in desertum vastitatis erit: propter violentiam filiorum Jehudæ, quorum fuderunt sanguinem innocentem in terra sua.

20. At Jehudah in æternum sedebit: & Hierosolyma in generationem & generationem.

21. Tum mundabo (*quidem, sed*) sanguinem eorum non mundabo: JEHOVAH (*enim*) habitans (*erit*) in Zijone.

AMOS.

AMOS.

CAPUT I.

apud hoc partes habet duas. Est 1. Inscriptio libri prophetiarum. v. 1. II. Prophetia contra varios populos. v. 2. (1.) contra Damascum. v. 3. (2.) contra Gasam. à v. 6. (3.) contra Tyrum. v. 9. 10. (4.) contra Edomum. v. 11. 12. (5.) contra filios Ammonis. à v. 13.

VErba Amosi, qui fuit inter armentarios de Thekoa; quæ vidit super Jisraël, in [a] diebus Ussiæ, Regis Jehudæ, & in diebus Jarobeami, filii Joaschi, Regis Jisraëlis, biennium ante terræ motum.

2. Dixit autem; [b] JEHOVAH è Zione rugiet, & ex Hierosolyma dabit vocem suam: ita ut lugeant habitacula pastorum, & exaresçat vertex Carmelis.

3. Sic dixit JEHOVAH; (*dixi*) propter tres prævaricationes Damasci, & propter quatuor, non avertam illud, (*quod dixi: inprimis*) propterea quod trituratunt tribulis ferri Gileadem.

4. Ideò mittam ignem in domum Chasaelis, qui comedet palatia Benhadadi.

5. Frangam insuper vectem Damasci, & excindam habitantem è valle Aven & tenentem sceptrum è domo Edenis, & exulabunt populus Syriæ usque ad Kir; inquit JEHOVAH.

6. Sic dixit JEHOVAH; propter tres prævaricationes Gasæ, & propter quatuor non avertam illud: propterea quod exulare fecerunt (*Jisraëlem*) exilium perfectum, concludendo Edomo. *vide vers. 9.*

7. Ideò mittam ignem in murum Gasæ, qui comedet palatia ejus.

8. Excindam insuper habitantem ex Aschdodo, & tenentem sceptrum ex Aschkelone, & convertam manum Meam contra Ekronem; ut pereant reliquiæ Philistæorum, inquit ADONAI JEHOVIH.

9. Sic dixit JEHOVAH; Propter tres prævaricationes Tyri, & propter quatuor, non avertam illud: propterea quod concluserunt exilium perfectum (*Jisraëlis*) Edomo, nec recordati sunt fœderis fratrum.

10. Ideò mittam ignem in murum Tyri, qui comedet palatia ejus.

11. Sic dixit JEHOVAH; propter tres prævaricationes Edomi, & propter quatuor, non avertam illud: propterea quod persecutus est fratrem suum gladio, & corrupit miserationes suas, ac discerpsit in perpetuum (*in*) ira suâ, & furorem suum servavit in æternum.

12. Ideò mittam ignem in Themanem, qui comedet palatia Bozræ.

13. Sic dixit JEHOVAH; propter tres prævaricationes filiorum Ammonis, & propter quatuor non avertam illud: propterea quod discidit gravidas Gileadis, ut dilataret terminum suum.

14. Ideò succendam ignem in muro Rabbæ, qui comedet palatia ejus: cum conclamatione in die belli; cum procella in die tempestatis.

15. Ita ut abeat Rex eorum in exilium; ipse & Principes ipsius, inquit JEHOVAH.

CAP. II.

Continuantur hoc Capite prophetiæ contra populos supr. Cap. cepta. Partes eius tres sunt. I. Prophetia contra Moabum. à v. 1. II. Prophetia contra Iehudam. v. 4. 5. III. Prophetia contra Isræl. à v. 6.

SIc dixit JEHOVAH; propter tres prævaricationes Moabi, & propter quatuor, non avertam illud: propterea quod combussit ossa Regis Edomi in calcem.

2. Idcò mittam ignem in Moabum, qui comedet palatia Kerijoth: ut moriatur in tumultu Moabus; cum conclamatione, cum voce buccinæ.

3. Insuper excindam Judicem è medio ejus; & omnes Principes ejus occidam cum illo: inquit JEHOVAH.

4. Sic dixit JEHOVAH; propter tres prævaricationes Jehudæ, & propter quatuor non avertam illud: propterea quod repudiarunt legem JEHOVÆ, & statuta Ipsius non servarunt; sed seduxerunt eos mendacia eorum, post quæ abiverunt Patres eorum.

5. Ideò mittam ignem in Jehudam, qui comedet palatia Hierosolymæ.

6. Sic dixit JEHOVAH; propter tres prævaricationes Jisraëlis, & propter quatuor non avertam illud: propterea quod vendunt pro argento justum, & egenum pro pari calceorum:

7. Quod anhelant pulverem terræ pro capite pauperum, & viam miserorum declinant: quin vir & pater ejus abeunt ad puellam (*unam,*) ut profanent Nomen Sanctitatis Meæ.

8. Insuper super vestibus oppigneratis inclinant se, juxta omne altare: & vinum oppressorum bibunt (*in*) domo deorum suorum.

9. Atqui Ego [a] perdidi Emoræum coram illis, cujus sicut altitudo cedrorum (*erat*) altitudo, & robustus ille sicut quercus: perdidi tamen fructum ejus desuper, & radices ejus deorsum.

10. Contra [b] Ego ascendere feci vos è terra Ægypti, & duxi vos in deserto quadraginta annos, ad possidendam terram Emoræi.

11. Suscitavi etiam de filiis vestris in Prophetas, & de juvenibus vestris in Nesiræos: Num (verò) etiam hoc nihil (*est,*) ô filii Jisraëlis? inquit JEHOVAH.

12. At potare fecistis Nesiræos vinum: & Prophetis præcepistis, dicendo: ne prophetetis.

13. (*Quare,*) ecce Ego premam sub vobis; quemadmodum premit currus plenus sibi manipulo.

14. Ita ut pereat refugium veloci, & fortis non confirmet robur suum, nec potens eripiat animam suam.

15. Neque tenens arcum consistat; neque celer pedibus suis eripiat se; neque equitans (*in*) equo eripiat animam suam:

16. Sed fortis corde suo inter heroës, fugiat nudus in die isto, inquit JEHOVAH.

CAP. III.

Habet hoc Caput prophetiam contra Isræl. m. Partes autem ejus sunt tres. Earum I. est compellatio & excusatio Prophetæ. à v. 1. II. Malitia & violentia Isrælis plusquam gentilis. v. 9. 10. III. Ejusdem pœna gravissima. à v. 11.

AUdite verbum hoc, quod locutus est JEHOVAH super vos, ô filii Jisraëlis; super omnem familiam, quam ascendere feci è terra Ægypti, dicendo:

2. Tantum vos agnovi ex omnibus familiis terræ: propterea visitabo super vos omnes iniquitates vestras.

3. Num (*enim*) ibunt duo unà, si non convenerit ipsis?

4. Num rugiet leo in sylva, si rapina ipsi non (*sit?*) num dabit leo juvenis vocem suam è spelunca sua, si non ceperit (*quid?*)

5. Num cadet avis super laqueum terræ, si tendicula illi non (*sit?*) num ascendet laqueus de terra, si capiendo non ceperit (*quid?*)

6. Num canetur buccina in urbe, & populus non tremiscet? num erit malum in urbe, quod JEHOVAH non fecerit?

7. Quia non faciet ADONAI JEHOVIH verbum, nisi revelaverit arcanum Suum servis Suis Prophetis.

8. Leo (*itaq,*) rugiit, quis non timeat? ADONAI JEHOVIH locutus est? quis non prophetet?

9. Auditi facite super palatiis in Aschdodo; & super palatiis in terra Ægypti, ac dicite; congregamini super montibus Samariæ, & videte tumultus magnos in medio ejus, & oppressos in medio ejus.

10. Atta-

10. Attamen non cognoverunt facere recta, inquit JEHOVAH; qui thesaurizant vim & vastationem in palatiis suis.

11. Quare sic dixit ADONAI JEHOVIH; hostis (*adesti*) & (*quidem*) in circuitu terræ vobis destruxerat, qui detrahet de te robur tuum, ut deripiatur ex te palatium tuum.

12. Sic dixit JEHOVAH; sicut (*si*) eripuerit pastor ex ore leonis duo crura, aut particulam auris: sic eripientur filii Jisraëlis, habitantes in Samaria, (*quasi*) in angulo lecti, & in extremitate spondæ.

13. Audite & testificamini contra domum Jacobi; inquit ADONAI JEHOVIH, DEUS Zebaoth.

14. Quod in die, quo visitaturus sim prævaricationes Jisraëlis super illum, visitaturus sim super altaria Bethelis, ut excidantur cornua altaris, cadantque in terram.

15. Et percussurus sim domum hyemis, cum domo æstatis, ut pereant domus eboris, & desinant domus magnæ, inquit JEHOVAH.

CAP. IV.

Caput hoc prophetam habet contra vaccas Baschanis seu parentes Samaria. Ubi I. compellatio. v. 1. II. Indicitur pœna. v. 2. Ob III. idololatriam in Bethele. v. 4. 5. IV. Impœnitentiæ & negligentiæ castigationum per famem & sitim &c. exprobratur. a v. 6. ad 11. V. Ultrices pœnæ denunciatur. v. 12. 13.

AUdite verbum hoc, ô vaccæ Baschanis, quæ in monte Samariæ (*estis.*) opprimentes attritos, contundentes pauperes, dicentes dominis suis; adduc, ut ebibamus.

2. Juravit ADONAI JEHOVIH per Sanctitatem Suam; quod, ecce, dies venientes (*erunt*) super vos, quibus extrahant vos aculeis, & posteritatem vestram hamis piscationis.

3. Tum (*per*) rupturas exibitis quælibet (*è*) regione sui, & dejicieris palatium (*ad exeundum;*) dictum JEHOVÆ.

4. Abite Berhelem, & prævaricamini; Gilgalem; (*&*) multiplicate prævaricari: deindeadducite mane sacrificia vestra; tertio die decimas vestras.

5. Et adolendo (*adolete*) de fermentato, eucharisticum, ac proclamate spontanea, audiri (*ea*) facite: sic namque amastis ô filii Jisraëlis: dictum ADONAI JEHOVIH.

6. Quare etiam Ego dedi vobis puritatem dentium in omnibus civitatibus vestris, & defectum panis in omnibus locis vestris, sed non reversi estis ad Me: dictum JEHOVÆ.

7. Insuper etiam Ego prohibui à vobis pluviam, cum adhuc tres menses (*essent*) ad messem usque; ita ut pluere fecerim (*quidem*) super urbem unam; sed super urbem alteram non fecerim pluere: ager unus pluviam acceperit, sed ager, super quem non pluit, exaruerit.

8. Undevagaræ sunt duæ, tresve urbes ad urbem unam, ad bibendum aquas; nec tamen satiaræ sunt: nihilominus non reversi estis ad Me: dictum JEHOVÆ.

9. Percussi (*quoq;*) vos uredine & tubigine: plurimos (*item*) hortos vestros, & vineas vestras, & ficus vestras, & oleas vestras comedit eruca; nec tamen reversi estis ad Me, dictum JEHOVÆ.

10. Misi in vos pestem in via Ægypti: occidi gladio juvenes vestros, cum captivitate equorum vestrorum; adeò ut ascendere fecerim fœtorem castrorum vestrorum etiam in nasum vestrum; nec tamen reversi estis ad Me: dictum JEHOVÆ.

11. Subverti inter vos juxta eversionem DEI [a] Sodomam & Gomorrham; ut facti sitis sicut titio ereptus ex incendio; nec tamen reversi estis ad Me: dictum JEHOVÆ.

12. Ideò sic faciam (*porrò*) tibi, ô Jisraël: quoniam autem sic facturus sum tibi, dispone te erga DEUM tuum, ô Jisraël.

13. (*Ille*) namque, Ecce, (*est*) Formator montium, & creator spiritus, & enuntians homini, quæ cogitatio ipsius, faciens autoram (*in*) obscutitarem, & calcans super excelsa terræ; JEHOVAH DEUS exercituum Nomen Ejus (*est.*)

CAP. V.

Prophetia contra domum Jisraëlis hac capite continetur. In quâ I. compellatio. v. 1. II. Prædictio pœnæ. v. 2. 3. III. Hortatio ad quærendum Jehovam ab idololatria. à v. 4. IV. Querela de contemtu redarguentium. à v. 8. V. Contemtorum pœna. a v. 11. VI. Repetita adhortatio ad pœnitentiam. v. 14. 15. VII. Impœnitentium pœna, à v. 16. IIX. Repudiatio falsæ pœnitentiæ. a v. 21.

AUdite verbum hoc: quo ego extollens (*sum*) super vos planctum, ô domus Jisraelis.

2. Cecidit, nec addet resurgere virgo Jisraëlis: dejecta est super terram suam, nec (*est*) erigens eam.

3. Sic namque dixit ADONAI JEHOVIH; urbs exiens (*cum*) millenis, residuos faciet centum; & exiens (*cum*) centenis, residuos faciet decem domui Jisraëlis.

4. Quia sic dixit JEHOVAH domui Jisraëlis; quærite Me, ut vivatis.

5. Non autem quærite Bethelem, & Gilgalem ne veniatis, nec in Beersehebam transeatis: nam Gilgal migrando migrabit, & Bethel fiet Aven, (*nihilum.*)

6. Quærite JEHOVAM, ut vivatis, ne invadat sicut ignis domum Josephi, comedatque, nec (*sit,*) qui extinguat, Bethelii.

7. Quia convertunt in absinthium judicium; & justitiam in terram detrudunt.

8. (*O Tu, qui es,*) [a] qui fecit Plejades & Orionem, & converrit auroram in umbram mortis; diemque in noctem obscutat: qui [b] vocat aquas maris, & effundit eas super facies terræ; JEHOVAH (*est*) Nomen Ejus.

9. Qui recreat vastatum supra robustum; ut (*contrà*) vastitas super munimentum veniat.

10. Oderunt (*illi*) in porta redarguentem; & loquentem rectum abominantur.

11. Quare, quoniam conculcatis attritum, & onus frumenti rapitis ab eo; (*ideò*) domos lapidis cæsi ædificabitis, sed [c] non habitabitis in iis: vineas desi-

detii plantabitis, sed non bibetis vinum earum.

12. Novi enim, multas (*esse*) prævaricationes vestras, & innumera peccata vestra; qui affligunt justum, accipiunt munus, & pauperes in porta impellunt.

13. Propterea intelligens in die illo silebit: quia tempus malum erit.

14. Quærite [d] bonum, & non malum, ut vivatis: sic enim erit JEHOVAH, DEUS Zebaoth, vobiscum: sicut dixistis.

15. Odio habete malum, & diligite bonum, & stabilite in porta judicium: fortè miserebitur JEHOVAH, DEUS Zebaoth, teliquiarum Josephi.

16. (*Sed hac non faciunt:*) Propterea sic dixit JEHOVAH, DEUS Zebaoth, ADONAI; in omnibus plateis (*erit*) luctus, & in omnibus vicis dicent; Heu, heu! vocabuntque agricolam ad luctum; & peritos lamenti ad planctum.

17. Inque omnibus vineis (*erit*) planctus: quia transibo per te; dixit JEHOVAH.

18. Væ desiderantibus diem JEHOVÆ! Quid (*enim*) vobis dies JEHOVÆ? (*cum sit dies*) ille [e] tenebrarum & non lucis.

19. (*Unde idem erit:*) Sicut (*si*) quis fugiet leonem, & incidat in ursum: aut (*si quis*) venjat domum, nitaturque manu sua super parietem, mordeat verò eum anguis.

20. Nonne (*enim*) tenebræ erit dies JEHOVÆ, & non lux; & caligo, non autem splendor (*erit*) illi?

21. Odi, abominor [f] festa vestra: nec odorabor cessationes vestras.

22. Unde, si obtuleritis Mihi holocausta & Minchas vestras, non acceptabo; & pacificum pinguium vestrorum non respiciam.

23. Remove à Me multitudinem canticorum tuorum: cantum enim nabliorum tuorum non audiam.

24. Fluat verò sicut aquæ judicium; & justitia sicut torrens fortis.

25. Num (*enim*) sacrificia [g] & Mincham attulistis Mihi in deserto quadraginta annos, ô domus Jisraëlis?

26. Atqui suscepistis Siccuth, Regem vestrum; & Kijun, imagines vestras; stellam dei vestri, quem fecistis vobis.

27. Ideò migrare faciam vos ultra Damascum, dixit JEHOVAH, Deus Zebaoth (*est*) Nomen Ejus.

CAP. VI.

Continet hoc Caput prophetiam contra varia peccata Israelis & Zijonis, adjectis pœnis. I. Contra securitatem. à v. 1. II. Luxum. à v. 4. III. Superbiam. v. 8. IV. Injustitiam. v. 12. V. Va-

VÆ secutis in Zijone, & confidentibus in monte Samariæ; nominatis, primitiæ gentium, & ad quos veniunt domus Jisraëlis.

2. Transite ad Calneh, & videte; ac pergite inde (*ad*) Chamath magnam: descendite etiam (*in*) Gath Philisthæorum: num meliores (*sitis*) regnis istis? annon major (*sit*) terminus eorum, quam terminus vester?

3. O! qui procul putatis abesse diem malum; ideoque attrahitis habitationem violentiæ!

4. (*Væ iis*) qui cubant super lectis eboris, & extendentes se super spondis suis, edentes agnos de grege, & vitulos è medio stabulo;

5. Qui modulantur super nablio: (*& re*) sicut David excogitant sibi instrumenta cantus!

6. Qui bibunt ex scyphis vini, & primis unguentis delibantur: sed super contritione Josephi non afficiuntur dolore!

7. Quapropter jam migrabunt in principio migrantium: ut removeatur luxus abundantium.

8. Juravit ADONAI JEHOVIH per animam Suam, dictum JEHOVÆ, Dei Zebaoth; abominans (*sum*) Ego superbiam Jacobi, & palatia ejus odi: ideò concludam urbem & plenitudinem ejus.

9. Unde fiet; si relicti fuerint decem viri in domo una, morientur.

10. Tum portabit aliquem patruus ejus, & vespillo ejus, ad exportandum ossa

è domo; dicetque ei, qui (*erit*) ad latera domus; num adhuc (*quis est*) tecum? qui dicet; Nemo: dicet ergò; sile: quia non (*voluerunt*) recordari Nominis JEHOVÆ.

11. Ecce enim JEHOVAH præcipiens (*est,*) & percutiet domum magnam aspersionibus, & domum parvam rupturis.

12. Num current in petra equi? num arabit (*quis eum*) bobus? quod convertistis in fel judicium, & fructum justitiæ in absinthium.

13. O! qui lætantur super non re; qui dicunt; nonne per fortitudinem nostram sumsimus nobis cornua?

14. Quia, ecce, Ego (*sum*) excitans contra vos, ô domus Jisraëlis, dictum JEHOVÆ, Dei Zebaoth, gentem, ut opprimant vos inde, ubi venitur (*in*) Chamath, usque ad flumen planitiei.

CAP. VII.

Capitis hujus partes duæ sunt. I. Visiones Amosi (a.) de Formatore locustarum, cum deprecatione Prophetæ. à v. 1. (2.) de contendente per ignem, cum deprecatione. à v. 4. (3.) de perpendiculo, sine deprecatione. v. 7. 9. II. Acta Amazjæ, Sacerdotis falsi contra & cum Amosi prophetæ. à v. 10.

SIc videre fecit me ADONAI JEHOVIH: Et, ecce, (*erat*) formator locustarum, in principio (*temporis, quo*) ascendit cordum: (*est*) autem, ecce, cordum, (*quod nascitur*) post fœnisecia Regis.

2. Factum ergò est quando consummavit comedere herbam terræ: dixi; ADONAI JEHOVIH, condona, quæso: qualis (*enim*) stabit Jacob, cum parvus ille (*sit?*)

3. (*Unde*) pœnituit JEHOVAM hujus (*rei:*) non fiet, dixit JEHOVAH.

4. Sic videre fecit me ADONAI JEHOVIH, &, ecce, vocans (*erat*) ad contendendum per ignem, ADONAI JEHOVIH: comedit itaque abyssum magnam, ita ut comederit partem (*ejus.*)

5. Sed dixi; ADONAI JEHOVIH, cessa, quæso: qualis (*enim*) stabit Jacob, quum parvus ille (*sit?*)

6. Pœnituit (*itaq,*) JEHOVAM hujus (*rei:*) Etiam hoc non fiet, dixit ADONAI JEHOVIH.

7. Sic videre fecit me; & ecce, ADONAI stabat super muro perpendiculi, & in manu Ejus perpendiculum.

8. Dixit autem JEHOVAH ad me; Quid tu (*es*) videns, Amos? cui dixi; perpendiculum: Tum dixit ADONAI; En Ego (*sum*) ducens perpendiculum per medium populi Mei Jisraëlis; nec addam amplius transire illi.

9. Vastabuntur ergò excelsa Jischaki, & sanctuaria Jisraëlis desolabuntur: surgamque contra domum Jarobeami cum gladio.

10. Tum misit Amazjah, Sacerdos Bethelis, ad Jarobeamum, Regem Jisraëlis, dicendo; conjuravit contra te Amosus in medio domus Jisraëlis: (*ideò*) non potetit terra sustinere omnia verba ejus.

11. Sic namque dixit Amosus; gladio morietur Jarobeamus: Jisraël autem migrando migrabit è terra sua.

12. Dixit (*etiam*) Amazjah ad Amosum; videns, i, fuge tibi ad terram Jehudæ, ut comedas ibi panem, & ibi prophetes,

13. (*In*) Bethele autem non addes amplius propherare, quia sanctuarium Regis hæc, & domus regni hæc.

14. Respondit verò Amosus, dixitque ad Amazjam: Non (*sus*) Propheta ego, neque Prophetæ filius: sed armentarius ego, & collector sycomororum.

15. Accepit autem me JEHOVAH à post gregem, dixitque ad me JEHOVAH; abi, propheta contra populum Meum Jisraëlem.

16 Nunc ergò audi verbum JEHOVÆ; Tu dicens (*es;*) ne propheta contra Jisraëlem, neque stilla contra domum Jischa-

17. Quare sic dixit JEHOVAH: uxor tua in urbe scortabitur; filii autem tui filiæque tuæ gladio cadent; at terra tua fune dividetur: tu denique super terra immunda morieris, & Jisraël migrando migrabit è terra sua.

CAP. IIX.

Habet hoc Caput Partes tres. I. Continet visionem fructuum maturorum in calatho, de interitu Israëlis finali. à v. 1. II. Prophetias specialeis: quarum (1.) contra absorbentes pauperes miseros. à v. 4. (2.) de fame verbi Jehova. a v. 8.

SIc videre fecit me ADONAI JEHOVIH; & ecce, calathus fructuum æstivorum.

2. Dixit autem; Quid tu videns (*es,*) Amos? cui dixi calathum fructuum æstivorum: dixit ergò JEHOVAH ad me; venit finis super populum Meum. Jisraëlem: non (*enim*) addam amplius transire illi.

3. Quare ejulabunt cantica templi in die illo; dictum ADONAI JEHOVIH: (*ideò quod*) multum (*erit*) cadavet: in omni loco projiciet, (*quin, dicens;*) sile.

4. Audite hoc, absorbentes pauperem, ut cessare faciatis miseros terræ:

5. Dicendo; quando transibit neomenia, ut vendamus frumentum; vel Sabbathum, ut aperiamus triticum; minuendo Epham, & augendo siclum, ac pervertendo lances doli;

6. Ut emamus argento attritos, & pauperem pro pari calceorum: deciduum autem tritici vendamus.

7. (*Ideò*) Juravit JEHOVAH per excellentiam Jacobi; si oblitus fuero in æternum operum eorum omnium.

8. Num (*enim*) propter hoc non commoveatur terra, & lugeat omnis habitans in ea? ita ut ascendat sicut rivus tota, & expellatur submergaturque quasi flumine Ægypti.

9. Ideò fiet in die illo, dictum ADONAI JEHOVIH; occidere faciam solem in meridie; & obtenebrabo terram in die lucis;

10. Convertamque [a] festa vestra in luctum, & omnia cantica vestra in lamentum: ita ascendere faciam super omnes lumbos saccum, & super omne caput calvitiem; ponamque eam [b] sicut luctum unigeniti, & postrema ejus sicut diem amarum.

a) *Tob. 2.6.*
b) *1. Macc. 1,41. Zach. 12, 10.*

11. Ecce dies venturi (*ſunt*,) dictum Adonai Jehovih: quibus immittam famem in terram: non famem ad panem, aut ſitim ad aquas; ſed ad audiendum verba Jehovæ.

12. Ut vagentur à mari ad mare, & à ſeptentrione uſque ad orientem, (*&*) diſcurſitent ad quærendum verbum Jehovæ, nec inveniant.

13. In die illo deficient virgines pulchræ & juvenes ſiti:

14. Qui juraverant per reatum Samariæ; dixeruntque; Per vitam dei tui, Dan. & per vitam viæ Beerſcheba; ſic cadent, nec reſurgent amplius.

CAP. IX.

Caput hoc partes habet duas. I. Continet prophetiam contra populum Iſraëlis. Quarum (1.) eſt viſio Jehovæ ſuper altari percutiendo. à v. 1. (2.) Repudiatio populi & diſperſio inter gentes. à v. 5. II. Continet promiſſionem de erectione tentorij Davidis ſub Novo Teſtamento. à v. 11.

VIdi Adonai ſtantem ſuper altari, qui dixit; percute malogranatum, ut contremiſcant poſtes: hoc eſt, divide eos in capite omnes; poſtrema autem eorum gladio occidam: non effugiet illis fugiens, nec evadet illis evaſor.

a) *Pſal. 139. 8.* 2. Sive [a] perfoderint in infernum, inde manus Mea recipiet eos: ſive aſcenderint (*in*) cœlos, inde dejiciam eos.

b) *Obad. 1, 4.* 3. Sive [b] abſconderint ſe in vertice Carmelis, inde perſcrutabor & retrahameos: ſive occultaverint ſe à-coram oculis Meis in fundo maris, inde præcipiam ſerpenti, ut mordeat eos.

4. Sive iverint in captivitatem coram hoſtibus ſuis, inde præcipiam gladio, ut c) *Ier. 44, 11.* occidat eos: adeò [c] (*ponam*) oculum Meum contra eos in malum; non autem in bonum.

5. Nam Adonai Jehovih Zebaoth (*eſt,*) qui tangit terram, ut colliqueſcat, & lugeant omnes habitantes in ea, aſcendatque ſicut rivus tota, & ſubmergatur ſicut fluvio Ægypti:

6. Qui ædificat in cœlis gradus Suos, & cumulum ſuum ſuper terra fundat: qui vocat aquas maris, effundiſque eas ſuper facies terræ; Jehovah (*eſt*) Nomen Ejus.

7. Nonne ſicut filii Æthiopum vos Mihi (*eſtis,*) ô filii Iſraëlis? dictum Jehovæ: Nonne Iſraëlem aſcendere feci è terra Ægypti; & Philiſthæos è Kaphthore; & Syros è Kir?

8. Ecce (*verò*) oculi Adonai Jehovih (*erunt*) contra regnum peccans, ut perdam illud deſuper faciebus terræ: attamen non perdendo perdam domum Jacobi; dictum Jehovæ.

9. Ecce enim, Ego præcipiens, ut vagari faciam inter omnes gentes domum Iſraëlis: quemadmodum commovetur in cribro (*quid,*) nec tamen cadit lapillus in terram.

10. Gladio (*quidem enim*) morientur omnes peccatores populi Mei, dicentes: ne adducas, aut prævenire facias nos malum.

11. In die (*tamen*) illo [d] erigam tentorium Davidis collapſum; obſeniamque rupturas eorum, & deſtructa ejus reſtituam, ædificaboque eam juxta dies æternitatis. d) *Act. 15, 16.*

12. Ut poſſideant reliquias Edomi, & omnes gentes, ſuper quas vocatum eſt Nomen Meum: dictum Jehovæ faciens hoc.

13. Ecce, dies (*ſunt*) venientes, dictum Jehovæ, ut attingat arans meſentem, & calcans uvas diſtrahentem ſemen, e) *Ioel. 3, 18.* [e] ſtillentque montes muſtum, & omnes colles diffluant.

14. Reducam enim captivitatem populi Mei, Iſraëlis, ut ædificent urbes devaſtatas, ſedeantque (*in iis,*) & plantent vineas, bibantque vinum earum, & faciant hortos, comedantque fructum eorum.

15. Tum plantabo eos ſuper terra eorum; nec eradicabuntur amplius deſuper terra eorum, quam dedi eis; dixit Jehovah, Deus tuus.

OBADJAH.

CAPUT I.

Prophetia hoc contra Edomum partes habet duas. Quarum I. eſt prophetia de humiliatione Edomi ob ſuperbiam, inprimis peccata contra Iſraëlem. à v. 1. II. Prophetia de Novo Teſtamento, & erectione Zionis. à v. 17.

a) *Ier. 49, 14.* VIſio Obadjæ: Sic dixit Adonai Jehovih Edomo. [a] famam audivimus à-cum Jehovah; & nuntius inter gentes miſſus eſt; ut ſtemus contra eam ad bellum.

2. Ecce, parvum te reddidi inter gentes; contemtus tu (*es*) valde.

3. Superbia cordis tui decepit te, qui habitans (*es*) in ſciſſuris petræ, altitudine ſedis ejus: qui dicit in corde ſuo; quis detrahet me (*in*) terram?

4. (*Atqui*) ſi exaltaveris te ſicut aquila, b) *Ier. 49, 16.* [b] & ſi inter ſtellas (*fuerit*) ponere nidum tuum, inde detraham te: dictum Jehovæ.

5. (*Tum*) ſi fures venerint tibi, ſi everſores noctu: quomodo exciſus es? nonne furabuntur, quod illis ſatis? ſi vindemiatores venerint tibi: nonne relinquent (*tantum*) racemos?

6. Quomodo perquiſiti ſunt Eſau (*Eſauitæ?*) perveſtigata ſunt abdita ejus?

7. Uſque ad terminum emittent te omnes viri fœderis tui: deceperunt te, prævaluerunt tibi viri pacis tuæ: panem tuum ponent vulnus ſub te; (*ut*) non (*ſic*) intelligentia in eo.

8. Nonne (*enim*) in die illo, dictum c) *Eſa. 29, 14.* Jehovæ, [c] perditurus ſum ſapientes ex Edomo, & intelligentiam de monte Eſau?

9. Ut conſternentur fortes tui, ô Theman: ut excindatur vir de monte Eſau præ cæde.

10. (*Tum*) propter violentiam fratris d) *Gen. 27, 42.* tui [d] Jacobi operiet te pudor, & excideris in æternum.

11. In die (*enim,*) quo ſteriſti è regione, in die, quo captivum duxerunt alieni robur ejus, & alienigenæ intrarunt portas ejus, & ſuper Hieroſolymam jecerunt ſortem, etiam tu (*fuiſti*) ſicut unus de illis.

12. Verum ne videas diem fratris tui, quum alienarit; & ne lætaris de filiis Jehudæ, in die interitus eorum: nec dilates os tuum, in die anguſtiæ.

13. Ne intres per portam populi mei in die interitus eorum: ne videas etiam tu malum ejus, in die interitus ejus: nec mittant ſe (*manus tua*) in robur ejus, in die interitus ejus.

14. Neque ſtes ſuper bivio, ad excindendum evaſores ejus; nec concludas reſiduos ejus in die anguſtiæ.

15. Propinquus namque (*eſt*) dies Jehovæ ſuper omnes gentes: (*quo,*) quemadmodum [e] feciſti, fiet tibi, retributio e) *Exod.* tua redibit ſuper caput tuum. *21, 24.*

16. Quemadmodum enim bibiſtis ſuper monte Sanctitatis Meæ; bibent omnes gentes jugiter: bibent, inquam, & exſorbebunt; eruntque quaſi non fuiſſent.

17. At in monte Zijonis erit ereptio, eritque (*hæc*) ſanctitas: tum hæres eris domus Jacobi hereditatum eorum.

18. Fiet enim domus Jacobi ignis, & domus Joſephi flamma; ſed domus Eſavi in ſtipulam: ut accendant (*illi*) hos, & comedant eos, nec ſit reſiduus domui Eſavi: quia Jehovah locutus eſt.

19. Tunc hæredes erunt meridionales montis Eſavi, & planities, Philiſthæorum; ut hæredes fiant agri Ephrajim, & agri Samariæ; Benjamin autem Gileadis.

20. Deportati autem roboris hujus, (*qui*) filiis Iſraëlis, eorum, qui (*ſunt*) Cananæi uſque ad Zorpath; & deportati Hieroſolymæ, qui in Sepharad, erunt hereditate urbium meridiei.

21. Aſcendent enim ſervatores in montem Zijonis, ad judicandum montem Eſavi: eritque JEHOVÆ regnum.

JONÆ.

CAPUT I.

Caput hoc partes habet Quinq. Quarum I. eſt Mandatum Iehova Iona ad Nineven datum. v. 1. 2. II. Fuga Iona ad Thatſchiſch. v. 3. III. Procella in mari ingens. à v. 4. IV. Sors & confeſſio Iona. à v. 7. V. Projectio Iona in mare. à v. 11.

FActum autem eſt verbum JEHOVÆ ad Jonam, filium Amithai, dicendo:

2. Surge, abi ad Nineven, urbem magnam, & clama contra eam: quia aſcendit malitia eorum coram Me.

3. Sed ſurrexit Jonah ad fugiendum in Thatſchiſch à-coram JEHOVAH: deſcendit itaque (*in*) Japho, invenitque navem abeuntem (*in*) Tharſchiſch; cujus dedit portorium, deſcenditque in ea, ut veniret cum illis in Tharſchiſch coram JEHOVAH.

4. JEHOVAH verò immiſit ventum magnum ſuper mare, factaque eſt procella in mari magna, ita ut navis cogitaverit frangi.

5. Ideò timuerunt nautæ, ac clamarunt vir (*quiſq;*) ad deum ſuum, projeceruntque (*mox*) vaſa, quæ (*fuerant*) in navi in mare, ad allevandum à-ſuper ſe. Jonah autem deſcenderat ad latera navis, cubuitque & obdormivit.

6. Acceſſit itaque ad ipſum navarchus, dixitque illi, quid tibi ſtertens (*es?*) ſurge, clama ad DEUM tuum; fortè cogitabit (*id*) DEUS nobis, ut non pereamus.

7. Poſteà dixerunt vir ad ſocium ſuum; ite, jaciamus ſortes, ut cognoſcamus, propter quem quod cui (*ſiat*) malum hoc nobis: jeceruntitaque ſortes, ceciditque ſors ſuper Jonam.

8. Tum dixerunt ad illum; indica, quæſo, nobis; propter quid, quod cui, malum hoc nobis (*venit?*) quodnam negotium tuum; & unde tu veniſti? quæ terra tua? & ex quo populo tu (*es?*)

9. Dixit ergò ad illos; Hebræus ego (*ſum:*) & JEHOVAM, DEUM cœlorum ego timens (*ſum,*) qui fecit mare & aridam (*terram.*)

10. Unde timuerunt viri timorem magnum, dixeruntque ad eum; Quare (*ergò*) hoc feciſti? Sciverunt enim viri, quod à coram JEHOVAH ille fugiens (*eſſet:*) ſiquidem indicaverat illis.

11. Tum dixerunt ad illum; quid faciemus tibi, ut taceat mare à-contra nos? nam (*adhuc*) mare pergebat, procella agitatum.

12. Dixit verò ad illos; Tollite me, & projicite me in mare, ut taceat mare à-contra vos: ſciens (*enim*) ego (*ſum,*) quod propter quod mihi (*eſt,*) procella hæc magna (*ſit*) contra vos.

13. Remigarunt tamen viri, ut reducerent (*navem*) ad aridam; ſed non valuerunt;

runt; eò quod mare pergeret, & procelloſum (*eſſet*) contra eos.

14. Quare clamarunt ad JEHOVAM, dixeruntque; quæſo, JEHOVAH, ne, quæſo, pereamus propter animam viri hujus, neque des ſuper nos ſanguinem innocentem: Tu enim (*es*) JEHOVAH; ſicut voluiſti, feciſti.

15. Tumque ſuſtulerunt Jonam, projeceruntque eum in mare: deſtitit autem mare à furore ſuo.

16. Quare timuerunt viri timore magno JEHOVAM, ſacrificaruntque ſacrificium JEHOVÆ, ac voverunt vota.

CAP. II.

Partes hujus Capitis ſunt tres. I. Deglutitio Iona à piſce. v. 1. II. Preces Iona in ventre piſcis. à v. 2. III. Ejectio Iona in aridam. v. ult.

VErum JEHOVAH præparavit piſcem magnum, ad abſorbendum Jonam: [a] fuitque Jonah in viſceribus piſcis, *Matt. 12, 40.* tres dies & tres noctes. *16, 4. Luc. 11, 29.*

2. Tum oravit Jonah ad JEHOVAM DEUM ſuum, è viſceribus piſcis:

3. Dixitque; [b] clamavi ex anguſtia, (*mea*) mihi ad JEHOVAM, qui reſpondit mihi: è ventre inferni vociferatus ſum, (*ac*) exaudiviſti vocem meam. *b) Pſal. 120, 1. 130, 1.*

4. Projeceras quidem me in profunditatem, in cor (*uſq;*) marium, & flumen circumdederat me; omnes fluctus Tui & undæ Tuæ ſuper me tranſiverunt:

5. Adeò ut ego dixerim; expulſus ſum à-coram oculis Tuis: ſed tamen (*jam*) addam reſpicere ad templum Sanctitatis Tuæ.

6. Circumdederunt me aquæ uſque ad animam, abyſſus circumcinxerat me; alga alligata (*erat*) capiti meo.

7. Ad exciſiones montium deſcenderam; terræ vectes ſuper me (*erant*) in æternum: nihilominus aſcendere feciſti è fovea vitam meam, ô JEHOVAH, DEUS mi.

8. Quum deficeret ſuper me anima mea, JEHOVÆ recordatus ſum; venitque ad Te oratio mea, ad templum (*uſq;*) Sanctitatis Tuæ.

9. Obſervantes vanitates falſitatis, miſericordiam ſuam derelinquent.

10. Ego verò cum voce confeſſionis ſacrificabo Tibi; quod vovi, exſolvam; ſalutem (*eſſe*) JEHOVÆ.

11. Dixit verò JEHOVAH piſci, ut exſpueret Jonam in aridam.

CAP. III.

Quatuor hujus Capitis partes ſunt. I. Iteratum ſuper Ninive mandatum Iehovæ ad Ionam. v. 1. 2. II. Iona paritis & Concis in Nineve. v. 3. 4. III. Ninevitarum cum Rege ſuo pœnitentia. à v. 5. IV. Iehovæ acceptatio & condonatio. v. ult.

TUmque factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jonam ſecundum, dicendo:

2. Surge, abi in Nineven, urbem magnam, & concionare contra eam concionem, quam Ego loquens (*ero*) ad te.

3. Surrexit ergò Jonah, abivitque in Nineven, juxta verbum JEHOVÆ: Nineve autem fuit urbs magna DEO, itineris trium dierum.

4. Quum verò incepiſſet Jonah intrare intra urbem iter unius diei: concionatus eſt, dixitque; Adhuc quadraginta dies (*ſunt;*) poſt Nineve evertetur.

5. Sed [a] crediderunt viri Nineves in DEUM; ideoque proclamarunt jejunium, induerunteque ſaccos, à maximo eorum, uſque ad minimum eorum. *a) Matt. 12, 41. Luc. 11, 32.*

6. Quum enim perveniſſet verbum ad Regem Nineves, ſurrexit de throno ſuo, & depoſuit chlamydem ſuam de-ſuper ſe, obduxitque ſaccum, ac ſedit ſuper cinere.

7. Dein [b] proclamavit, dixitque in Nineve: Ex decreto Regis & Magnatum ejus, dicendo; Homo vel beſtia, (*ſive*) armentum, ſive grex (*fuerit,*) ne guſtent quicquam, nepaſcant, & aquas ne bibant: *b) Joel. 2, 15.*

8. Operiantur verò ſaccis homo & beſtia; clamentque ad DEUM cum valida devotione, ac revertantur vir à via ſua mala, & à violentia, quæ (*eſt*) in manibus eorum.

9. [c] Quis ſciens (*eſt?*) revertetur, & pœnitentia ducetur DEUS, ut revertatur ab ardore iræ Suæ, nec pereamus. *c) Dan. 4, 24. Joel, 2, 14.*

10. Re-

10. Respexit itaque DEUS opera eorum, quod reversi essent à via sua mala: ideoque pœnituit DEUM super malo, quod dixerat facturum illis, ut non faceret.

CAP. IV.

Capitis hujus sunt quatuor partes. I. Jonæ indignatio super Ninive, & preces impatientiæ. à v. 1. II. Jehovæ redargutio. v. 4. III. Jonæ Kikajon crescens & exarescens. à v. 5. IV. Jehova ex Kikajone contra Jonam argumentatio. à v. 9.

SEd ægrè fuit (*hoc*) Jonæ ægritudine magna, ita ut (*ira*) exarserit illi.

2. Quare oravit ad JEHOVAM, dixitque; [a] quæso, JEHOVAH! nonne hoc (*fuit*) verbum meum, quum adhuc essem super terra mea? quapropter prævenі fugere in Tharschisch: novi enim, quod [b] Tu (*sis*) DEUS (*nimis*) gratiosus & misericors, longanimis & magnus benignitate, quemque pœnitet super malo.

a) *Psal. 145, 5.*

b) *Exod. 34, 6. Nehem. 9, 17. Psal. 103, 8. 145, 7. Joel. 2, 13*

3. Jam ergò, ô JEHOVAH, sume, quæso, animam meam à me: quoniam bona mors mea præ vita mea.

4. Sed dixit JEHOVAH; num justè (*ira*) exarsit tibi?

5. Exiverat autem Jonah ex urbe, & consederat ab oriente urbis; feceratque sibi ibi tentorium, sub quo sederet in umbra, donec videret, quid futurum esset urbi.

6. JEHOVAH autem DEUS præparaverat Kikajonem, qui ascenderat super Jonam, ut esset umbra super capite ejus, ad avertendum illi malum illius: Jonah autem lætatus fuerat super Kikajone lætitia magna.

7. Præparavit itaque DEUS vermem, quum ascenderet aurora die postero, qui percussit Kikajonem, ut exaresceret.

8. Insuper factum est, quum oriretur Sol, ut præpararet DEUS ventum orientalem, exsiccantem, percuteretque Sol caput Jonæ, & ægrè haberet: unde petiit animæ suæ mori, dixitque; bona est mors mea præ vita mea.

9. Tum verò dixit DEUS ad Jonam; num justè exarsit tibi super Kikajone? qui dixit; justè exarsit mihi usque ad mortem.

10. Dixit ergò JEHOVAH; tu pepercisti super Kikajone, in quo (*tamen*) non laborasti, neque perfectum fecisti: quia filius noctis factus, & filius noctis periit.

11. Ergone Ego non pepercerim Ninevæ, urbi magnæ; in qua (*sunt*) plures, quam duodecim myriades hominum, qui non sciunt (*discrimen*) inter dextram suam & sinistram suam; & bestia multa?

MICHÆ.

CAPUT I.

Partes hoc Caput habet quatuor. Quarum I. Tituli: tum (1.) totius libri. v. 1. tum (2.) speciatim primæ prophetiæ contra Samariam & Hierosolymam ibid. II. Traditio vindictæ Jehovæ generalis. à v. 2. III. Ejusdem valdè lamentabilis. à v. 8. IV. Certarum urbium prædictæ mala. à v. 10.

a) *Jer. 26, 18.*

VErbum JEHOVÆ, quod factum est [a] ad Micham Moraschthæum, in diebus Jothami, Achasi, Jechiskijæ, Regum Jehudæ: (&) quod vidit super Samariam & Hierosolymam.

b) *Deut. 32, 1. Esa. 1, 2.*

2. Audite [b] populi omnes, ausculta terra, & plenitudo ejus; sit etiam ADONAI

ADONAI JEHOVIH contra vos in testem de templo sanctitatis Suæ.

c) *Esa. 26, 21.*

3. En! namque JEHOVAH [c] (*suis*) exiens è loco suo, descenditque, & calcavit super excelsa terræ.

4. Unde liquefacti sunt montes sub Ipso, & valles discissæ sunt, (*facti*) sicut cera coram igne, sicut aquæ effusæ in descensu.

5. Propter prævaricationem Jacobi omne hoc (*factum est*;) & propter peccata domus Jisraëlis. Quis (*est*) prævaricatio Jacobi? nonne Samaria? & quis (*est*) excelsa Jehudæ? nonne Hierosolyma?

6. Ideò ponam Samariam in acervum agri, in plantas vineæ: & deffluere faciam in vallem lapides ejus, fundamentaque ejus aperiam.

7. Tum omnia sculptilia ejus contundentur, & omnes mercedes meretriciæ ejus comburentur igne, ac omnia idola ejus ponam vastitatem: nam ex mercede meretricis congregavit, ideò usque in mercedem meretricis revertentur.

Super hoc plangam, & ejulabo, iboque spoliatus & nudus: faciam planctum sicut dracones, & luctum sicut filiæ noctuæ.

9. Quia ægerrima plaga ejus (*quasi*) venit namque usque ad Jehudam; pertigit usque ad portam populi mei, usque ad Hierosolymam.

10. In Gath ne annuncietis, flendo ne fleatis (*ibi:*) in domo (*autem*) Aphræ (*pulveris sit*) pulvere te volutа.

11. Transi vobis habitatrix Schaphir, nuda pudore; non exivit habitatrix Zaanan; planctus Beth-Ezel auferet; vobis consistentiam ejus.

12. Quin indoluit ob bonum habitatrix Maroth (*amaritudinum:*) quia descendit malum à cum JEHOVAH ad portam Hierosolymæ.

13. Junge currum angario, habitatrix Lachisch: principium (*enim*) peccati (*est*) hæc filiæ Zijonis; siquidem in te inventæ sunt prævaricationes Jisraëlis.

14. Propterea dabis donaria cum Morescheth Gath: domus Achsib (*mendacii*) in mendacem (*fient*) Regibus Jisraëlis.

15. Adhuc heredem adducam tibi, habitatrix Marescha, (*hereditatis:*) usque ad Adullam veniet gloria Jisraëlis.

16. Calvitiem indue, & tonde te propter filios deliciarum tuarum: dilata calvitiem tuam, sicut aquila; quia migrarunt a te.

CAP. II.

Habet hoc Caput partes tres. I. Est prophetia contra iniquos fœneratores comminatoria. à v. 1. II. Querela prophetia contra contemtores & hostes verbi DEI. à v. 6. III. Prophetia de Novo Testamento & Messiæ perruptorio adventu. à v. 12.

VÆ cogitantibus iniquitatem, & operantibus malum super cubilibus suis, (*quod*) ad lucem auroræ faciant, eò quod (*sit*) pro deo manus eorum.

2. Hinc quos cupiunt agros, rapiunt; & quas domos, auferunt: Sic opprimunt virum & domum ejus; & virum ac hereditatem ejus.

3. Ideò sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*sum*) cogitans super familiam hanc malum; ex quo non extrahetis colla vestra; neque ibitis (*cum*) erectione; tempus namque malum (*erit*) illud.

4. In die illo efferet super vos proverbium, & lamentabitur (*quis*) lamentum lamentabile, (*dum*) dicet; vastando vastati sumus; portionem populi mei commutavit (*DEus:*) quomodo removit mihi, vicinoque agros nostros partitur?

5. Propterea (*enim*) non erit tibi jaciens funem per sortem, in congregatione JEHOVÆ.

6. (*Quia,*) ne stillate, stillant; (*ideò*) non stillabunt illis, non removebitur (*ab*) ignominiis (*quisquam.*)

7. O dicta domus Jacobi; num brevis factus Spiritus JEHOVÆ est? num hæc (*sunt*) opera Ejus? nonne verba Mea bona erunt cum eo, qui rectus ambulat.

8. At (*factum est*) heri, populus Meus pro hoste sibi statuit (*quemq;*) propter vestem, (*propter*) tunicam, (*quam*) extrahatis; (&) *quidem*) à transeuntibus securè, reducibus belli.

a) *Mich. 3, 3.*

9. Mulieres [a] populi mei expellitis, e domo

è domo deliciarum cujuſque; à cum infantibus ejus auferunt honorem meum in perpetuum.

10. Surgite (*ergò,*) & abite, non enim hæc quies: propter (*enim*) impuritatem perdis (*eam,*) & perditio (*erit*) gravis.

11. Si vir (*eſſem,*) qui vagabundus ſpiritu, & (*qui*) mendacium effutit; (*ſi*) ſtillarem tibi vinum & ſiceram: tum eſſet ſtillans populus hic (*mecum.*)

12. (*Tandem tamen*) colligendo colligam Jacobum, totum te; congregando congregabo reliquias Iſraëlis; una ponam eum, ſicut oves Bozræ: (*ſed*) ſicut grex in medio caulæ ſuæ tumultuabuntur præ homine (*innumero.*)

13. (*Tum*) aſcendet Perfractor coram iis; (*poſt quem*) perfringent, & præteribunt; porta (*erit illis,*) & exibunt per eam: (*ita*) præteribit, inquam, Rex eorum coram iis, & JEHOVAH (*erit*) in principio eorum.

CAP. III.

Triplex in hoc Capite eſt prophetia. I. Contra capita & principes Iſraëlis, eorumque judicia injuſta. à v. 1. II. Contra prophetas ſeductores populi. à v. 5. III. Contra principes, ſacerdotes & prophetas, hypocritas omnes à v. 9.

PRætereà dixi, audite, quæſo, capita Jacobi, & Principes domus Iſraëlis: nonne veſtrum (*eſt,*) noſſe judicium?

2. Qui (*verò eſtis*) odio habentes bonum, & amantes malum; rapientes cutem eorum deſuper illis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum.

3. Et (*eſtis,*) qui comederunt carnem populi Mei, & cutem eorum deſuper eis detraxerunt, oſſaque eorum diffregerunt: ac diviſerunt quaſi in ollam, & quaſi carnem in medium lebetis.

4. Tunc (*ergò*) clamabunt ad JEHOVAM, ſed non reſpondebit illis: occultabit verò facies Suas ab illis in tempore illo, quemadmodum mala reddiderunt opera ſua.

5. Sic dixit JEHOVAH contra Prophetas ſeducentes populum Meum: qui mordent dentibus ſuis, & clamant pacem: quiſquis autem non exoſculabitur os eorum contra eum ſanctificant bellum.

6. Propterea nox (*erit*) vobis pro viſione, & tenebræ orientur vobis pro divinando: occidetque Sol ſuper Prophetis, & nigreſcet ſuper iis dies.

7. Ita pudefient videntes, & erubeſcent divinatores, & operient myſtacem omnes; eò quod non (*ſit*) reſpondens DEUS.

8. Verumenimverò ego impletus ſum virtute cum Spiritu JEHOVÆ; & judicio, & robore; ad annuntiandum Jacobo prævaricationem ejus, & Iſraëli peccatum ejus.

9. Audite, quæſo, hoc capita domus Jacobi, & Principes domus Iſraëlis: qui (*eſtis,*) qui abominantur judicium, & (*qui*) omne rectum incurvant.

10. (*Quiſq;*) ædificans Zijonem ſanguinibus, & Hieroſolymam iniquitate.

11. [a] Capita (*enim*) ejus pro munere judicant, & Sacerdotes ejus pro pretio docent, ac prophetæ ejus pro argento divinant: ſuper tamen JEHOVAH nituntur, dicendo: nonne JEHOVAH in medio noſtri? (*ideò*) non veniet ſuper nos malum. a) *Ezech. 22,27. Zeph. 3, 3.*

12. Quare [b] propter vos Zijon (*ut*) ager arabitur, & Hieroſolyma acervi erit, & mons domus (*templi*) in excelſa ſylvæ. b) *Jer. 26,18.*

CAP. IV.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Eſt promiſſio de Novo Teſtamento & ſtatu Zijonis ſub eo; imprimis de converſione gentium. à v. 1. II. Applicatio ad conſolationem Eccleſiæ Zijonis preſſæ inde à captivitate Babylonica. à v. 8.

ERit tamen [a] in extremitate dierum: erit mons domus JEHOVÆ conſtitutus in caput montium, & elatus idem præ collibus: confluentque ſuper illum populi. a) *Eſai. 2,2.*

2. Ibunt namque gentes multæ, dicentque; ite, & aſcendemus ad montem JEHOVÆ, & ad domum DEI Jacobi, ut doceat nos de viis Suis, eamuſque in ſemitis Ejus: nam è Zijone exibit doctrina, & verbum JEHOVÆ ex Hieroſolyma.

3. Tum judicabit inter gentes multas, & cor-

& corripiet gentes numeroſas uſque in longinquum: conterent autem gladios ſuos in ligones, & haſtas ſuas in falces; non tollet gens ſupergentem gladium, nec diſcent amplius bellum.

4. Sed ſedebunt vir ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, nec (*erit*) terrens: quia os JEHOVÆ Zebaoth locutum eſt.

5. Omnes namque populi ambulabunt, vit in Nomine DEI ſui: noſque ambulabimus in Nomine JEHOVÆ DEI noſtri in ſeculum & in æternum.

6. In die illo, dictum JEHOVÆ, colligam (*ovem*) claudicantem, & impulſam congregabo; & cuicunque malum feci.

7. Ponamque [b] claudicantem in reliquias, & expulſam in gentem numeroſam: [c] regnabit autem JEHOVAH ſuper eos in monte Zijonis à nunc, & in ſeculum. b) *Zeph. 3,19.* c) *Dan. 7,14. Luc. 1,33.*

8. Tu itaque ò turris gregis clive filiæ Zijonis (*audi:*) ad te veniet, & redibit regnum prius, regnum filiæ Hieroſolymæ.

9. Nunc (*ergò*) quare vociferaris vociferatione? num Rex non (*eſt*) in te? num conſiliarius tuus periit, quod apprehendit te dolor, ſicut parturientem?

10. Parturi, & educ, ô filia Zijonis, ſicut parturiens: jam enim exibis ex urbe, & habitabis in agro, veniesque Babelem uſque: ibi (*tamen*) liberaberis; ibi redimet te JEHOVAH, è manu hoſtium tuorum.

11. Nunc quidem congregatæ ſunt contra te gentes multæ, dicentes; contaminabitur, ut videat in Zijone oculus noſter. (*quod vult:*)

12. Sed illi non noverunt cogitationes JEHOVÆ, nec intelligunt conſilium Ejus; quod congregaverit eos ſicut mergetem in aream.

13. Surge (*igitur,*) & tritura, ô filia Zijonis; quia cornu tuum faciam ferrum, & ungulas tuas faciam æs, ut comminuas populos multos: devovi enim quæſtum eorum JEHOVÆ, & opes eorum Domino totius terræ.

14. Nunc (*ergò*) turmas contrahe, filia turmæ; obſidionem (*quæ*) diſponat contra nos: virga (*tamen tantum*) percutient ſuper maxillam, judicem Iſraëlis.

CAP. V.

Continuatur hoc Capite prophetia de N. Teſtam. Partes ejus tres ſunt. I. Eſt de loco nativitatis Meſſiæ, perſona & officio Ejus. à v. 1. II. De congregatione gentium ad Eccleſiam Chriſti. à v. 4. III. De reformatione Eccleſiæ. à v. 9.

TU autem, [a] ô Beth-lechem Ephrathæa: parum eſt, ut ſis inter millenas Jehudæ: (*tamen*) ex te Mihi exibit, qui ſit Dominator in Iſraële, & Cujus exitus (*ſunt*) ab antiquo, à diebus æternitatis. a) *Matth. 2,6. Joh. 7, 42.*

2. Dabit itaque eos uſque ad tempus, (*quo*) pariens pepererit; donec reſiduum fratrum ejus revertantur ad filios Iſraëlis.

3. Tunc ſtabit, & paſcet in robore JEHOVÆ, in excellentia Nominis JEHOVÆ DEI ſui: ſedebuntque (*ſecuri;*) quia nunc creſcet uſque ad fines terræ.

4. Erit namque pax hæc: Aſſhur cum venerit in terram noſtram, & quum calcaverit palatia noſtra; tum conſtituemus ſuper eum ſeptem paſtores, & octo Principes hominum.

5. Qui paſcent terram Aſſhuris gladio, & terram Nimrodi in portis ejus: atque (*ſic*) liberabit (*nos*) ab Aſſhure, quum venerit in terram noſtram, & quum calcaverit terminum noſtrum.

6. Tum erunt reliquiæ Jacobi in medio populorum multorum, ſicut [b] ros à cum JEHOVAH, ſicut guttæ ſuper herba: (*quippe*) qui non expectabit virum, nec confidet filiis hominis. b) *Pſal. 110,3.*

7. Contra erunt reliquiæ Jacobi inter gentes, in medio populorum multorum, ſicut leo inter beſtias ſylvæ, ſicut juvenis leo inter greges ovium; qui ſi tranſiverit, conculcabit & diſcerpet, ut non (*ſit*) eripiens.

8. Exaltabitur (*enim*) manus tua ſuper hoſtes tuos: omnes autem inimici tui excindentur.

9. Fiet ergò in die illo, dictum JEHOVÆ: excindam equos tuos è medio tui; & perdam currus tuos.

10. Et

10. Et excindam urbes terræ tuæ, ac deſtruam omnia munimenta tua.

11. Et excindam præſtigias è manu tua, & hariolí non erunt tibi.

12. Et excindam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas è medio tui: ut non adores amplius opus manuum tuarum.

13. Et extirpabo lucos tuos è medio tui; & perdam urbes tuas.

14. Agamque in ira & in excandeſcentia vindictam cum gentibus; quæ non obediverint.

CAP. VI.

Caput hoc partes tres habet. Eſtq; I. Litigatio Jehovæ per prophetam cum Iſraële ſuper beneficiis. à v. 1. II. Modus pœnitentiæ veræ præſcriptus. à v. 6. III. Redargutio & comminatio pœnæ. à v. 10.

AUdite, quæſo, quod JEHOVAH loquens (*eſt:*) ſurge, contende cum montibus, audiantque colles vocem tuam.

2. Audite montes litem JEHOVÆ; & robora, fundamenta terræ: quia lis (*eſt*) JEHOVÆ cum populo Suo, & cum Iſraële diſceptat.

3. Populе Mi, (*inquit*) quid feci tibi? aut quo defatigavi te? reſponde contra Me.

a) *Exod. 12, 41.* 4. Aſcendere [a] enim feci te è terra Ægypti, & è domo ſervitutis redemi te: miſique ante te Moſen, Aharonem & Mirjam.

b) *Num. 22, 6. 7.* c) *Num. 22. 18. 23. 8. 24. 5.* 5. Populе mi, recordare nunc, quid [b] conſuluerit Balak, Rex Moabi, & quid reſponderit illi [c] Bileamus, filius Beoris: (*quæ ve feci*) à Schittim uſque ad Gilgalem; ut agnoſcas juſtitias JEHOVÆ.

6. (*Dic:*) per quid præveniam JEHOVAM? incurvabo me DEO excelſi? num præveniam Eum holocauſtis, vitulis filiis anni?

7. Num delectabitur JEHOVAH millenariis arietum? myriadibus rivorum olei? num dabo primogenitum meum (*pro*) prævaricatione mea? fructum ventris mei peccatum (*pro*) anima mea?

8. (*Sed*) indicavit tibi, ô homo, quid bonum, & quid JEHOVAH requirens à te: (*nil,*) niſi facere judicium, & amorem miſericordiæ, & humiliare ſe ambulando cum DEO tuo.

9. VOX JEHOVÆ ad urbem clamat; utique integritatem reſpicit Nomen Tuum. (*dicendo:*) Audite (*hoc*) tribus, & quis conſtituerit hoc?

10. Præterea: num vir (*Ego*) domus impii, theſaurorum improbitatis, & Ephæ diminutionis deteſtandæ?

11. Num probo lances improbitatis, & in crumena pondera doli?

12. Siquidem divites ejus impleti ſunt violentia, & habitatores ejus loquuntur mendacium, ac quod ad linguam eorum, fraus (*eſt*) in ore eorum.

13. Ideò etiam Ego defatigatus ſum percuriendo te; devaſtando propter peccata tua.

14. (*Quare*) tu comedes, & non ſatiaberis; & corruptio tua in medio tui (*erit:*) ſemovebis quidem (*aliquid,*) ſed non eripies; imò (*ſi utiq;*) aliquid eripueris, gladio (*tamen*) dabo.

d) *Deut. 28, 38. Hag. 1, 6.* 15. Tu (*etiam*) [d] ſeres, ſed non metes? tu calcabis olivam, ſed non unges te oleo; & muſtum, ſed non bibes vinum.

16. Reſervata namque ſunt ſtatuta Omrii, & omne opus domus Achabi: quorum in conſiliis iviſtis; ut dem te in vaſtitatem, & habitatores ejus in riſum; ita ignominiam populi Mei portabitis.

CAP. VII.

Partes hujus Capitis ſunt ſex. I. Eſt querela Eccleſiæ de corruptiſſimo filiorum ſtatu. à v. 1. II. Solatium ejus à meliori ſtatu futuro. à v. 7. Qui III. Illi promittitur tanquam propinquus. v. 11. 12. Illa verò IV. deſiderat cum precibus. à v. 13. Meſſias V promittitur talem. à v. 15. Ut VI. pro eo gratias agat. à v. 18.

VÆ mihi; quia factus ſum ſicut collectiones æſtatis, ſicut racemationes vindemiæ: non (*eſt mihi*) botrus ad comedendum, (*nec*) primitiva (*ficus, quam*) deſiderat anima mea!

2. Periit (*enim*) ſanctus è terra; & rectus inter homines non (*eſt:*) omnes ſanguinibus inſidiantur; VIR fratrem ſuum venantur reti.

3. Quando malum faciunt ambabus manibus, (*hoc eſt*) benefacere: Princeps (*enim*) petens (*eſt munus,*) & judex (*judicat*) pro mercede: magnus autem eſt loquens perverſitatem animæ ſuæ, eamque detorquet.

4. Optimus eorum (*eſt*) ſicut ſpina, (*& rectus (pejor,*) quam dumus: (*ideò*) dies ſpeculatorum tuorum, viſitatio tua venit; jamjam fiet confuſio eorum

5. Ne confidite ſocio; ne fiduciam ponite in duce: à cubante (*in*) ſinu tuo cuſtodi januas oris tui.

a) *Matt. 10, 35.* 6. Filius [a] enim vilipendit Patrem; filia (*eſt*) inſurgens contra matrem ſuam; nurus contra ſocrum ſuam; inimici viri (*ſunt*) homines domus ipſius.

7. Ego verò in JEHOVAM reſpicio; expecto DEUM ſalutis meæ: exaudiet (*enim*) me DEUS meus.

8. Ne lætetis, inimica mea, ſuper me: nam cecidi (*quidem, ſed*) reſurrexi: quando ſedero in tenebris, JEHOVAH lux (*eſt*) mihi.

9. Indignationem (*ergò*) JEHOVÆ portabo, quia peccavi Ipſi; donec litiget litem meam, & faciat judicium mihi; educatque me in lucem, (*ut*) videam juſtitiam Ejus.

10. Cum videbit (*hoc*) inimica mea, obvelabitur pudore; quæ dixit ad me; ubi eſt JEHOVAH DEUS tuus; oculi mei reſpicient in eam; nunc erit in conculcationem, ſicut cœnum platearum.

11. Dies (*adeſt*) ad ædificandum macerias tuas: dies hic (*quo*) procul aberit ſtatutum (*impium.*)

12. Dies hic (*eſt, quo*) uſque ad te venient inde ab Aſchure & (*uſq; ad*) urbes Ægypti: & inde ab Ægypto uſque ad fluvium (*Euphratem,*) & ad mare a mari; & (*à*) monte ad montem.

13. (*Jam*) tamen erit terra in deſolationem propter habitatores ſuos, propter fructum operum eorum.

14. Paſce populum Tuum virga Tua, gregem hereditatis Tuæ, habitantem ſolum, ſylvam in medio Carmeli: (*ut*) paſcant (*in*) Baſchane & Gileade, juxta dies ſeculi.

15. Juxta dies, cum exiviſti è terra Ægypti, oſtendam ei mirabilia.

16. Videbunt gentes & pudefient ob omnem potentiam eorum: ponent manum ſuper os; aures eorum obſurdeſcent.

17. Lambent pulverem, ſicut ſerpens: ſicut reptilia terræ movebuntur è clauſuris ſuis: JEHOVAM (*enim*) DEUM noſtrum formidabunt, & timebunt ſibi abs Te.

18. Quis (*eſt*) DEUS, ſicut Tu; condonans iniquitatem, & tranſiens prævaricationem reliquiarum hereditatis Tuæ? non tenet in æternum iram Suam; quia delectatur miſericordia Ille.

19. Revertetur (*ergò,*) miſerebitur noſtri, ſupprimet iniquitates noſtras, & projiciet in profunditates maris omnia peccata illorum.

20. Dabit veritatem Jacobo, miſericordiam Abrahamo: quam juraſti Patribus noſtris à diebus antiquitatis.

NACHUM.

NACHUM.

CAPUT I.

Tertes (caput hoc habet quatuor. I. Est Inscriptio libri. v. 1. II. Continet descriptionem Iehova, tanquam vindicis severi, & boni valdè. à v. 2. III. Comminationem contra Nineven. à v. 8. IV. Consolationem Israëlis, inprimis de Novo Testamento. à v. 12.

PRophetia (*contra*) Nineven: Liber visionis Nachumi Elkoschæi.

2. DEUS zelotes & vindex (*est*) JEHOVAH: vindex (*est*) JEHOVAH, & magnus excandescentia: vindex (*est*) JEHOVAH hostium Suorum, & tenens (*iram*) inimicis Suis.

3. JEHOVAH (*quidem est*) longanimis, & magnus virtute; non tamen non mundum pronuntiabit; mundum: JEHOVÆ enim in procella & tempestate via (*est,*) & nubes (*est*) pulvis pedum Ejus.

a) *Exod. 14,21.* 4. Increpans (*est*) [a] mare, & exiccat illud, ac omnia flumina arefacit: languescit Baschan & Carmel, & flos Libani languescit.

5. Montes contremiscunt coram Ipso, & colles liquefiunt; comburetur que terra coram Ipso, & orbis, ac omnes habitantes in illo.

6. Coram indignatione Ejus quis consistet? aut quis stabit in excandescentia iræ Ejus? (*nam*) excandescentia Ejus effunditur sicut ignis, & petræ evertantur coram Ipso.

7. Bonus (*verò*) est JEHOVAH, ut (*sit*) propugnaculum in die angustiæ; & agnoscens sperantes in Ipso.

8. Unde in inundatione supergrediente, consummationem faciet locum ejus, & inimicos Ipsius persequetur caligo.

9. Quid cogitatis contra JEHOVAM consummationem Ille (*est*) faciens: non stabit secundùm angustia.

b) *Psal. 11,10.* 10. Quum (*fuerint*) [b] usque (*sicut*) spinæ implexi, & sicut inebriati eorum inebriati, comedentur sicut palea arida, plenè.

11. (*Eò quod*) exte exivit cogitans contra JEHOVAM malum, consiliatius Belial.

12. Sic dixit JEHOVAH; si perfecti (*eritis,*) similiter etiam multi (*eritis;*) & (*licet*) adeò tonsi sint, transibit (*jam,*) & (*licet*) afflixerim te, non affligam te amplius.

13. Sed nunc frangam jugum illius desuper te: & vincula tua revellam.

14. Super te autem mandabit JEHOVAH; non disseminabitur de nomine tuo amplius (*quisquam: sed*) à domo DEI tui excindam sculptile, & fusile ponam sepulcrum tuum, quod levis factus fueris.

CAP. II.

Capitis hujus partes duæ sunt. I. Est continuatio consolationis Israëlu & Iehuda de Novo Testamento. à v. 1. II. Prophetia contra Nineven, de expugnatione, direptione & interitu ejus. à v. 4.

EN [a] super montes pedes evangelizantis, proclamantis pacem, (*dicentisq;*) Feriare, ô Jehudah, festa tua, redde vota tua; quia non addet amplius transire per te (*vir*) Belial, (*sed*) omnis excindetur. a) *Esa. 52,7. Rom. 10. 15.*

2. Ascendet (*enim*) dispergens coram faciebus tuis; custodiendo munitionem, speculando viam, confirmando lumbos, corroborando virturem valdè.

3. Quia restituet JEHOVAH excellentiam Jacobi, sicut (*etiam*) excellentiam Israëlis: eò quod evacuarunt eos evacuantes, & palmites eorum perdiderunt.

4. (*Ideò*) clypeus fortium ejus (*Belialis*) rubicundus factus (*est;*) viri fortitudinis purpu-

purpurati, in igne facularum currus (*constituti*) in die, quo paravit se: abietes autem contremuerunt.

5. In plateis insaniverunt currus (*hostium,*) discurrerunt in vicis: aspectus eorum sicut facum, sicut fulmina colliduntur.

6. (*Cum*) recordatur (*quisq;*) magnificorum ejus, offendent in incessu suo; (*cum*) festinant in murum ejus, jam promtus est obtegens.

7. Portæ fluminum apertæ sunt, & palatium dissolvitur.

8. Constitutum enim est, ut reveletur, ascendere cogatur: unde ancillæ ejus deducentes (*erunt eam*) juxta vocem columbarum, tympanizantes super cor suum.

9. Nineve quidem stagnum aquarum (*fuit,*) à diebus, (*quibus fuit*) illa: sed illi (*erunt*) fugientes: (*dicatur licet,*) state, state, non tamen (*erit*) respiciens.

10. Diripite (*ergò*) argentum, diripite aurum: nec (*sit*) finis apparatus; (*finis*) gloriæ ex omnibus vasis desiderii.

11. Vacua, & evacuata, & exinanita a) *Esa. 13,7.8.* (*erit:*) unde [a] cor liquefiet, & titubatio (*erit*) genuum, dolorque in omnibus lumbis, facies quoque omnium colligent atrorem.

12. Ubi (*est*) habitaculum leonum, & pascuum leonum juvenum? ubi incessit leo, vetus leo, catulus leonis, nec terrens (*eos?*)

13. O (*quies*) leo rapiens satis pro catulis suis, & strangulans veretibus leænis suis, implensque præda cavernas suas, & habitacula sua rapto.

14. Ecce, Ego contra te, dictum JEHOVÆ Zebaoth, & accendam fumo currum ejus; leones autem juvenes tuos comedet gladius: atque (*sic*) excindam è terra prædam tuam, nec audietur amplius vox nuntiorum ruorum.

CAP. III.

Continuatur hoc Capite prophetia contra Nineven seu Assyriam. & graphicè describitur. I. Quoad peccata, sanguinolentiam & idolalatriam: contra qua se hostis præparat, & Iehovah insurgit. à v. 1. II. Quoad frustraneam resistentiam. à v. 12. III. Quoad interitum potentium, consiliariorum, & ipsius Regis. a v. 16.

VÆ [a] urbi sanguinum! tota (*enim*) mendacio (*&*) rapina plena est; nec recedet præda (*inde.*) a) *Exa. 24,9. Hab. 2, 12.*

2. Vox scuticæ (*ibi est,*) & vox sonitus rotæ: & equus hinniens, & currus saltitans.

3. Eques ascendere faciens, & splendor gladii, & fulgor hastæ, & multitudo confossorum, & acervus cadaveris; nec finis (*est*) corporis, (*ut*) impingant in corpore eorum:

4. Præ multitudine scortationum scorti, boni gratia, magistræ præstigiarum; vendentis gentes per scortationes suas, & familias per præstigias suas.

5. (*Ideò*) ecce, [b] Ego contra te, dictum JEHOVÆ Zebaoth; & retegam fimbrias tuas super facies tuas, & ostendam gentibus nuditatem ruam, & regnis ignominiam tuam. b) *Esa. 47,2.3.*

6. Projiciamque super te abominationes, & vilem faciam te, ac ponam te sicut stercus.

7. Unde fiet: omnes videntes te fugiet (*quisq;*) à te, dicetque; devastata est Nineve: quis condolebit ei? unde quæsiverim consolatores tibi?

8. Num (*enim*) melior es, quam No Amonis, quæ habitat inter fluvios, (*ut*) aquæ (*sint*) circa eam: quæ (*est*) propugnaculum maris, (*& vicissim*) è mari (*est*) murus ejus?

9. Æthiopia robur (*ejus*) & Ægyptus, nec finis (*horum:*) Put & Lubim fuerunt in auxilio tuo:

10. (*Atqui*) etiam hæc in exilium abivit per captivitatem: etiam infantes ejus allisi sunt ad caput omnium plateatum: super autem honoratos ejus jecerunt sortem, omnesque magnates ejus vincti sunt catenis.

11. (*Sic*) etiam tu inebriaberis, eris obscurata: etiam tu quæres robur propter hostem.

12. (*Sed*) omnia munimenta tua (*erunt sicut*) ficus cum primitiis: quæ si commoveantur, decidunt super os comedentis.

13. Ecce, populus tuus (*sicut*) mulieres (*facti sunt*) in medio tui; hostibus tuis aperiendo

aperiendo apertæ ſunt portæ terræ tuæ: (*unde*) comedit ignis vectes tuos.

14. Aquas obſidii hauri tibi; confirma munimenta tua: intra in cœnum, & calca bitumen; repara fornacem lateritiam.

15. Ibi (*tamen*) comedet te ignis, excindet te gladius; comedet te ſicut bruchus: multiplica (*modo*) te ſicut bruchus, multiplica te ſicut locuſta.

16. Multiplicaſti (*quidem*) mercatores tuos præ ſtellis cœlorum: bruchus (*tamen*) diffudit ſe, & (*poſteà*) avolavit.

17. Coronati tui (*multi ſunt*) ſicut locuſta, & imperatores tui, ſicut locuſta locuſtarum; quæ conſident in maceriis in die frigoris, (*ſed quando*) ſol oritur, ita avolat (*quavis,*) ut non noſcatur locus ejus, ubi (*fuerint*) illæ.

18. Dormitarunt paſtores tui, ô Rex Aſſyriæ; habitarunt (*ſecurè*) magnifici tui: diſperſi ſunt populus tuus ſuper montibus, nec (*eſt*) congregans.

19. Non cicatrix eſt confractioni tuæ; deſperata eſt plaga tua: (*unde*) omnes audientes famam tuam complodunt manum ſuper te: ſuper quem enim non tranſivit malitia tua jugiter?

CHABAKUK.

CAPUT I.

videri poſſint aliquo modo ad Regem verum prophetia, ſamelſi ſyſtema per eam Propheticum, & myſtica illa, quæ tam obſcura ſunt, ut in ſenſu non opponam eſſe, comprimi Cap. III.

Partes hujus Capitis ſunt quatuor: I. Eſt libri inſcriptio. v. 1. II. Querela eſt de miſero terræ Judaicæ ſtatu. à v. 2. III. Devaſtatio per Chaldæos. à v. 5. IV. Preces ad Iehovam pro liberatione ab hoſtibus. à v. 12.

PRophetia, quam vidit Chabakuk Propheta.

2. Uſque quo, ô Jehovah, clamavero, non tamen audies; vocavero ad te (*ſuper*) violentia? non tamen ſervabis?

3. Quare videre facies me iniquitatem, & laborem ſpectare facies; (*eritq,*) devaſtatio & violentia coram me? Quin erit, (*qui*) litem & contentionem (*contra me*) movebit?

4. Propterea ceſſabit lex, nec exibit in victoriam judicium: quia (*namq,*) impius circumvenit juſtum, ideò exibit judicium perverſum.

5. Videte (*ergò*) inter gentes, & circumſpicite, & miramini, miramini (*inquam:*) quia opus operaturus (*ſum*) in diebus veſtris, (*quod*) non credetis, quando annuntiabitur.

6. En namque ego excitans (*ero*) Chaldæos, gentem amaram & præcipitem, pergentem in latitudines terræ, ad hereditandum habitacula non ſua.

7. Terribilis & formidabilis illa (*eſt:*) ex ipſa judicium ipſius & elatio ipſius exibit.

8. Cujus leves ſunt præ pardis equi, & acuti ſunt præ lupis veſperæ, ut diffundant ſe equites ejus: unde equites ejus à longinquo adveniunt; advolant, ſicut aquila feſtinans ad comedendum.

9. Tota ad violentiam (*exercendam*) veniet; deſiderium anhelans facierum ipſorum (*erit*) orientem verſus: unde congregabit ſicut arenam captivitatem.

10. Illa enim Reges illudet, & dominatores riſus (*erunt*) illi: illa omne munimentum irridebit: congeret enim pulverem, & capiet illud.

11. Tum (*verò*) penetrabit (*ſicut*) ventus, & tranſibit, & reum ſe faciet (*dicens;*) hanc potentiam ſuam (*deberi*) deo ſuo.

12. Nonne (*autem*) Tu ab antiquo Jehovah? (*ideò*) Deus mi, Sancte mi, ne moriamur: (*at*) Jehovah (*tantum*) ad judicium poſuiſti eum: & petra (*mea*) ad corripiendum ſtabiliviſti eum.

13. O purior oculos, quam ut videas malum, & qui reſpicere (*probando*) moleſtiam non vales; quare [a] reſpicies (*approbando*) perfidos, (&) tacebis, quando abſorbet impius juſtiorem ipſo?

a) Hiob. 21, 7 ſeq. Jer. 12, 1.

14. Quare facies hominem ſicut piſces maris; ſicut reptile, (*cui*) non (*eſt*) dominans?

15. (*Ut*) omnes hamo (*quis*) extrahat, (&) congreget eum in rete ſuum, colligatque eum reti per jaculum ſuum: unde lætetur, & exultet.

16. Propterea (*namq,*) ſacrificabit jaculo ſuo, & adolebit reti ſuo: quaſi per hæc pinguis facta ſit portio ipſius, & cibus ipſius ſaginatus.

17. Ergone evacuabit jaculum ſuum; & jugiter occidere gentes non parcet?

CAP. II.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Eſt expectatio reſponſionis Iehovæ ad preces (ap. prec. à v. 1. II. Divina reſponſio. In quâ (1.) mandatum ſcribendi. v. 2. (2.) exhortatio ad fidem conſtantem & non dubitantem. à v. 3. (3.) prophetia contra hoſtes, ſuperbum. à v. 5. avarum. à v. 9. violentum. v. 12 ebrioſum. v. 15. idololatram. à v. 18.

a) Eſa. 21, 8.

(*Verumtamen*) ſuper cuſtodia mea [a] ſtabo, & conſiſtam ſuper munimento (*meo,*) ut ſpeculer ad videndum, quid locuturus ſit per me (*Jehovah,*) & quid reſpondere debeam ad querelam meam.

2. Reſpondit itaque Jehovah mihi, & dixit; ſcribe viſionem, & explica ſuper tabulis, ut recurrat legens eam.

3. Quia adhuc (*quidem*) viſio (*differetur*) in tempus conſtitutum, & (*quod*) effatur, in finem (*temporum:*) non tamen mentietur: ſi (*ergò*) morabitur, expecta illam; quia veniendo venier, nec procraſtinabitur.

4. Ecce (*namq,*) cujus anima efferet ſe dubia, (*ea*) non recta erit in ipſo; at (*quis*) [b] juſtus in fide ſua, vivet.

b) Rom. 1, 17. Gal. 3, 11 Hebr. 10, 38.

5. Inſuper etiam (*ſicut*) vinum fallax (*erit*) vir (*ille*) ſuperbus, nec (*ſecurus*) habitabit; (*ille, inquam*) qui dilatavit ſicut infernus animam ſuam; idemque ſicut mors (*eſt,*) ut non ſatietur: ſed colligat ad ſe omnes gentes, congregetque ad ſe omnes populos.

6. Nonne enim hi omnes ſuper eo proverbium efferent, ac dicterium (&) ænigmata de eo; dicetque (*quilibet?*) Væ multiplicanti (*quod*) non ſuum! Quouſque? & oneranti ſuper ſe lutum!

7. Nonne ſubitò ſurgent mordentes te? & evigilabunt commoventes te? ut ſis illis in prædam?

8. Nam (*ſicut*) tu deſpoliaſti gentes multas, (*ſic*) deſpoliabunt te omnes reliquiæ populorum: propter ſanguines hominis, & violentiam terræ, urbis, & omnium habitantium in ea.

9. Væ lucrifacienti lucrum malum domui ſuæ; ad ponendum in alto nidum ſuum, ut eripiatur è manu mali.

10. Conſuluiſti (*enim*) pudorem domui tuæ: (*conſuluiſti*) excindere populos multos; ſed peccans (*es contrà*) animam tuam.

11. Quia lapis (*deſtructus*) è pariete elamat, & trabs è ligno reſpondet (*contrà*) eam.

12. Væ [c] ædificanti urbem cum ſanguinibus; & ſtabilienti urbem cum iniquitate.

c) Eſa. 2, 19. Nah. 3, 1

13. Nonne, ecce, à Jehovah Zebaoth (*fiet,*) ut laborent populi pro igne, & populi pro vanitate defatigentur?

14. Quando implebitur [d] terra ad cognoſcendum gloriam Jehovæ: ſicut aquæ contegunt mare.

d) Eſa. 11, 9.

15. Væ facienti ſocium ſuum bibere, ingerenti utrem tuum, etiamque inebriando; ut introſpicias nuditates eorum.

16. (*Nam*) ſatiaberis ignominia præ gloria: bibe (*enim*) etiam tu ut præputium tuum revelerur: circumibit (*namq,*) ad te calix dextræ Jehovæ; ut vomitus ignominioſus (*ſit*) ſuper gloria tua.

17. Quoniam violentia Libani operiet te, & devaſtatio beſtiarum, (*qua*) conſternavit eas: propter ſanguines hominis, & violentiam terræ, urbis & omnium habitantium in ea.

18. Quid prodeſt ſculptile? quia ſculpſit illud fabricator ejus: (*quid*) fuſile, & doctor mendacii? quia confidit fabricator figmenti ſui ſuper hoc, dum facit deos mutos.

19. Væ (*itaq;*) dicenti ligno, expergiſcere; evigila, lapidi ſilenti: hic (*ne*) docebit? (*Atqui*) hic ecce, fixus, auro & argento; ſed ſpiritus non (*eſt*) in medio ejus.

20. At [e] Jehovah (*eſt*) in templo ſanctitatis Suæ: tace coram eo omnis terra. e) *Pſal. 11, 4.*

CAP. III.

Caput hoc juxta inſcriptionem, habet precationem Chabakuki. v. 1. In qua I. opus DEI acceleravi petit v. 2. Quod II. prolixè deſcribit. à v. 3. Et III. cum gaudio ſub anguſtiis expectaturum ſe dicit. à v. 16.

PRecatio; Chabakuki Prophetæ; ſuper Schigionoth.

2. Jehovah audivi famam (*prophetiam*) Tuam, (&) reveritus ſum, Jehovah: opus Tuum, (*quod attinet,*) in medio annorum præſens fac illud; in medio dierum notum facies: in ira miſereri memineris.

3. Deus (*ergò*) à Themane veniet, & Sanctus de monte Paran, Selah: texit cœlos honor Ejus; & laude Ejus impleta eſt terra.

4. Splendor autem ſicut lux (*Sol*) erit, radii è manu Ipſius Ipſi; ibique occultatio roboris Ipſius.

5. Coram Ipſo ibit peſtis; & exibit pruna de pedibus Ipſius.

6. Stetit, & menſus eſt terram: vidit & diſſipavit gentes; quia diſperſi ſunt montes æternitatis; humiliarunt ſe colles ſeculi: inceſſus ſeculi (*ſunt*) Illi.

7. Sub Aven vidi tentoria Kuſchanis: (&) commotæ ſunt cortinæ Midjanis.

8. Num fluviis ſuccenſuit Jehovah? num contra fluvios (*eſt*) ira Tua? num contra mare excandeſcentia Tua? quod equitas ſuper equis Tuis, currus Tui (*ſunt*) ſalus.

9. Denudatione denudabitur arcus Tuus: juramenta dejicientia (*eſt*) ſermo (*Tuus,*) Selah: fluvios diffindit terra (*ex ſe.*)

10. Viderunt te, (&) commoti ſunt montes; inundatio aquarum tranſivit? dedit abyſſus ſonitum ſuum; altitudo manus ſuas ſuſtulit.

11. Sol (&) luna ſteterit (*in*) ſede (*ſua:*) in lucem tela Tua abeunt: in ſplendorem fulmen haſtæ Tuæ.

12. In ira (*Tua*) abibit terra: in naſo (*Tuo*) triturabo gentes.

13. Exiviſti in ſalutem populi Tui; ad ſalvandum unctum Tuum: (*ideò*) percuſſiſti caput de domo impii; denudando fundamentum uſque ad collum, Selah.

14. Perforaſti baculis ejus caput paganorum ejus, (*qui*) procelloſe irruerunt ad diſpergendum me; inſultus eorum (*fuit tum*) quaſi ad devorandum afflictum in latibulo.

15. Calcaſti mare equis Tuis; lutum aquarum multarum.

16. Audivi & commotus eſt venter meus; ad vocem tinnierunt labia mea; venit putredo in oſſa mea, & ſub me commotio facta eſt: quia quieſcam in die anguſtiæ, quo aſcendet contra populum, (*qui*) deprædabitur eum.

17. Quia ficus non florebit, neque proventus (*erit*) in vitibus; mentietur opus olivæ, & agri non faciet (*quicq;*) cibum: excidit de caula gregem, nec (*eſt*) bos in bovilibus,

18. Sed ego (*tamen*) in Jehovah lætabor; exultabo in Deo ſalutis meæ.

19. (*Nam*) Jehovih Adonai fortitudo mea (*eſt:*) qui ponet [a] pedes meos ſicut cervarum, & ſuper excelſis meis incedere faciet me. Præfecto ſuper Neginoth meis. a) *Pſal. 18, 34.*

ZEPHANJAH.

CAPUT I.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Eſt Inſcriptio libri. v. 1. II. Prophetia contra Iehudam & Hieroſolymam. à v. 2. (1.) generalis contra idololatras. (2.) ſpecialis contra filios Regis & aulicos. à v. 8. (3.) contra Machteſch & Hieroſolymam. à v. 11. (4.) de propinquitate dies mali. à v. 4.

VErbum Jehovæ, quod factum eſt ad Zephanjam, filium Kuſchii, filii Gedaljæ, filii Amarjæ, filii Chiskijæ; in diebus Joſchijæ, filii Amonis, Regis Jehudæ.

2. Conſumendo conſumam omnia deſuper ſuperficiebus terræ: dictum Jehovæ.

3. Conſumam hominem, & beſtiam; conſumam avem cœlorum & piſces maris; & offendicula cum impiis: excindam, inquam, hominem à ſuperficiebus terræ: dictum Jehovæ.

4. Inprimis extendam manum meam ſuper Jehudam, & ſuper habitatores Hieroſolymæ: ut excindam de loco hoc reliquias Baalis; nomen Kemarim cum Sacerdotibus:

5. Et adorantes ſuper tectis exercitum cœlorum; & adorantes, jurantes per Jehovam, & jurantes per Regem ſuum:

6. Et recedentes à poſt Jehovam: & qui non quæſiverunt Jehovam, nec inveſtigarunt eum.

7. Obmutеſce coram Adonai Jehovih: quia propinquus (*eſt*) dies Jehovæ: præparavit enim Jehovah ſacrificium, (&) ſanctificavit invitatos ſuos.

8. Fiet autem in die ſacrificii Jehovæ, viſitabo ſuper Principes, & ſuper filios Regis, & ſuper omnes indutos indumento alienigenæ.

9. Viſitabo etiam ſuper omnem ſalientem ſuper limen, in die illo; implentes domum dominorum ſuorum violentia & dolo.

10. Unde erit in die illo, dictum Jehovæ, vox clamoris à porta piſcium, & ejulatio à (*parte*) ſecundaria, & confractio magna à collibus.

11. (*Quare*) ejulate, habitatores Machteſchi: quia exciſus eſt omnis populus Cenaanis: exciſi ſunt omnes onerati argento.

12. Fiet verò in tempore iſto: perſcrutabor Hieroſolymam lucernis: & viſitabo ſuper viros coagulatos ſuper fecibus ſuis; dicentes in corde ſuo: neque benefacit Jehovah, neque malefacit.

13. Tum erunt opes eorum in prædam, & domus eorum in devaſtationem: ut [a] ædificent (*quidem*) domos, ſed non inhabitent; & plantent vineas, ſed non bibant vinum earum. a) *Amos 9, 11.*

14. Propinquus (*eſt*) dies Jehovæ magnus: propinquus (*eſt,*) & feſtinans valdè: vox diei Jehovæ. (*hac eſt:*) amarè clamans (*eſt*) ibi potens.

15. Dies excandeſcentiæ [b] dies (*eſt*) hic; dies anguſtiæ & coarctationis; dies vaſtitatis & devaſtationis; dies tenebrarum & caliginis; dies nubis & obnubilationis. b) *Ier. 30, 7. Ioel. 2, 11 Am. 5, 18.*

16. Dies buccinæ & clangoris, ſuper urbes munitas, & ſuper angulos (*montium*) altos.

17. In anguſtias enim redigam homines, ut eant ſicut cœci, eò quod Jehovæ peccarunt: effundaturque ſanguis eorum ſicut pulvis, & caro eorum ſicut ſtercora.

18. Tam [c] argentum eorum, quam aurum eorum non poterit eripere eos in die excandeſcentiæ Jehovæ; & igne zeli Ejus comedetur tota terra: quia [d] conſumma- c) *Ex. 19. Sir. 5, 10* d) *Zeph. 3, 8*

ſummationem, & quidem feſtinatam, faciet cum omnibus habitatoribus terræ.

CAP. II.

Caput hoc Partes habet duas. I. Adhortatio populi Judaici ad pœnitentiam in tempore. v. 1-3. II. Prophetia contra varias gentes. (1.) Philiſthæos. à v. 4. (2.) Moabum & Ammonitas. à v. 8. (3.) Æthiopes. v. 12. (4.) Aſſyrem. à v. 13.

EXcutite vos, excutite vos, inquam, ô gens non deſiderabilis:

2. Dum nondum conceptum decretum, *(quo)* ſicut palea tranſibit dies; dum nondum venit ſuper vos excandeſcentia iræ JEHOVÆ; dum nondum venit ſuper vos dies iræ JEHOVÆ.

3. Quærite JEHOVAH omnes manſueti terræ, qui judicium ejus fecerunt: quærite juſtitiam, quærite manſuetudinem; forte abſcondemini in die iræ JEHOVÆ.

4. Nam Gaſa derelicta erit, & Aſchkelon in vaſtitatem: Aſchdodum in meridie expellent; & Ekron eradicabitur.

5. Væ *(vobis,)* ô habitatores tractus maris, gens Kerethim *(exciſorum:)* Verbum JEHOVÆ *(eſt mihi)* contra vos, ô Canaan, terra Philiſthæorum: perdituſque enim ſum te, ut *(ſis)* ſine habitatore.

6. Ita ut ſit tractus maris, habitacula effoſſionis paſtorum, & caulæ gregis.

7. Tandem *(vero)* ſit tractus *(hic)* reliquis domus Jehudæ, *(qui)* ſuper iis paſcent: in domibus Aſchkelonis in veſpera quietem *(gregum)* habebunt; quando viſitabit eos JEHOVAH DEUS eorum & reducet captivitatem eorum.

8. Audivi opprobrium Moabi, & blaſphemias filiorum Ammonis: qui opprobrio affecerunt populum Meum, & dilatarunt *(os)* ſuper termino ipſorum

9. Propterea vivus Ego, dictum JEHOVÆ Zebaoth, DEI Iſraelis, quod Moab ſicut Sodoma futura ſit, & filii Ammonis ſicut Gomorrha, locus derelictus urticæ, & fovea ſalis, ac vaſtitas in æternum: reliquiæ populi Mei deprædabuntur eos, & reſidui gentis Meæ hereditabunt eos.

10. Hoc illis *(evenier)* pro ſuperbia eorum, quod opprobrio affecerunt, & dilatarunt *(os)* ſuper populum JEHOVÆ Zebaoth.

11. Formidabilis JEHOVAH *(erit)* ſuper illis: quia emaciabit omnes deos terræ; ut adoret Ipſum quiſque de loco ſuo; omnes inſulæ gentium.

12. Etiam vos, ô Æthiopes; confoſſi gladii mei erunt *(vobis.)*

13. Extendet quoque *(Jehovah)* manum Suam ſuper ſeptentrionem, & perdet Aſchurem: atque ponet Nineve in vaſtitatem, locum ſiccum ſicut deſertum.

14. Ut [a] requieſcant in medio ejus a) *Eſa. 13,21. 34,11.* greges, *(imò)* omnis fera gentis; tam platea, quam anataria in malogranatis ejus pernoctent; vox cantet in feneſtra, ſiccitas in limine, eò quod cedrium ejus denudaverit.

15. Talis *(erit)* urbs lætabunda, habitans ſecure, dicens in corde ſuo, ego *(ſum)* & præter me non *(eſt alia)* amplius. Quomodo *(ergo)* facta eſt in vaſtitatem, cubile feræ, *(ut)* omnis tranſiens ſuper ea ſibilet, moveatque manum ſuam?

CAP. III.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Eſt Prophetia contra Judæos impœnitentes, principes & prophetas, à v. 1. II. Prophetia de converſione & reſtauratione ſub Novo Teſtamento. à v. 9.

VÆ *(tibi)* inquinata & polluta, urbs opprimens.

1. Non *(enim)* audivit vocem; non admiſit diſciplinam: in Domino non confiſa eſt, (&) ad DEUM ſuum non acceſſit.

2. [a] Principes ejus in medio ejus a) *Ezc. 22,6.27. Mich. 3, 11* *(ſunt)* leones rugientes: Judices ejus *(ſunt)* lupi veſperæ, *(qui)* non eroſſant uſque ad matutam.

4. Prophetæ ejus *(ſunt)* leviſſimi, viri perfidiarum: Sacerdotes ejus profanant ſanctum, violenter torquent legem.

5. JEHOVAH *(quidem)* juſtus in ea *(eſt,)* nec facit perverſitatem; in matura *(in quam)* judicium Suum dabit in lucem nec deerit: non tamen ſciens *(eſt)* perverſus pudorem.

6. (*Ideò*) excindam gentes, devaſtabuntur anguli (*Principes*) eorum, deſolabo plateas eorum, ut non (*ſit*) tranſiens: devaſtabuntur urbes eorum, ut non (*ſit in iis*) vir, nec habitator.

7. Dixi (*quidem,*) Modò time Me, admitte diſciplinam! ut non excinderetur habitaculum ejus, (*aut*) quicquam, quod viſitaveram ſuper eam, (*rediret:*) Verumenimverò mane ſurrexerunt, (*ut*) corrumperent omnes actiones ſuas.

8. Quare expectate Me, dictum JEHOVÆ, uſque ad diem, (*quo ſiet*) ſurgere Meum ad prædam: Nam judicium (*eſt*) Meum, ut congregem gentes, ut colligam regna, ut effundam ſuper eos indignatio-
b) *Zeph. 1, 18.* nem Meam, omnem excandeſcentiam iræ Meæ: quoniam [b] in igne zeli Mei comedetur tota terra.

9. Tum enim (*demum*) convertar ad populos labio perſpicuo, ut omnes invocent Nomen JEHOVÆ, ut ſerviant Ipſi uno humero, (*animo.*)

10. Inde à tranſitu fluminum Æthiopiæ, adoratores Mei, ô filia diſperſorum Meorum, adducent munus Meum.

11. In die illo non pudebis ab omnibus operibus tuis, quibus prævaricata es contra Me: tunc enim removebo è medio tui lætabundos inſolentiæ tuæ, ut non addas efferre te amplius in monte ſanctitatis Meæ.

12. Relinquam verò in medio tui populum miſerum & pauperem, qui ſperabunt in Nomine JEHOVÆ.

13. Reliquiæ (*enim*) Iſraëlis non facient perverſitatem, neque loquentur mendacium, neque invenietur in ore eorum lingua doli: hi enim paſcent, & requieſcent, nec (*erit*) terrefaciens.

14. Jubila, filia Zijonis, clange Iſraël; lætare & exulta ex omni corde, filia Hieroſolymæ.

15. Removit (*enim*) JEHOVAH judicia tua, everrit hoſtem tuum: Rex Iſraëlis JEHOVAH (*eſt*) in medio tui; (*ideò*) ne time malum amplius:

16. In die illo dicetur Hieroſolymæ; ne time: Zijoni, ne remittantur manus tuæ.

17. JEHOVAH (*enim*) DEUS in medio tui (*eſt,*) potens ſervabit (*te;*) lætabitur ſuper te cum gaudio, acquieſcet in amore ſuo, exultabit ſuper te cum jubilo.

18. Lugentes ob feſtum (*tuum,*) colligam, aberunt à te: onus (*nimirum, quod eſt*) ſuper ea, (&) opprobrium.

19. Ecce Ego conficiens (*ero*) omnes oppreſſores tuos in tempore iſtoc: [c] ſer- c) *Mich. 4, 7.* vabo autem claudicantem (*ovem,*) & impulſam congregabo, ponamque eas in laudem, & in nomen, in omni terra pudoris earum.

20. In tempore iſtoc adducam vos, & in tempore (*iſtoc ſiet*) congregare Me vos: quia dabo vos in nomen, & in laudem in omnibus populis terræ, quum (*nimirum*) reduxero captivitatem veſtram coram oculis veſtris, dixit JEHOVAH.

CHAG-

CHAGGAI.

CAPUT I.

Caput hoc partes habet duas. I. Est prophetia Chaggaji ad populum Iudaleum. Cujus notatur (1.) tempus. v. 1. (2.) solutur Objectio. v. 2. 3. (3.) prateriti mali ineulcatio. à v. 5. (4.) de futuris mandatum. à v. 7. II. Principum & populi obedientia mandato praslita. à v. 12.

IN anno secundo Darii Regis, in mense sexto, in die primo mensis, factum est verbum JEHOVÆ per manum Chaggaji Prophetæ ad Serubbabelem, filium Schealthielis, ducem Jehudæ, & ad Jehoschuam filium Jehozadak, Sacerdotem magnum, dicendo:

2. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth, dicendo; Populus hic dicunt; non tempus (*est*) veniendi, tempus (*scil.*) domus JEHOVÆ, ut ædificetur.

3. Factum itaque est (*porrò*) verbum JEHOVÆ per manum Chaggaji Prophetæ, dicendo;

4. Num (*ergò*) tempus vobis, ô Vos? ad habitandum in domibus vestris contabulatis? cum domus hæc devastata (*sit?*)

5. Nunc itaque sic dixit JEHOVAH Zebaoth: apponite cor vestrum ad vias vestras.

a) *Deut. 28, 38. Mich. 6, 15.* 6. Seminastis [a] multiplicando, & adducendo parum; comedendo, sed non ad satietatem; bibendo, sed non ad inebriandum; vestiendo, sed non ad incalescendum sibi; & mercedem lucrifaciens (*est*) lucrifaciens in crumenam perforatam.

7. (*Quare*) sic dixit JEHOVAH Zebaoth: apponite cor vestrum ad vias vestras (*sequentes;*)

8. Ascendite (*in*) montem, & adducite lignum, & ædificate domum: hoc enim placebit, & Mihi glorificabor (*eodem;*) dixit JEHOVAH.

9. (*Est enim jam*) spectare ad multum, sed ecce, parum: & quum deduxistis domum, difflavi illud. Propter quid? dictum JEHOVÆ Zebaoth: Propter domum Meam, quæ (*est*) devastata: cum vos currentes (*sitis,*) quilibet ad domum suam.

10. Propterea super vobis clausi sunt cœli à rore, & terra clausa est (*à*) proventu suo.

11. Advocavique siccitatem super terram, & super montes, & super frumentum, & super mustum, & super oleum, & super (*omne*) quod educit terra, & super hominem, & super bestiam, & super omnem laborem manuum.

12. Obedivit itaque Serubbabel, filius Schealthielis, & Jehoschua, filius Jehozadaki, Sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi, voci JEHOVÆ, DEI sui, & verbis Chaggaji Prophetæ; sicut miserat ipsum JEHOVAH DEUS ipsorum, timuerunt enim sibi populus coram JEHOVAH.

13. Cum namque diceret Chaggajus Angelus JEHOVÆ in legatione JEHOVÆ populo, dicendo; Ego vobiscum, dictum JEHOVÆ:

14. Excitavit JEHOVAH spiritum Serubbabelis, filii Schealthielis, ducis Jehudæ, & spiritum Jehoschuæ, filii Jehozadaki, Sacerdotis magni, & spiritum omnium reliquiarum populi; veneruntque & fecerunt opus in domo JEHOVÆ Zebaoth, DEI sui.

15. In die vigesimo quarto mensis, in sexto (*mense,*) in anno secundo Darii Regis.

CAP.

CAP. II.

Partes hoc Caput tres habet. In I. promittitur Præcellentia templi secundi, non in auro & argento sed ad tempus Messiæ. à v. 1. In II. promittitur mutatio sterilitatis in fertilitatem. à v. 10. In III. Constituitur Serubbabel typus Christi, pro tempore Novi Testamenti. à v. 20.

IN septimo (*mense,*) in vigesimo primo (*die*) mensis, factum est verbum JEHOVÆ per manum Chaggaji Prophetæ, dicendo;

2. Dic, age, ad Serubbabelem, filium Schalthielis, ducem Jehudæ, & ad Jehoschuam, filium Jehozadaki, Sacerdotem magnum, & ad reliquias populi, dicendo:

3. Quis (*est*) in vobis relictus, qui vidit domum hanc in gloria sua priori? qualem verò vos (*estis*) videntes eam nunc? nonne respectu illius quasi nihil (*est*) in oculis vestris?

4. Verumenimverò nunc, macte esto, ô Serubbabel, dictum JEHOVÆ; & macte esto Jehoschuà, fili Jchozadaki, Sacerdos magne; & macte esto universe populo terræ, dictum JEHOVÆ, & laborate; Ego enim vobiscum, dictum JEHOVÆ Zebaoth.

5. Cum verbo, quod pepigi vobiscum quum exiretis ex Ægypto, Spiritus etiam Meus persistit in medio vestri: ne (*ergò*) timete.

6. Sic enim dixit JEHOVAH Zebaoth; Adhuc semel (&) brevi illud (*erit,*) quando Ego [a] commovens (*ero*) cœlos & terram, & mare & aridam.

a) *Hebr. 12, 26.*

7. Tum (*verò*) commovebo omnes gentes, ut veniant electio omnium gentium, impleamque domum hanc gloria, dixit JEHOVAH Zebaoth.

8. Mihi (*est*) argentum, & Mihi aurum, dictum JEHOVÆ Zebaoth.

9. Major (*autem*) erit gloria domus hujus posterioris, quam prioris; dixit JEHOVAH Zebaoth: nam in loco hoc dabo pacem, dictum JEHOVÆ Zebaoth.

10. In vigesimo & quarto (*die*) noni (*mensis,*) in anno secundo Darii, factum est verbum JEHOVÆ per manum Chaggaji Prophetæ, dicendo,

11. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; quære, age, Sacerdotes legem, dicendo;

12. Ecce, (*si*) portabit vir carnem sanctitatis in ala vestis suæ, tangetque ala sua panem, vel pulmentum, vel vinum, vel oleum, vel quemcunque cibum; num (*hic*) sanctificabitur? Responderunt verò Sacerdotes, dixeruntque; Non.

13. Dixit ergò Chaggajus; si (*autem*) tetigerit immundus animâ quodcunque istorum; num immundum fiet? Tum responderunt Sacerdotes, dixeruntque; immundum fiet.

14. Respondit itaque Chaggajus, & dixit; sic (*se habet*) populus hic, & sic gens hæc coram Me, dictum JEHOVÆ; & sic omne opus manuum eorum, ut quicquid offerunt (*hactenus*) ibi, immundum illud (*sit Mihi.*)

15. Quare jam ponite, agite, cor vestrum, à die hoc & retrorsum: antequam poneretur lapis super lapidem in templo JEHOVÆ.

16. Quando factum est, ut veniret (*quis illorum*) ad acervum viginti (*modiorum,*) fuit decem (*modiorum:*) ut veniret ad torcular, ad hauriendum quinquaginta (*mensuras è*) torculari, fuit viginti (*mensurarum.*)

17. Percussi (*enim*) vos [b] uredine, & rubigine; omne (*nimirum*) opus manuum vestrarum: neque (*tamen*) vobiscum (*fuit*) ad me (*conversi,*) dictum JEHOVÆ.

b) *Am. 4, 9.*

18. Ponite, agite, (*iterum*) cor vestrum, à die hoc & deinceps; à die (*inquam,*) quo fundatum est templum JEHOVÆ, ponite cor vestrum.

19. Nonne adhuc semen (*est*) in horreo? & usque ad vineam, & ficum, & malogranatum, & arborem oleæ, non tulit (*quicquam? Atqui*) à die hoc benedicam.

20. Et factum est verbum JEHOVÆ secundum ad Chaggajum in vigesimo & quarto (*die*) mensis, dicendo:

21. Dic ad Serubbabelem, ducem Jehudæ, dicendo; Ego commovens (*ero*) cœlum & terram.

22. Evertamque thronum regnorum, & perdam robur regnorum gentium; evertam etiam currum, & equitantes (*in*) eo, descen-

deſcendentque equi, & equites eorum, vir gladio fratris ſui.

23. In die illo, dictum Jehovæ Zebaoth, ſumam te Serubbabelem, filium Schealthielis, ſervum Meum, dictum Jehovæ, & ponam te ſicut annulum ſignatorium: te enim elegi, dictum Jehovæ Zebaoth.

SACHARIÆ.

CAPUT I.

Caput hoc partes habet duas, juxta dupliceem prophetiam. Quarum I. eſt Adhortatio Iudæorum ad pœnitentiam. à v. 1. II. Viſio & promiſſio de reſtitutione Hieroſolymæ & urbium Iudæ. à v. 7.

IN menſe octavo, in anno ſecundo Darii, factum eſt verbum Jehovæ ad [a] Secharjam, filium Berechjæ, filii Iddo Prophetæ, dicendo:

a) Oſe. 5, 1.

2. Indignatus eſt Jehovah Patribus veſtris indignatione.

3. Dic verò ad eos: Sic dixit Jehovah Zebaoth; Revertimini ad Me, dictum Jehovæ Zebaoth: tum revertar ad vos, dixit Jehovah Zebaoth.

4. Ne ſitis ſicut Patres veſtri, ad quos b) Eſa. 31, 6. 45, 22. Ier. 3, 12. Exe. 18, 30. 33, 11. Oſe. 14, 2. Joel. 2, 12 clamarunt [b] Prophetæ priores, dicendo; ſic dixit Jehovah Zebaoth; Revertimini, agite, à viis veſtris malis, & operibus veſtris malis: ſed non audiverunt, nec attenderunt ad Me, dictum Jehovæ.

5. Patres (*ergò*) veſtri, ubinam (*ſunt*) illi? & Prophetæ (*falſi*) num in æternum vivent?

6. Contra, verba Mea, & decreta Mea, quæ præcepi ſervis Meis, Prophetis, nonne aſſecuta ſunt Patres veſtros? Hinc reverſi ſunt (*tandem,*) dixeruntque; quemadmodum cogitavit Jehovah Zebaoth facere nobis, juxta vias noſtras, & juxta opera noſtra; ſic fecit nobiſcum.

7. In die viceſimo & quarto, undecimi menſis, hic (*eſt*) menſis Schebat, in anno ſecundo Darii, factum eſt verbum Jehovæ ad Secharjam, filium Berechjæ, filii Iddo Prophetæ, dicendo:

8. Vidi nocte, quum ecce, vir equitans ſuper equo rufo, iſque ſtans inter myrtos, quæ in profunditate: poſt illum autem (*erant*) equi rufi, balii, & albi.

9. Dixi ergò; quid hi Domine mi? dixit autem ad me Angelus loquens in me; Ego monſtrabo, quid hi ipſi.

10. Reſpondit ergò vir ſtans inter myrtos, dixitque; hi (*ſunt,*) quos miſit Jehovah, ad perambulandum terram.

11. Tum reſponderunt Angelo Jehovæ ſtanti inter myrtos, dixeruntque; perambulavimus terram: & ecce univerſa terra habitat, & quieta (*eſt.*)

12. Reſpondit ergò Angelus Jehovæ, ac dixit; Jehovah Zebaoth, quouſque (*ergò*) Tu non miſereberis Hieroſolymæ, & urbium Jehudæ? quibus indignatus es hos ſeptuaginta annos,

13. Reſpondit autem Jehovah Angelo loquenti in me, verba bona, verba conſolationum.

14. Tum dixit ad me Angelus loquens in me: clama, dicendo: ſic dixit Jehovah Zebaoth; Zelavi pro Hieroſolyma & pro Zijone zelo magno.

15. Indignatione enim magna [c] Ego indignatus (*ſum*) contra gentes ſecuras: ſiquidem Ego indignatus fui parum; ſed illi adjuverunt in malum. c) Zach. 1, 2.

16. Propterea ſic dixit Jehovah, Reverſus ſum ad Hieroſolymam per miſericordias, (*und*) domus Mea ædificabitur in ea, dictum Jehovæ Zebaoth; & linea ducetur ſuper Hieroſolymam.

17. Amplius clama, dicendo; ſic dixit Jehovah Zebaoth; Adhuc diffundent ſe urbes meæ præ bono: pœnitebitque Jehovam adhuc Zijonis, & eliget adhuc Hieroſolymam.

CAP. II.

Caput hoc continuat Viſionem præc. Capitis. Partes verò hujus tres ſunt. I. Eſt Viſio quatuor Cornuum, cum expoſitione. à v. 1. II. Viſio quatuor Fabrorum, etiam cum expoſitione. à v. 3. III. Viſio Viri cum funiculo menſorio; & inſigne promiſſio de Novo Teſtamento, inprimis, Converſione gentium. à v. 5.

PRæterea ſuſtuli oculos meos, vidique; cum, ecce, quatuor (*eſſent*) cornua.

2. Dixi ergò ad Angelum loquentem in me; quid hæc? qui dixit ad me; Hæc (*ſunt*) cornua, quæ diſperſerunt Jehudam, Iſraëlem, & Hieroſolymam.

3. Mox oſtendit mihi Jehovah quatuor fabros.

4. Dixi ergò; Quid hi (*ſunt*) venientes ad faciendum? qui dixit dicendo; iſta cornua, quæ diſperſerunt Jehudam, (*ſunt*) ſicut vir, (*qui*) non tollit caput ſuum: venerunt enim hi ad terrendum ea, (*&*) ad dejiciendum cornua gentium, attollentium cornu contra terram Jehudæ ad diſpergendum eam.

5. Amplius ſuſtuli oculos meos, & vidi; cum, ecce, vir: cujus in manu funiculus menſuræ.

6. Dixi ergò: quo tu (*es*) pergens: qui dixit ad me; Ad metiendum Hieroſolymam, ut videam, quanta latitudo ejus, & quanta longitudo ejus.

7. Tum, ecce, Angelus loquens in me exiens, & Angelus alius exiens erga Eum,

8. Dixit itaque ad hunc; curre, loquere ad puerum hunc, dicendo; Per ſuburbia habitabit Hieroſolyma præ multitudine hominum & beſtiarum in medio ejus.

9 Ego autem ero illi, dictum Jehovæ, murus ignis circumcirca; & in gloriam ero in medio ejus.

10. Heus, heus, fugite è terra Septentrionis, dictum Jehovæ: nam ſicut quatuor ventos cœlorum expandam vos, dictum Jehovæ.

11. Heus, Zijon, eripe te; quæ habitas cum filia Babelis.

12. Sic namque dixit Jehovah Zebaoth poſt gloriam, (*qui*) miſit me ad gentes ſpoliantes vos; utique qui (*eſt*) attingens vos, attingens (*eſt*) [a] pupillam oculi Ejus. a) Pſ. 17, 8.

13. Ecce, enim, Ego agitaturus (*ſum*) manum Meam ſuper eos, ut fiant præda ſervientibus ipſis: unde cognoſcetis, quod Jehovah Zebaoth miſerit me.

14. (*Quare*) jubila & lætare filia Zijonis: Ecce, enim, Ego (*ſum*) veniens, ut habitem in medio tui, dictum Jehovæ.

15. Tum adhærebunt gentes multæ Jehovæ, in die illo; eruntque Mihi in populum: habitabo namque in te, ut cognoſcas, quod Jehovah Zebaoth miſerit me ad te.

16. Tum (*ergò*) Jehovah hereditatem ſibi faciet Jehudam, portionem ſuam, ſuper terra ſanctitatis, & eliget iterum Hieroſolymam.

17. Sile (*itaq;*) omnis caro coram Jehovah: nam excitabitur ex habitaculo ſanctitatis Suæ.

CAP. III.

Caput hoc viſionem Sacerdotii Jehoſchuæ continet. Partes habet tres. In I. eſt Jehoſchua novis veſtibus inveſtitus. à v. 1. In II. de officij adminiſtrationi inſtructus. à v. 6. In III. in ſignum & typum ſervi DEI Zemach poſitus. à v. 8.

POſteà oſtendit mihi Jehoſchuam Sacerdotem magnum, ſtantem coram Angelo Jehovæ: Satan autem ſtans ad dextram ejus, ad adverſandum illi.

2. Sed dixit Jehovah ad Satanam; increpet te Jehovah, ô Satan: increpet, inquam, te, Jehovah, eligens Hieroſolymam. Nonne hic (*eſt*) titio, ereptus ex igne?

3. Jehoſchua autem fuit indutus veſtibus pollutis, ſicque ſtabat coram Angelo,

4. Reſpondit ergo dixitque ad ſtantes coram ipſo, dicendo; Removete veſtes pollutas à-ſuper ipſo: ad ipſum autem dixit; vide, tranſtuli feci à-ſuper te iniquitatem tuam, & induendo (*quidem*) te veſtibus mutatoriis.

5. Dixi item; ponant cidarim mundam ſuper caput ejus. Poſuerunt ergò cidarim mundam ſuper caput ejus, & induerunt eum veſtibus: Angelus autem JEHOVÆ ſtans.

6. Deinde teſtificatus eſt Angelus JEHOVÆ de Jehoſchua, dicendo:

7. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; ſi in viis Meis iveris, & ſi cuſtodiam Meam cuſtodiveris: etiamque tu judicaveris domum Meam; etiamque cuſtodiveris atria Mea: dabo tibi ambulationes inter ſtantes hos.

8. Audi, age, ô Jehoſchua, Sacerdos magne: tu & ſocii tui ſedentes, coram te, viri namque ſigni illi: Ecce enim, Ego
a) Zach. 6, 12 (*ſum*) adducens ſervum Meum [a] Zemach.

9. Quia, ecce, (*hic*) lapis, quem dedi coram Jehoſchua; ſuper lapide uno (*hoc*) ſeptem oculi (*ſunt:*) Ecce, Ego (*ſum*) ſculpens ſculpturam ejus, dictum JEHOVÆ Zebaoth; & removebo iniquitatem terræ hujus in die uno.

10. In die illo, dictum JEHOVÆ Zebaoth; clamabitis vir ad ſocium ſuum; ſub vitem & ſub ficum (*ſedebimus.*)

CAP. IV.

Partes hujus Capitis tres ſunt. Quarum I. eſt viſio candelabri & duarum olearum a v. 1. II. Expoſitio generalis de ædificatione templi per Serubbabelem ſub providentia DEi mira. à v. 4. III. Expoſitio ſpecialis duarum olearum & duarum baccarum. à v. 11.

POſtea reverſus eſt Angelus loquens in me, & excitavit me, ſicut virum, qui excitatur à ſomno ſuo.

2. Mox dixit ad me: quid tu (*es*) videns: cui dixi; vidi, &, ecce, candelabrum auri totum; & lecythus ejus ſuper capite ejus, ſeptemque lucernæ ejus ſuper eo, & ſeptena infundibula lucernis, quæ ſuper capite ejus.

3. Duæ autem oleæ juxta eam, una à dextra lecythi, & una juxta ſiniſtram ejus.

4. Reſpondi porrò & dixi ad Angelum loquentem in me, dicendo; Quid hæc, Domine mi?

5. Reſpondit ergò Angelus loquens in me, ac dixit ad me; Annon ſcis quid hæc ipſa? Cui dixi; Non, Domine mi.

6. Quare reſpondit, & dixit ad me, dicendo; Hoc (*eſt*) verbum JEHOVÆ de Serubbabele, dicendo; Non per robur, neque per virtutem, ſed per Spiritum Meum (*perficiet,*) dixit JEHOVAH Zebaoth.

7. Quis (*enim*) tu, ô mons magne? coram Serubbabele in planitiem (*eris:*) educetque lapidem in caput (*capitalem; eum*) applauſibus; gratia, gratia illi.

8. Factum ulterius eſt verbum JEHOVÆ ad me, dicendo:

9. Manus Serubbabelis fundarunt domum hanc, & manus ejus perficient: ut ſcias, quod JEHOVAH Zebaoth miſerit me ad vos.

10. Quis enim ſprevit diem parvorum (*initiorum?*) Arqui lætabuntur & videbunt lapidem perpendiculi in manu Serubbabelis, ſeptem (*ſcil. oculos*) illos: oculi (*enim*) JEHOVÆ illi (*ſunt,*) perluſtrantes omnem terram.

11. Tum reſpondi, ac dixi ad illum; quid (*ſunt*) duæ oleæ iſtæ? juxta dextram candelabri, & juxta ſiniſtram ejus.

12. Reſpondique ſecundum, dixique ad illum, quid duæ baccæ olivarum, quæ (*ſunt*) in manu duorum tuborum auri, effundentium à-ſuper ſe aurum?

13. Dixit itaque ad me, dicendo: An non noviſti, quid hæc (*ſint?*) cui dixi; Non, Domine mi.

14. Tum dixit; Iſti (*ſunt*) duo filii oleæ, ſtantes juxta Dominum totius terræ.

CAP. V.

Caput hoc Partes habet duas, juxta duas Viſiones. Quarum I. habet volumen volans v. 1. 2. quod exponitur de maledictione. v 3, 4. II. Eſt Ephah cum muliere & plumbo, à duobus mulieribus in terram Sinear abiata. à v 5. qua de impietate exponuntur. v. 8.

CÆterum reverſus ſum, & ſuſtuli oculos meos, vidique; cum ecce volumen (*erat*) volans.

2. Dixit ergò ad me; Quid tu (*es*) videns? Cui dixi; Ego (*ſum*) videns volumen volans: longitudo ejus viginti ulnæ, latitudo autem ejus decem ulnæ.

3. Tum dixit ad me: hæc (*eſt*) maledictio, exiens ſuper facies totius terræ: nam omnis furans, hinc, ſicut ipſa, innocens; & omnis pejerans, hinc, ſicut ipſa, innocens (*eſt.*)

4. Ejeci (*ergò*) illam, dictum JEHOVÆ Zebaoth, ut ingrediatur in domum furis, & in domum pejerantis per Nomen Meum pro mendacio; pernoctetque in domo ejus, conſumatque eam, & ligna ejus, & lapides ejus.

5. Exivit autem Angelus loquens in me; dixitque ad me: tolle, age, oculos tuos, & vide, quid exiens hæc?

6. Cumque dicerem; quid (*ergò*) hæc? dixit; hæc Ephah (*eſt*) exiens; dixit porro; hæc (*eſt*) oculus eorum in univerſa terra.

7. Ecce verò; talentum plumbi ſublatum eſt; ſimulque mulier hæc una ſedens (*erat*) in medio Ephæ.

8. Tum dixit; Hæc (*eſt*) impietas; projecitque eam in medium Ephæ, ac projecit lapidem plumbi ſuper os ejus.

9. Suſtuli verò oculos meos, & vidi: Cum, ecce, duæ mulieres exeuntes, & ventus in alis earum; illis enim (*erant*) alæ hinæ ſicut alæ iconiæ: ſuſtulerunt itaque Epham inter terram & inter cœlos.

10. Quare dixi ad Angelum loquentem in me; quo illæ abducentes ſunt Epham?

11. Qui dixit ad me; ad ædificandum illi domum in terra Sinear: ſi-mabitur enim, & relinquetur ibi ſuper ſede ſua.

CAP. VI.

Partes hujus Capitis duæ ſunt. I. Habet viſionem quatuor curruum exeuntium inter duos montes: ſeventrionum cœlorum: quorum quis in ſeptentrionem, quieſcere fecit Spiritum Jehova. à v. 1. II. Coronam Sacerdoti Jehoſchua impoſitam in typum Zemachi ſeu Chriſti. à v. 9.

POſt reverſus ſum, & ſuſtuli oculos meos, vidique; cum, ecce, quatuor currus exeuntes ab-inter duos montes; montes autem (*erant*) montes æris.

2. In curru primo (*erant*) equi rufi; & in curru ſecundo equi nigri;

3. Et in curru tertio, equi albi: in curru autem quarto, equi grandinati, (*qui*) robuſti.

4. Reſpondi itaque, & dixi ad Angelum loquentem in me; Quid hi (*ſunt?*) Domine mi.

5. Reſpondit autem Angelus, dixitque ad me; Hi (*ſunt*) quatuor venti cœlorum, exeuntes a ſtando juxta Dominum totius terræ.

6. In quo (*curru erant*) equi nigri, (*fuerunt*) exeuntes in terram ſeptentrionis; & albi exiverunt poſt eos: gradinati autem exierunt in terram Auſtri.

7. Sed robuſti (*pra reliquis ſcil. ruſt*) exiverunt & quæſiverunt ire ad peragrandum terram: dixit verò; ite, peragrate terram, peragraverunt itaque terram.

8. Tum vocavit me, & locutus eſt ad me, dicendo; vide, exeuntes ad terram ſeptentrionis: quieſcere fecerunt Spiritum meum in terra ſeptentrionis.

9. Deinde factum eſt ad me verbum JEHOVÆ, dicendo:

10. Accipe à-cum captivitate, à Cheldaj, & à-cum Tobija, & à-cum Jedajah, & venito tu in die illo, ut intres in domum Joſchijæ, filii Zephanjæ, (*eum illis,*) qui venerunt è Babel:

11. Accipe, inquam, argentum & aurum, & fac coronas: ac pone in caput Jehoſchuæ, filii Jehozadaki, Sacerdotis magni:

12. Et dic ad illum, dicendo; ſic dixit JEHOVAH Zebaoth, dicendo; Ecce, vir

[a] Ze-

a) Zach. 3, 8. [a] Zemach nomen Ejus (*est*;) sub Illo enim florebit, & ædificabit templum JEHOVÆ.

13. Ille, inquam, ædificabit templum JEHOVÆ; idemque geret gloriam, sedebitque, & regnabit super throno suo: eritque (*simul*) Sacerdos super throno suo: consilium enim pacis erit inter ista duo.

14. Coronæ ergò istæ erit (*quasi*) Chelemo, & Tobijæ, & Jedajæ, & Cheno, filio Zephanjæ, in memoriale in templo JEHOVÆ.

15. Quin longinqui venient, & ædificabunt templum JEHOVÆ: ut cognoscatis, quod JEHOVAH Zebaoth miserit me ad vos: utique futurum (*hoc*) est, si audiendo audiveritis vocem JEHOVÆ, DEI vestri.

CAP. VII.

Partes hujus Capitis duæ sunt. I. Est Proposita Prophetæ de continuando Jejunio Quæstio. à v. 2. 3. II. Prophetæ ad hanc quæstionem Responsio. (1.) jejunia præterita redarguens v. 4. sqq. & v. 11 sqq. (2.) modum rectè jejunandi docens. v. 5. 9. 10.

DEinde factum est in anno quarto Regis Darii: factum est verbum JEHOVÆ ad Secharjam, in quarto (*die*) mensis noni, (*h. e.*) in Kisleu.

2. Miserat autem in domum DEI Scharezer & Regem-Melech, & viri ejus ad deprecandum faciem JEHOVÆ;

3. Dicendo ad Sacerdotes, qui domui JEHOVÆ Zebaoth (*erant,*) & ad Prophetas; dicendo (*inquam;*) Num flere debeo in mense quinto, separando me: quemadmodum feci his tot annis?

4. Factum est, inquam, verbum JEHOVÆ Zebaoth ad me, dicendo:

5. Dic ad universum populum terræ, & ad Sacerdotes, dicendo; quando [a] jejunastis, & plangendo (*quidem,*) in quinto & in septimo; idque septuaginta annis; Num jejunando jejunastis Mihi, Mihi (*inquam?*) a) Isa. 58, 5. Zach. 8, 19.

6. Et quando comedistis, & quando bibistis, annon vos comedentes, & vos bibentes (*sustis?*)

7. Nonne verba (*facienda,*) quæ clamavit JEHOVAH per manum Propheratum priorum, quum esset Hierosolyma habitans & tranquilla, & urbes illius circa illam; meridies etiam & planities habitans.

8. Factum porrò est verbum JEHOVÆ ad Secharjam, dicendo:

9. Sic dixit (*tunc*) JEHOVAH Zebaoth, dicendo: Judicium veritatis judicate; & benignitatem atque misericordias facite vir cum fratre suo.

10. Ac [b] viduam, pupillumque, peregrinum & afflictum ne opprimatis: & malum viri socii sui, ne cogitetis in corde vestro. b) Exod. 22, 22. Es. 1, 23. Ier. 5, 28.

11. Sed renuerunt auscultare; contra dederunt humerum refractarium; aures autem suas aggravarunt, ut non audirent.

12. Imò cor suum posuerunt (*sicut*) adamantem, ut non audirent legem, aut verba, quæ misit JEHOVAH Zebaoth in Spiritu Suo per manum Prophetarum priorum: unde fuit indignatio magna à-cum JEHOVAH Zebaoth.

13. Factum enim est; sicut clamavit, nec audierunt, ita clamarunt, nec audivi, dixit JEHOVAH Zebaoth.

14. Disjeci autem eos quasi procella inter omnes gentes, quas non noverant: terra autem devastata est post eos, ut non (*esset*) transiens, nec reverteus: posueruntque terram desiderii in vastitatem.

CAP. IIX.

Partes hujus Capitis tres sunt. I. Habet promissionem de restitutione Hierosolymæ, inprimis sub Novo Testamento. à v. 1. II. Confortationem ædificantium templum per promissionem istam ulterius expositam. à v. 9. III. Compensationem Jejuniorum per bona Messiæ promissa tempora. à v. 18.

PErrexit verò verbum JEHOVÆ Zebaoth, dicendo:

2. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; [a] zelavi pro Zijone zelo magno, & exæstuescentia magna zelavi pro ea. a) Zach. 1, 14.

3. Sic dixit JEHOVAH; Revertar ad Zijonem, & habitabo in medio Hierosolymæ: unde vocabitur Hierosolyma urbs veritatis; & mons JEHOVÆ Zebaoth, mons sanctitatis.

4. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; Adhuc habitabunt senes mares, & mulieres in plateis Hierosolymæ: & vir, cujus in manu scipio ejus, præ multitudine dierum.

5. Insuper implebuntur plateæ urbis pueris & puellis, ludentibus in plateis ejus.

6. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth: si mirabile sit in oculis reliquiarum populi hujus, (*fore*) in diebus illis: etiamne in oculis Meis mirabile sit? dictum JEHOVÆ Zebaoth.

7. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth: Ecce, Ego (*sum*) liberans populum Meum è terra orientis, & è terra occasus solis.

8. Et adducam eos, ut habitent in medio Hierosolymæ, sintque Mihi in populum, & Ego sim iis in DEUM, in veritate & in justitia.

9. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth: confortent se manus vestræ, (*vos,*) qui (*estis*) audientes de diebus istis, verba hæc ex ore Propheratum, qui (*sunt*) in die (*quo*) fundata est domus JEHOVÆ Zebaoth, templum (*nimirum*) ut ædificetur.

10. Nam ante dies hos merces hominis non facta est, nec merces bestiæ ulla (*fuit:*) exeunti autem & intranti non pax ab hoste; sed immisi omnes homines, virum contra socium ipsius.

11. Jam verò non (*ero*) sicut diebus prioribus Ego reliquiis populi hujus; dictum JEHOVÆ Zebaoth,

12. Nam semen pacis (*erunt:*) vitis dabit fructum suum, & terra dabit proventum suum; & cœli dabunt rorem suum: heredes autem faciam reliquias populi hujus omnium istorum.

13. Unde fiet: quemadmodum fuistis maledictio inter gentes, ô domus Jehudæ & domus Jisraëlis: sic liberabo vos, ut sitis benedictio: (*ideo*) ne timeatis, confortentur manus vestræ.

14. Nam sic dixit JEHOVAH Zebaoth: quemadmodum cogitavi malum facere vobis, quum iram concitarunt Patres vestri Mihi, dixit JEHOVAH Zebaoth, ne pœnituit Me:

15. Sic convertar (*& ego*) cogitabo in diebus illis bonum facere Hierosolymæ, & domui Jehudæ; ne (*ergò*) timeatis.

16. Hæc (*sunt autem*) verba, quæ facieris: [b] loquimini veritatem, vir cum socio suo; veritatem & judicium pacis judicate in portis vestris. b) Eph. 4, 25

17. Nec vir malum socii sui cogitate in corde vestro; nec jutamentum mendacii amate: omnia enim ista (*sunt,*) quæ odi, dictum JEHOVÆ.

18. Denique factum est verbum JEHOVÆ Zebaoth ad me, dicendo:

19. Sic dixit JEHOVAH Zebaoth; [c] jejunium (*mensis*) quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Jehudæ in gaudium, & in lætitiam, & in festa bona: veritatem modo & pacem amate. c) Zach. 7, 5.

20. (*Quin*) sic dixit JEHOVAH Zebaoth: Adhuc (*tempus erit,*) quo venient populi, & habitatores urbium magnarum;

21. Ibuntque habitatores unius ad alteram, dicendo: Eamus eundo ad deprecandum facies JEHOVÆ, & ad quærendum JEHOVAM Zebaoth: (*quæ dicet;*) ibo etiam ego.

22. Sic venient populi multi, & gentes numerosæ ad quærendum JEHOVAM Zebaoth in Hierosolyma, & ad deprecandum facies JEHOVÆ.

23. (*Imò*) sic dixit JEHOVAH Zebaoth; in diebus illis (*fiet,*) ut apprehendant decem viri ex omnibus linguis gentium; apprehendant, inquam, alam viri Jehudæi, dicendo; ibimus vobiscum, quia audivimus, DEUM (*esse*) vobiscum.

CAP. IX.

Capitis hujus partes tres sunt. I. Prophetia contra terram Chadrach, Damascum, Tyrum, Zidonem, Philisthæam, & de tandem earum ad Christum conversione. à v. 1. II. Exultatio Zijonis ad gaudium ob adventum & liberationem Regis Messiæ. à v. 9. III. Promissio prædicandi Evangelij, etiam inter gentes. à v. 13.

PRopheria. Verbum JEHOVÆ (*est*) in terra Chadrach: & Damascus (*est*) requies Ejus; Nam ad JEHOVAM (*erit*

(*erit ſpectans*) oculus hominis (*omnis*) & omnium tribuum Iſraëlis.

2. Etiamque in Chamath habebit ſu-
a) Eſa. 23, 1. Ex. 26, 1 um terminum; [a] (*in*) Tyro & Zidone; nam ſapiens (*illa*) erit valdè.

3. Equidem Tyrus ædificavit ſibi munimentum: & collegit argentum ſicut pulverem, & aurum ſicut cœnum plateatum.

4. (*Sed*) ecce, ADONAI depauperabit eam, & excutiet in mare opes ejus; ipſa verò igne comedetur.

b) Eſa. 14, 29. Ier. 47, 1 Exe. 25, 15. 5. (*Quod*) quum videbit [b] Aſchkelon, timebit ſibi; & Gaſa dolebit valdè; ac Ekron; eò quod pudefacta eſt fiducia ejus: peribit quoque Rex ex Gaſa, & Aſchkelon non habitabitur.

6. Habitabit autem ſpurius in Aſchdod: ut excindam ſuperbiam Philiſthæorum.

7. Ita (*verò*) removebo ſanguines ejus ex ore ejus, & abominationes ejus ab inter dentes ejus, ut relinquatur etiam ille DEO noſtro, ſitque ſicut dux in Jehudah, & Ekron ſicut Jebuſæus.

8. Tum caſtra ponam domui meæ de exercitu, propter abeuntem & redeuntem, ut non tranſeat amplius ſuper eos exactor: Nunc enim vidi oculis Meis, (*adeoq; certum eſt.*)

c) Eſa. 62, 11. Matth. 21, 5. Ioh. 12, 15. 9. (*Quare*) exulta valdè, [c] ô filia Zijonis; clange, ô filia Hieroſolymæ: ecce (*enim*) Rex tuus venit tibi; juſtus & ſervatus Ille; miſer (*tamen*) & equitans ſuper aſino, & ſuper pullo filio aſinatum.

d) Pſal. 72, 8. 10. Excindam enim currum ex Ephrajimo, & equum ex Hieroſolyma, excindamque arcum belli; [d] contra loquetur pacem gentibus: eritque dominari Ejus à mari uſque ad mare, & à flumine (*Euphrate*) uſque ad fines terræ.

11. Etiam, quod ad te, per ſanguinem fœderis tui emittam vinctos tuos é fovea, in qua non (*eſt*) aqua.

12. Revertimini (*ergò*) ad munimentum, vincti ſpei: etiam hoc die annuntians (*eſt*) duplum, (*quod*) retribuam tibi.

13. Tendam enim Mihi Jehudam, (*&*) arcum implebo Ephrajimum; excitaboque filios tuos, Zijon, cum filiis tuis, Javan; ponamque te ſicut gladium potentis.

14. Nam JEHOVAH ſuper iis apparebit, exibitque ſicut fulgur telum Ejus: & ADONAI JEHOVIH buccina clanget, & incedet in procellis meridiei.

15. JEHOVAH Zebaoth proteget eos, ut comedant, & ſubigant lapides fundæ; bibantque & tumultuentur, quaſi vino: impleanturque ſicut cratet, ſicuti anguli altaris.

16. Servabit enim illos JEHOVAH DEUS illorum in die illo, ſicut gregem populum ſuum: quia lapides ſeparationis in ſigna ponentur ſuper terra ejus.

17. Quantum namque (*erit*) bonum ejus? & quanta pulchritudo ejus? (*ſiquidem*) fiumentum juvenes, & muſtum proferet virgines.

CAP. X.

Partes hujus Capitis tres ſunt. I. Promiſſio Jehovæ de viſitatione gregis Sui & liberatione à malis paſtoribus. à v. 1. II. Expoſitio bonorum ex viſitatione Jehovæ. à v. 5. III. Prophetia de reductione populi Iſraël poſt anguſtiam ex Aſſyria, Ægypto & aliis populis ſub Novo Teſtamento. à v. 10.

PEtite à JEHOVAH pluviam in tempore ſerotinæ: (*tum*) JEHOVAH faciet nimbos; & pluviam imbris dabit illis, viro herbam in agro.

2. Theraphim enim loquuntur iniquitatem, & divinatores vident mendacium & (*viri*) ſomniorum vanitatem loquuntur, vanitate conſolantur: propterea [a] profecti ſunt ſicut grex; reſpondent, quod non (*ſit*) paſtor. a) Matth. 9, 36.

3. Adverſus (*ergò*) paſtores exarſit ira mea, & ſuper hircos viſitrabo: viſitabit enim JEHOVAH Zebaoth gregem Suum, domum Jehudæ, & ponet eos, ſicut equum gloriæ Suæ in bello.

4. Ex illo (*erit*) angularis, ex illo clavus, ex illo arcus belli: ex illo exibit omnis exactor ſimul.

5. Eruntque ſicut potentes conculcantes cœnum platearum in bello, & prælliabuntur, quia JEHOVAH cum ipſis (*erit*)

(*erit,*) pudefacient autem equitantes (*in*) equis.

6. Potentem enim reddam domum Jehudæ; & domum Joſephi ſervabo; & habitare faciam eos, quia miſertus eorum ſum, ut ſint, quaſi non deſeruiſſem eos: nam Ego JEHOVAH DEUS eorum reſpondebo iis.

7. Hincerunt ſicut potens Ephrajim, & lætabitur cor eorum quaſi vino: filii autem eorum videbunt & lætabuntur; exultabit cor eorum in JEHOVAH.

8. Sibilabo iis, & congregabo eos; quia redimam eos; tum multiplicabuntur, ſicut multiplicabuntur.

9. Et ſeminabo eos inter populos, & in locis remotis recordabuntur Mei, viventque cum filiis ſuis, & redibunt.

10. Et reducam eos é terra Ægypti, & ex Aſſyria congregabo eos; adque terram Gileadis, & Libanum adducam eos, nec invenietur iis (*locus.*)

b) Exod. 14, 16. 11. Tranſivit quidem [b] per mare, anguſtiæ (*ſcilicet.*) ſed percutiet in mari fluctus; & exiccabuntur omnes profunditates fluminis (*Nili:*) dejicieturque ſuperbia Aſchuris, (*&*) baculus Ægypti recedet.

12. Potentes autem reddam eos in JEHOVAH, & in Nomine Ejus ambulabunt, dictum JEHOVÆ.

CAP. XI.

Partes hujus Capitis tres ſunt. I. Eſt Prophetia de extremo Hieroſolyma excidio & devaſtatione Judææ. à v. 1. II. Expoſitio Cauſæ, quæ eſt ergà concionem Paſtoris Meſſiæ inobedientia, & turpis Meſſiæ ad eadem emtio. à v. 4. III. Paſtoris ſtulti prædictio. à v. 15.

APeri, Libane, januas tuas, ut comedat ignis cedros tuos.

2. Ejula, abies, quia cecidit cedrus; quia magnifici vaſtati ſunt: ejulate quercus Baſchanis, quia deſcendit ſylva Baziris.

3. Vox (*eſt*) ejulatus paſtorum, quod devaſtata ſit magnificentia eorum: vox rugitus leonum juvenum, quod vaſtata ſit elatio Jordanis.

4. Sic (*ergò*) dixit JEHOVAH DEUS meus: paſce oves occiſionis:

5. Quas poſſeſſores earum occidunt, nec reos ſe agnoſcunt; & venditores earum (*quiſq;*) Benedictus JEHOVAH; quia ditatus ſum; nec paſtores eorum parcunt iis.

6. Non enim parcam amplius habitatoribus terræ, dictum JEHOVÆ: ſed, ecce, Ego incidere faciam hominem, virum in manum ſocii ſui, & in manum Regis ſui, ut conterant terram, nec eripiam é manu eorum.

7. Pavi ergò oves occiſionis; propter vos, ô miſeri gregis: & accepi Mihi duo peda; unum vocavi, ſuavitatis; alterum autem vocavi, dolentium: ita pavi oves,

8. Excidi autem tres paſtores in menſe uno; abbreviata enim eſt anima Mea in iis; etiamque anima eorum abominata eſt Me.

9. Unde dixi; [a] non paſcam vos: a) Ier. 15, 2. moriens moriatur, & excindenda excindatur; reliquæ autem comedant, quælibet carnem alterius.

10. Sumſi autem pedum Meum, ſuavitatem, & concidi illud; ad rumpendum fœdus Meum, quod pepigeram cum omnibus populis.

11. Itaque ruptum eſt in die illo: ita verò cognoverunt miſeri gregis, obſervantes Me, quod verbum JEHOVÆ hoc eſſet.

12. Tum dixi ad illos, ſi bonum in oculis veſtris, date mercedem Meam; ſi vero non; omittite: appenderunt ergò mercedem Meam, triginta argenteos.

13. Sed dixit ad Me JEHOVAH; Abjice pro figulo; magnificentiam pretii, quo pretioſus habitus ſum à-apud illos: quare b) Mat. 27, 9. [b] ſumſi triginta argenti, & projeci illud in domum JEHOVÆ pro figulo.

14. Deinde concidi pedum meum ſecundum, dolentes: ad rumpendum etiam fraternitatem inter Jehudam, & inter Iſraëlem.

15. Tum dixit ad me JEHOVAH: Amplius ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti.

16. Ecce enim, [c] Ego excitabo paſtorem in terra; (*qui*) excindendas non viſitabit, ætate teneram non quæret, & fractam non ſanabit; ſtantem non ſuſtentabit; c) Exc. 34, 4. ſ.

bit; carnem autem pinguis comedet, & ungulas earum diffindet.

17. Væ paſtoribus nihili, deſerenti gregem! gladius ſuper brachio ejus, & ſuper oculo dexteræ ejus: (*unde*) brachium ejus areſcendo areſiet, & oculus dextræ ejus caligando caligabit.

CAP. XII.

Habet hoc Caput prophetiam de Iſraele. Cujus partes tres ſunt. I. De miſero Iſraelis ſtatu, & ex eo liberatione tempore Meſſiæ. à v. 1. II. Prædicatio Evangelij per duces Iehudæ, Apoſtolos in omnibus populis. à v. 6. III. Effuſio Sp. S. ad planctum pœnitentia eorum, qui Chriſtum tranſfixerant. à v. 10.

PRophetia, Verbum JEHOVÆ de Iſraële; dictum JEHOVÆ extendentis cœlos, & fundantis terram, & formantis ſpiritum hominis in medio ejus.

2. Ecce, Ego ſum ponens Hieroſolymam (*in*) ſcyphum trepidationis omnibus populis circumcirca: etiamque contra Jehudam, (*quiſquis*) erit in obſidione contra Hieroſolymam.

3. Sed fiet in die illo; ponam Hieroſolymam lapidem oneris omnibus populis; omnes portantes illum, incidendo incidentur; colligentur autem ad illam (*tandem*) omnes gentes terræ.

4. In die illo, dictum JEHOVÆ, percutiam omnem equum ſtupore, & equitem ejus furore: at ſuper domum Jehudæ aperiam oculum Meum: omnem verò equum populorum percutiam cæcitate.

5. Tum dicent duces Jehudæ in corde ſuo; confirmabo mihi habitatores Hieroſolymæ in JEHOVAH Zebaoth, DEO ipſorum.

6. In die illo ponam duces Jehudæ, ſicut fornacem ignis in lignis, & ſicut facem ignis in manipulo, ut comedant ad dextram, & ad ſiniſtram omnes populos circumcirca: ut habitet Hieroſolyma ſub ſe in Hieroſolyma.

7. Servabit autem JEHOVAH tentoria Jehudæ primò, ut non extollat ſe gloria domus Davidis, & gloria habitatoris Hieroſolymæ ſuper Jehudam.

8. In die illo proteget JEHOVAH habitatorem Hieroſolymæ, ut ſit impulſus inter illos in die illo ſicut David, domus autem David ſicut DEUS, ſicut Angelus JEHOVÆ coram illis.

9. Fiet autem in die illo: quæram perdere omnes gentes, venientes contra Hieroſolymam.

10. At effundam ſuper domum Davidis, & ſuper habitatorem Hieroſolymæ ſpiritum gratiæ & precum, ut [a] reſpiciant ad Me, quem foderunt: ita ut plangant ſuper eo, juxta planctum ſuper primogenito, & acerbè lugeant ſuper eo, ſicut acerbè lugent ſuper primogenito. a) *Joh 19,37*

11. In die illo ereſcet planctus in Hieroſolyma, [b] ſicut planctus Hadadrimmon in valle Megiddon. b) *2. Reg 23. 30 & 2. Par. 35. 22.*

12. Plangent autem terra, ſingulæ familiæ ſeorſim: (*ſcil.*) familia domus Davidis ſeorſim, & mulieres eorum ſeorſim; familia domus Nathanis ſeorſim, & fœminæ eorum ſeorſim;

13. Familia domus Levi ſeorſim, & familia Schimeonitæ ſeorſim, & fœminæ eorum ſeorſim.

14. Omnes familiæ reliquæ, ſingulæ familiæ ſeorſim, & mulieres eorum ſeorſim.

CAP. XIII.

Partes hujus Capitis tres ſunt. I. Eſt prophetia de fonte baptiſmi aperto pro plangentibus pœnitentibus. v. 1. II. De exciſione idolorum & falſorum prophetarum ſub Novo Teſtamento à v. 2. III. De Chriſti captivatione, paſſione, diſperſione diſcipulorum, & tandem Eccleſiæ colle&ione & ſtatu. à v. 7.

IN die illo erit fons apertus domui Davidis, & habitatoribus Hieroſolymæ, pro peccato & pro immunditie.

2. Fietque in die illo, dictum JEHOVÆ Zebaoth; excindam nomina idolorum è terra, ut non memorentur amplius: etiamque Prophetas, & Spiritum immunditiæ tranſire faciam è terra.

3. Fietque, quum prophetaverit vir amplius, dicent ad eum pater ejus, & mater ejus, qui generarunt eum; non vives: quia mendacium locutus es in Nomine JEHOVÆ: quare confodient eum pater ejus & mater ejus, qui generarunt eum, propterea quod prophetavit.

4. Hinc fiet in die illo: pudefient Prophetæ, vir propter viſionem ſuam, quum prophetaverint, neque induent tunicam pili, ut mentiantur.

5. Dicet verò (*quiſq;*) Non Propheta ego (*ſum, ſed*) vir colens terram ego; quia homo (*quis*) vendidit me à puertitia mea.

6. Si dixerit (*quis*) ad eum: Quid (*ergò ſunt*) plagæ illæ inter manus tuas; dicet; quia percuſſus ſum (*in*) domo amantium me.

7. (*Verum*) ô gladie, ſurge contra paſtorem Meum, dictum JEHOVÆ Zebaoth: [a] percute paſtorem, ut diſpergantur oves: reducam tamen manum Meam ad parvulos. a) *Matt. 26, 31. Marc. 14, 27.*

8. Fiet deinde in univerſa terra, dictum JEHOVÆ: duæ partes in ea excindentur, expitabunt; tertia autem relinquetur in ea.

9. Ducam tamen tertiam per ignem, & conflabo eos juxta conflare argentum; & probabo eos, juxta probare aurum: (*Tum*) ille invocabit Nomen Meum; Ego verò reſpondebo illi, (*&*) dicam; populus Meus hic; ille autem dicet; JEHOVAH (*eſt*) DEUS meus.

CAP. XIV.

Habet hoc Caput inſignem rerum ſub Novo Teſtamento mutationem. Partes ejus ſunt quatuor. I. Eſt Hieroſolymæ per gentes devaſtatio. à v. 1. II. Evangelij poſt aſcenſionem Chriſti in Iudæa prædicatio. à v. 4. etiam Gentilium per prædicationem converſio. à v. 9. III. Pœna hoſtium Hieroſolymæ ſeu Eccleſiæ. à v. 12. IV. Hieroſolymæ & Eccleſiæ gentium ſtatus. à v. 16.

ECce, dies veniens JEHOVÆ; quum dividetur præda tua in medio tui.

2. Congregabo enim omnes gentes ad Hieroſolymam in bellum: & capietur urbs, diripienturque domus, ac mulieres vim patientur; exibitque dimidium urbis in captivitatem; reliquus tamen populus non excindetur ex urbe.

3. (*Tum*) enim JEHOVAH exibit, & pugnabit contra gentes iſtas, juxta diem pugnare Eum in die prælii.

4. Stabunt autem pedes Ejus in die illo ſuper monte olivarum, qui (*eſt*) ante facies Hieroſolymæ, ab oriente: diffindetur autem mons olivarum, ut (*ſit*) pars ejus verſus ortum & verſus mare (*occidentale,*) valle (*exiſtente*) magna valde: recedatque pars montis verſus ſeptentrionem, parſque ejus verſus meridiem.

5. Tum fugietis (*per*) vallem montium Meorum: pertinget enim vallis montium ad Azal: fugietis, inquam, quemadmodum fugiſtis [a] coram terræ motu in diebus Uſijæ, Regis Jehudæ: tum veniet JEHOVAH DEUS meus, (*&*) omnes Sancti Tecum. a) *Amos 1, 1. Zach. 14, 5.*

6. Fiet verò in die illo; non erit lux; (*ſed*) ſplendores & condenſatio.

7. Eritque dies unus, qui notus erit JEHOVÆ, non dies, nec nox; quia circa tempus (*etiam*) veſperæ erit lux.

8. Fiet autem in die illo; exibunt aquæ vivæ ex Hieroſolyma: pars earum ad mare orientale, & pars earum ad mare poſterius: in æſtate & in hieme erit.

9. JEHOVAH autem erit in Regem ſuper totam terram: in die (*quod*) illo erit JEHOVAH unus, & Nomen ejus unum.

10. Circum erit (*verò*) tota terra, ſicut planities, à Gibea uſque ad Rimmonem, (*verſus*) meridiem Hieroſolymæ: quæ aſſurget & habitabit ſub ſe, inde à porta Benjaminis, uſque ad locum portæ primæ, (*& inde*) uſque ad portam angulorum, & turrim Chananeel, (*& inde*) uſque ad torcularia Regis.

11. Habitabuntque in ea, & anathema non erit amplius: ſed habitabit Hieroſolyma ſecurè.

12. Hæc autem erit plaga, qua percutiet JEHOVAH omnes populos, qui pugnabunt contra Hieroſolymam: contabeſcere carnem cujuſque, ut ipſe ſtet ſuper pedibus ſuis, ſed oculi ejus contabeſcant in foraminibus ſuis, ac lingua ejus contabeſcat in ore eorum.

13. Erit namque in die illo: erit tumultuatio JEHOVÆ magna inter eos, arripientque vir manum ſocii ſui, ſed aſcendet manus ejus ſuper manum ſocii ſui.

14. Sed &, Jehudah, pugnabis contra Hieroſolymam; ita ut colligantur opes omnium gentium circumcirca; aurum, & argentum, & veſtes, multa valdè.

15. Ita etiam habebit ſe plaga equi, muli, cameli, & aſini; & omnis beſtiæ, quæ erit in caſtris illis, juxta (*inquam*) plagam hanc.

16. Deinde fiet: omnis reſiduus ex omnibus gentibus, venientibus contra Hieroſolymam, aſcendent de anno in annum, ad adorandum Regem JEHOVAM Zebaoth, & ad feriandum feſtum tabernaculorum.

17. Quod ſi fuerit, qui non aſcenderit de familiis terræ ad Hieroſolymam ad adorandum Regem JEHOVAM Zebaoth, non ſuper eos erit pluvia.

18. Inprimis ſi familia Ægypti non aſcendet, nec veniet, neque cum illis, erit (*illi*) plaga, qua percutiet JEHOVAH gentes, quæ non aſcendent ad feriandum feſtum tabernaculorum.

19. Hoc erit peccatum Ægypti, & peccatum omnium gentium, quæ non aſcendent ad feriandum feſtum tabernaculorum.

20. In die illo erit ſuper tintinnabulis equorum, ſanctitas JEHOVÆ; eruntque ollæ in domo JEHOVÆ, ſicut crateres coram altari.

21. Imò erit omnis olla in Hieroſolyma & in Jehudah, ſanctitas JEHOVÆ Zebaoth; venientque omnes ſacrificantes, ſumentque de illis, & coquent in illis. nec erit amplius Cenaanæus in domo JEHOVÆ in die illo.

MALACHIÆ.

CAPUT I.

Partes hoc Caput habet duas. I Eſt brevis titulus prophetiæ. v. 1. II. Expoſtulatio ingratitudinis Iudæorum. (1.) Amorem DEI ſingularem non agnoſcentium. à v. 2. (2.) Nomen Jehovæ olim in toto mundo invocandum. v. 11. per inepta ſacrificia profanantium, ex malediſta avaritia. à v. 6.

PRophetia: Verbum JEHOVÆ contra Iſraëlem, per manum Malachi.

2. Amavi vos, dixit JEHOVAH; dicitis verò, in quo amaſti nos? Nonne frater Eſau (*fuit*) Jacobo, a) *Gen. 25, 23. Rom. 9, 13.* dictum JEHOVÆ? [a] Atqui dilexi Jacobum:

3. Eſavum autem odio habui; poſuique montes ejus vaſtitatem, & hereditatem ejus draconibus deſerti.

4. Si (*namq;*) dixerit Edom; depauperati ſumus, ſed reverterumur, & ædificabimus deſolata: ſic dixit JEHOVAH Zebaoth; illi ædificabunt, ſed Ego deſtruam: unde vocabunt eos terminum impietatis, & populum, cui iraſcitur JEHOVAH uſque in æternum.

5. Oculi verò veſtri videbunt, voſque dicetis; magnificetur JEHOVAH de-ſuper termino Iſraëlis.

6. [b] Filius honorabit Patrem, & ſervus dominum ſuum: quod ſi Pater Ego, ubi (*eſt*) honor Meus? & ſi Dominus Ego, ubi timor Mei? dixit JEHOVAH Zebaoth vobis, ô Sacerdotes (*qui*) ſpernentes (*eſtis*) Nomen Meum. Sed dicitis; in quo ſprevimus Nomen Tuum? b) *Exod. 20, 12.*

7. Offerentes (*eſtis*) ſuper altari Meo panem pollutum. ſed dicitis; in quo polluimus Te? Per hoc quod dicitis; Menſa JEHOVÆ contemta eſt.

8. Nam ſi offertis cœcum ad ſacrificandum, non malum (*vobis*) eſt. & quando offertis claudum, aut ægrotum, non malum. Offer (*ergò*) illud, age, duci tuo: num

delectabitur te? aut num accipiet facies tuas? dixit JEHOVAH Zebaoth.

9. Jam itaque deprecamini, agite, facies DEI, ut miſereatur noſtri: (*cum enim*) à manu veſtrâ fiat hoc, num accipiet à vobis facies? dixit JEHOVAH Zebaoth.

10. Quis enim inter vos (*piam?*) claudat potius januas, nec lucem accendatis (*ſuper*) altari Meo fruſtra: non (*enim*) Mihi (*eſt*) complacentia in vobis, dixit JEHOVAH Zebaoth, & Mincham non acceptabo è manibus veſtris.

11. Nam ab ortu ſolis uſque ad occaſum ejus magnum (*erit*) Nomen Meum inter gentes, & in omni loco (*erit*) ſuffitum, allatum Nomini Meo, & Minchah munda: nam magnum (*erit*) Nomen Meum inter gentes, dixit JEHOVAH Zebaoth.

12. Vos autem profanatis id, dum dicitis; Menſa JEHOVÆ polluta eſt, & proventus Ejus contemtior, quam ut comedatur.

13. Sed dicitis; Ecce, quanta fatigatio? Atqui exſufflatis illud; dixit JEHOVAH Zebaoth: dum adducitis raptum, & claudum, & ægrotum; adducitiſque (*ſimilem*) Mincham: num acceptaverim illud è manu veſtrâ? dixit JEHOVAH.

14. Maledictus verò (*eſto*) defraudans; cujus in grege eſt maſculus; (*ille*) autem vovens & ſacrificans (*eſt*) corruptum ADONAIO: quia Rex magnus Ego; dixit JEHOVAH Zebaoth, & Nomen Meum venerabile (*erit*) inter gentes.

CAP. II.

Caput hoc partes habet quatuor. Quarum I. eſt redargutio Sacerdotum ob feſta, doctrinam, ſacrificia, reſpectum perſonarum. à v. 1. II. Ducentium uxores ex alienigenis. v. 11. 12. III. Affligentium uxores innocentes. à v. 13. IV. Blaſphemantium verbis Iehovam. v. ult.

JAm ergò ad vos (*pertinet*) præceptum hoc, ô Sacerdotes.

2. Si non audieritis, aut ſi non poſueritis ſuper cor, ad dandum gloriam Nomini Meo, dixit JEHOVAH Zebaoth: a) *Lev. 14. ſeq. Deuter. 28, 15 ſ.* [a] mittam in vos maledictionem, ut maledicam benedictionibus veſtris; etiamque maledicam huic, eò quod vos non (*ſitis*) ponentes ſuper cor.

3. Ecce, Ego increpabo vobis ſemen, & ſpargam ſtercus ſuper facies veſtras; ſtercus (*nimirum*) feſtorum veſtrorum; & auferet vos ad ſe.

4. Ut cognoſcatis, quod miſerim ad vos præceptum hoc; ut ſit fœdus Meum cum Levi, dixit JEHOVAH Zebaoth.

5. Fœdus Meum fuit cum eo, vitæ (*ſcil.*) & pacis; quæ dedi illi (*eum*) timore, ut timeret Me: ideò propter Nomen Meum timuit ille ſibi.

6. Lex veritatis fuit in ore ejus, & perverſitas non eſt inventa in labiis ejus: in pace & rectitudine ambulavit Mecum, multoſque avertit ab iniquitate.

7. Labia namque [b] Sacerdotis cuſtodire debent ſcientiam, ut legem quærant ex ore ejus; quia Angelus JEHOVÆ Zebaoth ille. b) *Exo. 7, 16.*

8. At vos receſſiſtis à via; impingere feciſtis multos in lege; corruptiſtis fœdus Levi, dixit JEHOVAH Zebaoth.

9. Ideò etiam Ego dedi vos contemtos, & humiles toti populo: eò quod vos non (*eſtis*) cuſtodientes vias Meas, ſed accipitis facies in lege.

10. Annon Pater unus omnibus nobis? nonne DEUS unus creavit nos? quare (*ergò*) perfidè agimus vir contra fratrem ſuum? profanando fœdus patrum noſtrorum.

11. Perfidè egit Jehudah, & abominatio facta eſt in Iſraële, & in Hieroſolyma: nam profanavit Jehudah ſanctitatem JEHOVÆ, quia amavit; & deſponſavit ſibi filiam DEI alieni.

12. Excindet (*ergò*) JEHOVAH viro, qui fecerit iſtud, vigilem & reſpondentem, è tentoriis Jacobi; quique adduxerit Mincham (*inoptam*) JEHOVÆ Zebaoth.

13. Hoc quoque ſecundo facitis, operire (*vos*) lachryma altare JEHOVÆ; fletu & ſuſpirio: ut non (*poſſim*) amplius reſpicere ad Mincham, aut acceptare beneplacitum è manu veſtrâ.

14. Sed dicitis; quare? propterea quòd JEHOVAH teſtificatus eſt inter te, & inter uxorem juventutis tuæ, contra quam tu perfidè egiſti; cum illa (*tamen ſit*) ſocia tua, & uxor fœderis

15. Non

15. Non fecit verò (*hoc*) unus, & reliqui; quibus Spiritus. Quid ergò (*fecit*) unus? quærens (*erat*) ſemen DEI? Quare obſervate vos per ſpiritum veſtrum, ut contra uxorem juventutis tuæ non agat (*quis*) perfidè.

16. Odiens enim (*ſum*) repudium, dixit JEHOVAH DEUS Iſraëlis; & operit violentia veſtem ejus, dixit JEHOVAH Zebaoth: ideò obſervate (*inquam*) vos per ſpiritum veſtrum, nec agite perfidè.

17. Defatigaſtis JEHOVAM per verba veſtra: ſed dicitis; per quid defatigavimus? Per hoc quod dicitis; omnis faciens malum, bonus (*eſt*) in oculis JEHOVÆ, & iſtis ille delectatur: aut, ubi (*eſt*) DEUS judicii?

CAP. III.

Caput hoc Partes habet Quatuor. I. Eſt prophetia Angeli præcurſoris, Joh. Baptiſtæ, & concionis ejus. à v. 1. II. Redargutio Judæorum ab defraudatione decimarum. à v. 7. III. Blaſphemantium Jehovam, quod nihil diſcernat inter bonos & malos. à v. 13. IV. Refutatio eorum per adventum Chriſti, & præcurſoris Eliæ à v. 19.

(VERUMENIMVERÒ) ecce Ego (*ſum*) mittens [a] Angelum Meum, qui parabit viam ante Me, & ſubitò veniet ad templum ſuum Dominus, quem vos quæritis, & Angelus fœderis, quem vos deſideratis: ecce, venit, inquit JEHOVAH Zebaoth. a) *Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 1, 17 7, 27.*

2. Quis verò ſuſtinens (*erit*) diem adventus Ejus? & quis conſiſtet, quum apparuerit? Ille enim (*erit*) ſicut ignis conflatoris, & ſicut ſmegma fullonum.

3. Sedebit itaque conflans & purgans argentum, & purificabit filios Levi, & defecabit eos, ſicut aurum, & ſicut argentum; ut ſint adferentes JEHOVÆ Mincham in juſtitia.

4. Tum ſuavis erit JEHOVÆ Minchah Jehudæ, & Hieroſolymæ; juxta dies ſeculi, juxtaque annos priores.

5. Ideò accedam ad vos in judicium, etoque teſtis feſtinans contra præſtigiatores, & contra aduiteros, & contra jurantes falsò, & contra oppreſſores mercedis mercenarii, viduæ & pupilli, & declinantes peregrinum; nec timent Me, dictum JEHOVÆ Zebaoth.

6. Quia Ego (*ſum*) JEHOVAH, nec mutor: vos autem filii Jacobi, non conſummati eſtis.

7. Inde à diebus patrum veſtrorum receſſiſtis à ſtatutis Meis, nec cuſtodiviſtis: [b] revertimini (*ergò*) ad Me, tum (*Ego*) revertar ad vos, dixit JEHOVAH Zebaoth; ſed dicitis; in quo revertemur? b) *Zach. 1, 3*

8. Num defraudabit homo DEUM, quod vos defraudetis Me? Sed dicitis; in quo defraudavimus Te? (*in*) decimis & Thrumah.

9. Per maledictionem vos (*eſtis*) maledicti; Me tamen vos (*eſtis*) defraudantes, gens tota.

10. Adducite omnes decimas ad domum theſauri, ut ſit cibus in domo Mea; tum probate Me, agite, in hoc, dixit JEHOVAH Zebaoth: annon aperturus ſim vobis feneſtras cœli, & effuſurus vobis benedictionem, quouſque non ſuffecerit?

11. Contra increpabo vobis abſumentem, ut non corrumpat vobis fructum terræ, neque orba erit vobis vitis in agro, dixit JEHOVAH Zebaoth.

12. Prædicabuntque vos beatos omnes gentes: eritis namque vos terra beneplaciti, dixit JEHOVAH Zebaoth.

13. Dura ſunt contra Me verba veſtra, dixit JEHOVAH: ſed dicitis; quid (*ergò*) oblocuti ſumus contra Te?

14. Dixiſtis, vanitas (*eſt*) ſervire DEO, & quid lucri, ſi cuſtodiamus cuſtodiam ejus? & ſi ambulemus atrati coram JEHOVAH Zebaoth?

15. Quare nos beatos prædicamus inſolenter peccantes: (*nam*) etiam ædificantur facientes malitiam; etiam teſtarunt DEUM, & (*tamen*) evaſerunt.

16. Tunc (*illa*) oblocuti ſunt timentes JEHOVÆ, vir ad ſocium ſuum: verum attendit JEHOVAH, audivitque, & ſcribetur liber memoriæ coram Ipſo, propter timentes JEHOVÆ, & recordantes Nominis Ejus.

17. Ut ſint Mihi, dixit JEHOVAH Zebaoth, in diem quem Ego faciens, peculium: parcam enim illis, quemadmodum parcit vir filio ſuo, qui colit ipſum.

18. Tum revertemini & videbitis; (*quid ſit*) inter juſtum & impium, inter ſervientem DEO, & (*eum*) qui non ſervit illi.

19. Ecce, enim, dies (*eſt*) veniens, ardens ſicut clibanus; quo erunt omnes inſolenter peccantes, & omnis operator malitiæ ſtipula, accenderque eos dies veniens, dixit JEHOVAH Zebaoth; qui non relinquet illis radicem aut ramum.

20. Contra [c] exorietur vobis, ô timentes Nominis Mei, Sol juſtitiæ, & ſanitas in alis Ejus, ut creſcatis, ſicut vituli ſaginarii.

21. Tunc conculcabitis impios; erunt enim cinis ſub volis pedum veſtrorum; in die (*nimirum,*) quem Ego (*ero*) faciens, dixit JEHOVAH Zebaoth.

22. Mementote (*ergò*) [d] legis Moſis, ſervi Mei, quam præcepi illi in Choreb pro toto Iſraële; ſtatutorum & judiciorum. d) *Exod. 20, 1.*

23. En! (*tamen*) [e] Ego (*ero*) mittens vobis Eliam Propheram, antequam veniat dies JEHOVÆ magnus & terribilis: ut convertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne veniam, & percutiam terram (*totam*) anathemate. e) *Matt. 17, 10. Marc. 9, 11. Luc. 1, 17*



בב

NOVI TESTAMENTI JESU CHRISTI VERSIO LATINA.

SANCTUM EVANGELIUM juxta MATTHÆUM.

CAPUT I.

Partes habet duas. I. Est Genealogia Christi ab Abrahamo usq; ad Iosephum, sponsum Mariæ Virginis, à v. 1. II. Conceptio & Nativitas Christi ex Maria Virgine per Spiritum Sanctum, Iosepho in somnio revelata & commendata. à v. 18.

Luc. 3, 23. GEnealogia [a] JESU CHRISTI, filii Davidis, filii Abraami (*hæc esto.*)

b) Gen. 21, 2. 2. Abraam [b] genuit Isaacum: Isaac verò [c] genuit Jacobum: Jacob verò [d] genuit Judam, & fratres ejus.

c) Gen. 25, 26. d) Gen. 29, 35.

e) Gen. 38, 29, 30. f) 1. Par. 2, 5. 3. Judas [e] verò genuit Phares & Zaram ex Thamare: Phares verò [f] genuit Esromum: Esromus verò genuit Aramum.

4. Aramus verò genuit Abinadabum: Abinadabus verò genuit Naasson: Naasson verò genuit Salmonem.

5. Salmon verò genuit Boozum ex Rahab: Boozus verò genuit Obedum ex Ruth: Obedus verò genuit Jessæum.

6. Jessæus verò [g] genuit Davidem Regem: David verò Rex [h] genuit Salomonem ex ea (*quæ erat*) Uriæ (*uxor.*)

g) 1. Par. 2, 15. h) 2. Sa. 12, 24.

7. Salomo verò [i] genuit Roboam: Roboamus verò [k] genuit Abiam: Abia verò genuit Asam.

i) 1. Reg. 11, 43. k) 1. Par. 3, 10.

8. Asa verò genuit Josaphatum: Josapha-

saphatus verò genuit Joramum: Joramus verò genuit Oziam.

9. Ozias verò genuit Joathamum: Joathamus verò genuit Achazum: Achazus verò genuit Ezekiam.

10. Ezekias verò genuit Manassen: Manasses verò genuit Amonem: Amon verò genuit Josiam.

l) 1. Par. 3, 15. 11. Josias verò [l] genuit Jechoniam, & fratres ejus sub transmigrationem Babylonis.

12. Post verò transmigrationem Babylonis Jechonias [m] genuit Salathielem: m) 1. Par. 3, 17. Salathiel verò genuit Zorobabelem.

13. Zorobabel verò genuit Abiudem: Abiud verò genuit Eliakimum: Eliakimus verò genuit Azorem.

14. Azor verò genuit Sadokum: Sadokus verò genuit Achimum: Achimus verò genuit Eliudem.

15. Eliud verò genuit Eleazarem: Eleazar verò genuit Matthanem: Matthan verò genuit Jacobum.

16. Jacobus verò genuit Josephum, sponsum Mariæ: ex qua genitus est Jesus, qui dicitur Christus.

17. *(Sic)* ergò omnes generationes ab Abraamo usque ad Davidem *(erunt)* generationes quatuordecim: & a Davide usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim.

18. Jesu Christi autem generatio talis fuit. Desponsata n) enim [n] matre ejus Maria Josepho, antequam illi congrederentur, inventa est in utero habens, ex Spiritu Sancto *(quidem.)* n) Luc. 1, 27. 2, 5.

19. Josephus verò Sponsus ejus quum o) justus esset, & non vellet eam [o] diffamare, voluit *(tamen)* privatim dimittere *(repudio)* eam. o) Nu. 5, 12. seqq

20. Verùm cum ille hæc cogitaret, ecce, Angelus Domini in somnio apparuit illi, dicens; Joseph, fili Davidis, ne timeas accipere Mariam Sponsam tuam: p) Luc. 1, 35. nam [p] quod in ea natum, ex Spiritu est Sancto. q) Luc. 2, 21.

21. Pariet verò filium, & [q] vocabis Nomen Ejus Jesum: Ille enim [r] salvabit populum Suum à peccatis eorum. r) Apoc. 4, 12.

22. Hoc autem omne factum est, ut impleretur id, quod dictum à Domino, per [s] Prophetam dicentem; s) Es. 7, 14.

23. Ecce, Virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt Nomen Ejus Emmanuel, quod est translatum, nobiscum Deus.

24. Expergefactus ergò Josephus à somno, fecit, sicut præcepit illi Angelus Domini, & accepit sponsam suam.

25. At non cognovit eam, usque dum peperit filium suum primogenitum: & vocavit Nomen Ejus Jesum.

CAP. II.

Partes habet quinq. I. Adventus Magorum ex oriente, invitante stella, in Hierosolymam, & cum Herode actio. à v. 1. II. Iter eorum in Bethlehem, & alia eorum: ibi cum Puero JESU. à v. 9. III. Fuga Josephi, moniture Angelo, cum Maria & puero JESU in Ægyptum. à v. 13. IV. Infanticidium Herodu lamentabile, olim à Propheta Ieremia prædictum. a v. 16. V. Reditus Josephi cum Maria & puero JESU ex Ægypto, & habitatio in Nazareth Galilææ. à v. 19.

a) Luc. 2, 6. 7. Cum autem [a] Jesus nasceretur in Bethlehemo Judææ, in diebus Herodis Regis: ecce, Magi ab Orientalibus advenerunt in Hierosolyma.

2. Dicentes; Ubi est natus Rex Judæorum? Vidimus enim Ejus stellam in oriente, & venimus adorare Eum.

3. Audiens verò Herodes Rex perturbatus est, & universa Hierosolyma cum eo:

4. Congregansque omnes Pontifices & Scribas populi, scrutatus est ab iis, ubi Christus nasciturus esset.

b) Mich. 5, 2. Joh. 7, 42. 5. Hi verò dixerunt illi; In Bethlehemo Judææ: ita enim [b] scriptum est per Prophetam.

6. Et tu, Bethlehemum, terra Judæ, nequaquam minima es in ducibus Judæ: ex te enim exibit Dux, qui pascet populum Meum, Israëlem.

7. Tunc Herodes, clàm vocans Magos, accuratè scrutatus est ab iis tempus apparentis stellæ.

8. Et

8. Et dimittens eos in Bethlehemum, dixit; profecti accuratè inquirite de puero. Quando verò inveneritis, annuntiate mihi, ut etiam ego veniens adorem Eum.

9. Illi verò audientes Regem, profecti sunt. Sed, ecce, stella, quam viderunt in oriente, præivit illis, usque dum veniens stetit supra *(locum,)* ubi erat puer.

10. Videntes verò stellam, gavisi sunt gaudium magnum valdè.

11. Venientesque in domum, invenerunt Puerum cum Maria matre Ejus, procidentesque adorarunt Eum, ac aperientes thesauros suos, obtulerunt Illi dona, aurum *(scilicet,)* & thus, & myrrham.

12. At divinitus moniti in somnio, ut non reverterentur ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in regionem suam.

13. Regressis verò illis, ecce, Angelus Domini apparet in somnio Josepho, dicens; Expertectus, assume Puerum; & matrem Ejus, & fuge in Ægyptum, esto que ibi, usque dum dixero, *(ut redeas.)* Quæsiturus enim est Herodes Puerum, occidendi eum causa.

14. Ille verò experrectus assumsit Puerum & matrem Ejus noctu, & concessit in Ægyptum; eratque ibi usque ad mortem Herodis:

d) Nu. 23, 22. Os. 11, 1. 15. Ut impleretur, quod dictum à Propheta, [d] dicente; Ex Ægypto vocavi filium Meum.

16. Tunc Herodes videns, quod elusus esset a magis, succensuit valdè, & emittens sustulit omnes pueros, qui in Bethlehemo, & in omnibus finibus ejus, à bimo & infrà, juxta tempus, quod accuratè scrutatus erat à Magis.

e) Ier. 31, 15. 17. Tunc impletum est, quod dictum à Jeremia Propheta, [e] dicente;

18. Vox in Rama audita est, lamentatio, clamor & ejulatus multus: Rachel *(erat)* deplorans liberos suos, & non volebat consolationem admittere; quia non sunt.

19. Quum autem mortuus esset Herodes, ecce, Angelus Domini in somnio apparet Josepho in Ægypto,

20. Dicens; Experrectus assume Puerum, & matrem Ejus, & proficiscere in terram Israëlis: mortui enim sunt quærentes animam Pueri.

21. Ille verò experrectus assumsit Puerum & matrem Ejus, venitque in terram Israëlis.

22. Audiens autem, quod Archelaus regnaret super Judæam pro Herode patre suo, timuit eò abire. Divinitus monitus autem in somnio, concessit in partes Galilææ.

23. Et veniens habitavit in urbe dicta Nazareth; ut impleretur, quod [f] dictum per Propheras, quod Nazaræus vocandus esset. f) Es. 11, 1.

CAP. III.

Partes habet quinq. I. Est initium Concionis Ioannis Baptistæ, ejusq; descriptio. à v. 1. II. Populi Iudaorum pœnitentia baptizatio. v. 5. 6. III. Phariſæorum hypocritarum redargutio. à v. 9. IV. De Christo Ioannis testimonium. a v. 12. V. Christi per Ioannem Baptismus. a v. 13.

a) Marc. 1, 4. Luc 3, 3. In diebus autem illis [a] progreditur Johannes Baptista, prædicans in deserto Judææ,

2. Et dicens; Pœniteat vos; appropinquavit enim regnum cœlorum.

b) Es. 40, 3. Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. Joh. 1, 23. 3. Hic enim est, qui [b] dictus ab Isaia Propheta, dicente; Vox clamantis *(est)* in deserto: parate viam Domini, rectas facite semitas Ejus.

c) Marc. 1, 6. 4. Ipse verò Joannes [c] habebat indumentum suum ex pilis cameli, & cingulum coriacium circa lumbum suum, alimentum autem ejus erat locustæ & mel agreste.

5. Tunc exivit ad eum Hierosolyma, & universa Judæa, & universa confinis Jordanis.

6. Et baptizati sunt in Jordane ab ipso, confitentes peccata sua.

d) Luc. 3, 7. 7. Videns autem multos Phariſæos & Sadducæos venientes ad baptisma suum, [d] dixit illis; Progenies viperatum, quis demonstravit vobis, fugituros à futura ira?

8. Facite fructus dignos pœnitentiâ.

e) Joh. 8. 33. 39. 9. Et ne præsumite dicere [e] in vobis ipsis; Patrem habemus Abraamum: di-

co enim vobis, quod possit DEUS ex lapidibus hisce excitare liberos Abraamo.

10. En! verò securis ad radicem arborum jacet: [f] omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur, & in ignem conjicitur. f) *Matt. 7, 19.*

11. Ego quidem [g] baptizo vos aqua in pœnitentiam: qui verò post me venturus fortior me est, cujus non sum idoneus calceos portare: Ille vos baptizabit Spiritu Sancto & igne. g) *Marc. 1, 8. Luc. 3, 16. Joh. 1, 26.*

12. Cujus ventilabrum (*est*) in manu ipsius, & perpurgabit aream suam, & colliget triticum suum in horreum; paleam autem comburet igne inextinguibili.

13. Tunc [h] accessit JESUS è Galilæâ ad Jordanem, ad Joannem ut baptizaretur ab eo. h) *Mar. 1, 9. Luc. 3, 21*

14. Sed Joannes prohibuit Eum, dicens; Ego opus habeo a Te baptizari: & Tu venis ad me.

15. Respondens verò JESUS, dixit ad eum; Permitte jam: Sic namque conveniens est nobis implere omnem justitiam DEI. Tunc permisit Ipsi.

16. Baptizatus verò JESUS ascendit statim ex aquâ: & ecce, [i] aperti sunt Ipsi cœli, viditque Spiritum DEI descendentem sicut columbam, & venientem super Ipsum. i) *Matt. 1, 10 11. Luc. 3, 21. 22. Joh. 1, 32. Matth. 17, 5. Luc. 9, 35. 2. Pet. 1, 17.*

17. Et, ecce, vox (*venit*) è cœlo, dicens; Hic est filius Meus dilectus, in quo complacuit Mihi.

CAP. IV.

Partes habet quatuor. In I. est Christus à diabolo tentatus à v. 1. In II. è Judæa ob captivitatem Joannis in Galilæam secedens, & Capernaumi habitans à v. 12. In III. Pœnitentiam prædicans, & quatuor discipulos vocans. à v. 16. In IV. per totam Galilæam circumiens, prædicans & ægrotos sanans. à v. 23.

2) *Mar. 1, 12. Luc. 4, 1* TUnc [a] JESUS deductus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo.

2. Et quum jejunasset dies quadraginta & noctes quadraginta, postea esurivit.

3. Tunc accedens ad Eum tentator dixit; Si Filius es DEI, dic, ut lapides hi panes fiant.

4. Ipse verò respondens dixit; [b] Scriptum est; non è pane solo vivet homo, sed ab omni verbo, egrediente per os DEI. b) *Deut. 8, 3. Luc. 4, 4.*

5. Tunc assumsit Ipsum diabolus in sanctam urbem, & statuit Eum super pinnulam templi:

6. Dixitque Ipsi; Si Filius es DEI, mitte Teipsum deorsum: [c] Scriptum enim est; Angelis Suis præcipiet de te, & super manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. c) *Psal. 91, 11.*

7. Dixit illi JESUS; iterum [d] scriptum est; non tentabis Dominum DEUM tuum. d) *Deut. 6, 16.*

8. Iterùm assumit Ipsum diabolus in montem altum valdè, & monstrat Ipsi omnia regna mundi & gloriam eorum:

9. Dicitque Illi; Hæc omnia Tibi dabo, si procidens adoraveris me.

10. Tunc dicit illi JESUS; Abi, Satana: [e] scriptum enim est; Dominum DEUM tuum adorabis, & Ipsi soli servies. e) *Deut. 6, 13.*

11 Tunc relinquit Ipsum diabolus: at ecce, Angeli accesserunt, & ministrarunt Ipsi.

12. Audiens verò [f] JESUS, quod Joannes traditus esset, concessit in Galilæam. f) *Marc. 1, 14. Luc. 4, 14.*

13. Et relinquens Nazarethum, veniens habitavit in Kapernaum maritimam, in finibus Zabulonis & Nephthalim,

14. Ut impleretur, quod dictum per Esaiam prophetam, [g] dicentem; g) *Esa. 9, 1.*

15. Terra Zabulonis, & terra Nephthalim, ad viam maris, trans Jordanem, Galilæa gentium;

16. Populus sedens in tenebris, vidit lumen magnum, & sedentibus in regione & umbra mortis, lux exorta illis est.

17. Ex hoc incepit JESUS prædicare, & dicere; [h] pœniteat vos: appropinquavit enim regnum cœlorum. h) *Mar. 1, 15.*

18. Ambulans verò JESUS ad mare Galilææ, vidit [i] duos fratres, Simonem dictum Petrum, & Andream fratrem ipsius, jacientes rete in mare. Erant enim piscatores. i) *Marc. 1, 16. 19. Luc. 5, 1. seq.*

19. Et dixit ipsis; Venite post Me, faciamque vos piscatores hominum.

20. Illi

20. Illi verò statim relinquentes retia secuti sunt Ipsum.

21. Progressusque inde, vidit alios duos fratres, Jacobum, qui Zebedæi (*filius,*) & Joannem frattem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reparantes retia sua: & vocavit eos.

22. Hi verò statim relinquentes navem & patrem suum secuti sunt Eum.

23. Circumivitque [k] per totam Galilæam JESUS, docens in Synagogis eorum, prædicansque Evangelium regni, ac sanans omnem morbum, omnemque infirmitatem in populo. k) *Luc. 6, 6.*

24. Acabivit fama Ipsius in universam Syriam: unde attulerunt ad Ipsum omnes malè habentes, variis morbis & cruciatibus detentos, & dæmoniacos, & Lunaticos, & paralyticos: & sanavit eos.

25. Unde secuti sunt Ipsum [l] turbæ multæ è Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Judæa, & (*è terra*) trans Jordanem. l) *Luc. 6, 17.*

CAP. V.

Incipit Concionem Christi in monte: & partes habet quatuor. I. Beatitudines discipulorum Christi. à v. 1. II. Admonitio de officio eorum. à v. 13. III. Justitia melior, quàm Pharisæorum. à v. 17. IV. Expositio Legis (1.) de non occidendo. à v. 21. (2.) de non mœchando. à v. 27. (3.) de repudio. à v. 31. (4.) de non pejerando. à v. 34. (5.) de propria vindicta. à v. 38. (6.) de dilectione inimici. v. 43.

QUum verò videret populos, ascendit in montem (*aliquem,*) & cùm (*ibi*) consedisset Ipse, accesserunt ipsi (*propius*) discipuli.

2. Tum aperuit os Suum, & docuit eos, (*discipulos & populos*) dicens;

3. Beati [a] pauperes spiritu: quia eorum est regnum cœlorum. a) *Luc. 6, 20.*

4. Beati, qui lugent: quia iidem consolationem accipient.

5. Beati mites: quia ipsi hi hereditatem accipient terræ.

6. Beati, qui esuriunt & sitiunt justitiam: hi enim ipsi saturabuntur.

7. Beati misericordes: quia hi ipsi misericordiam accipient.

8. Beati mundi corde quia hi *ipsi* DEUM videbunt.

9. Beati pacifici: quia hi ipsi filii DEI vocabuntur.

10. Beati, qui persecutionem patiuntur, sed propter [b] justitiam: quia horum ipsorum est regnum cœlorum. b) *1. Pet. 3, 14.*

11. Beati estis, cùm [c] probris affecerint vos, & persecuti fuerint dixerintque omne malum verbum contra vos mentientes, propter Me. c) *1. Pet. 4, 14.*

12. Gaudete & exultate, quia merces vestra multa est in cœlis; sic enim [d] persecuti sunt Prophetas, qui ante vos. d) *Heb. 11, 36.*

13. Vos estis Sal terræ: quod si Sal infatuetur, per quid salietur? ad nihil valebit amplius, nisi ut projiciatur foràs, & conculcetur ab hominibus. e) *Marc. 9, 50. Luc. 14, 34.*

14. Vos estis lux mundi. Non potest urbs, quæ in monte exposita, occulta esse.

15. Neque (*homines*) accendunt [f] candelam, & ponunt eam subter modium, sed super candelabrum; tum lucet omnibus, qui in domo sunt. f) *Marc. 4, 21. Luc. 8, 16. 11, 33.*

16. Sic [g] luceto lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. g) *1. Pet. 2, 12.*

17. Nolite (*enim*) putare, quòd venerim, ad solvendum [h] Legem aut Prophetas, (*certè namq;*) non veni ad solvendum, sed ad implendum (*omnia.*) h) *Luc. 16, 17. 24, 44.*

18. Amen enim dico vobis, [i] usque dum prætereat cœlum & terra, Jota unum aut unum corniculum non prætetibit de lege, donec omnia fiant. i) *Luc. 21, 33.*

19. Quare (*dico vobis;*) Quisquis solverit præceptorum horum minimum, & docuerit ita homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui verò faciet & docebit: hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

20. Dico enim vobis, nisi abundaverit justitia vestra supra (*justitiam*) [k] Scribarum & Phatisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. k) *Exod. 20, 13.*

21. Audistis, quod (*jam olim*) veteribus dictum sit; Non occides, quisquis autem occiderit, obnoxius erit judicio.

22. Ego verò dico vobis: quod quisquis iraſcitur fratri ſuo temere, obnoxius erit judicio: quicunque verò dixerit fratri ſuo, Raka, obnoxius erit Synedrio: quicunque autem dixerit (*fratri ſuo.*) ſtulte, obnoxius erit gehennæ ignis.

23. Si ergò obtuleris munus (*ſeu ſacrificium*) tuum ſuper altare, & apud hoc recordatus fueris, quod frater tuus habeat aliquid contra te.

24. Relinque ibi munus coram altari, & abi, (*&*) prius reconciliare fratri, & tunc veniens offer munus tuum.

25. Eſto benevolentiam iniens cum adverſario tuo, dum es in via cum illo: ne quando te tradat adverſarius judici, & judex tradat te miniſtro, & in carcerem conjiciaris.

26. Amen (*namq;*) dico tibi: Non exibis donec perſolveris ultimum dodrantem.

27. Audiſtis, quod (*jam olim*) veteribus l) *Ex d.* dictum ſit: Non mœcheris. *20,14.*

28. Ego verò dico vobis, quòd ſi quis aſpexerit mulierem alienam (*maritatæ,*) ita ut concupiſcat eam, jam adulterium cum illa commiſerit in corde ſuo.

m) *Mat.* 29. Si verò oculus tuus dexter [m] ſcan- *18, 8.* dalizarit te, crue illum, & abjice abs te. *Marc. 9,* Melius namque erit tibi, ut unum mem- *47.* brorum tuorum pereat, & non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam.

30. Et ſi dextera tua ſcandalizaverit te, amputa illam, & abjice abs te. Melius enim erit tibi, ut unum membrorum tuorum pereat, & non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam.

n) *Deut.* 31. Dictum verò eſt, [n] quod quiſquis *24,1.* *Matth.* dimiſerit uxorem ſuam, det illi libellum re- *19,7.* pudii.

Marc. 32. At ego vobis dico, quod quiſquis *10, 4.* dimiſerit uxorem ſuam, extra cauſam ſcor- *Luc. 16,* tationis, faciat eam mœchari, & quiſquis *18.* repudiatam duxerit, mœchetur.

o) *Exod.* 33. Iterum audiſtis, quod [o] dictum *20, 7.* ſit: Non pejerabis: ſolves verò Domino *Lev. 19.* (DEO *tuo*) juramenta tua. *12.*

Deut. 5, 34. Ego verò vobis dico; Non jura- *11.* bis omninò, neque per cœlum: Quia thronus DEI eſt.

35. Neque per terram, quia ſcabellum pedum Ejus eſt; neque per Hieroſolymam, quia urbs eſt magni Regis (*DEI.*)

36. Neque jurabis per caput tuum: quia non potes unum pilum album aut nigrum facere.

37. Eſto verò [p] ſermo veſter, næ næ, p) *Iac. 5,* non non: Quod ultra hæc eſt, ex malo *12.* eſt.

38. Audiſtis, quod [q] dictum ſit: q) *Exod.* Oculum pro oculo, & dentem pro den- *21,24.* te. *Lev. 24,* *20.*

39. Ego verò dico vobis; Non reſiſtendum eſſe (*privata vindicta*) malo: ſed quicunque tibi impegerit alapam in dexteram tuam maxillam, obverte illi etiam alteram.

40. Et ſi [r] quis te velit in jus trahere, r) *Luc.* & tunicam tuam auferre, permitte illi *6, 28.* etiam pallium. *Rom. 12,* *17.*

41. Quiſquis adegerit te ad milliarium *1. Cor. 6,* unum, abito cum illo duo. *7.*

42. Omni à te petenti, dato: & cupientem mutuum accipere à te, ne averſetis.

43. Audiſtis, quod [s] dictum ſit: Di- s) *Levit.* liges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. *19, 18.*

44. Ego verò dico vobis; [t] Diligite t) *Act.* inimicos veſtros, benedicite maledicentibus vobis; benefacite odio vos habentibus, & orate pro læ dentibus & perſequentibus vos. *7, 60.* *Luc. 23,* *34.*

45. Ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cœlis: Quia ſolem Suum exoriri facit ſuper malos, & bonos: & pluviam mittit ſuper juſtos & injuſtos.

46. Nam ſi dilexeritis diligentes vos, quod præmium habetis?

47. Et ſi ſalutatis fratres veſtros tantùm, quid abundantius facitis? nonne etiam publicani ſic faciunt?

48. Eritis itaque vos perfecti: quemadmodum Pater veſter, qui in cœlis eſt, perfectus eſt.

CAP. VI.

Partes habet quatuor. Quarum I. eſt de Eleemoſyna vera, & hypocriticis, à v. 1. II. De precibus pii & hypocritici, à v. 5. III. De jejunio verò & hypocritico, à v. 16. IV. De corde theſaurorum cæleſtium, non terrenorum, cibi, veſtium &c. ſolicito, à v. 19.

Atten-

ATtendite ad eleemoſynam veſtram, ne faciatis coram hominibus, ut videamini ab his, nam alioqui præmium non habetis apud patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

2. Quando itaque feceris eleemoſynam, ne tuba canas ante te, quemadmodum hypocritæ faciunt, in Synagogis & in vicis, ut glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis; habent mercedem ſuam.

3. Tu verò, quando jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.

18. Ne appareas hominibus jejunare; ſed Patri tuo (*cæleſti*) in occulto: & (*tum*) Pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi in manifeſto.

19. Ne [c] reponite vobis theſauros in c) *Luc.* terrâ, ubi ærugo & tinea corrumpit, & ubi *18,33.* fures perfodiunt, ac furantur.

20. Recondite autem vobis theſauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea corrumpit, & ubi fures non perfodiunt, neque furantur.

21. Nam ubi fuerit theſaurus veſter, illic etiam cor veſtrum.

22. Lucerna corporis eſt [d] oculus: d) *Luc.* Si itaque oculus tuus ſimplex eſt; totum *11,34.* corpus tuum lucidum erit.

23. Quod ſi oculus tuus malus fuerit, totum corpus obtenebratum erit, ſi ergò lumen, quod in te eſt, tenebræ eſt, tenebræ quantæ (*erunt?*)

24. Nemo [e] poteſt duobus dominis e) *Luc.* ſervire. Nam aut unum odio habebit, & *16,13* alterum diliget, aut uni adhærebit, & alterum negliget. (*Sic*) non poteſtis DEO ſervire, & Mammonæ.

25. Propterea dico vobis; ne [f] ſoli- f) *Pſal.* citi ſitis animæ (*ſeu vitæ*) veſtræ quid eſu- *55,23.* ri ſitis, aut bibituri: neque corpori veſtro, *Luc. 12,* quid indituri. Nonne anima plus eſt *22.* alimento, & corpus indumento? *1. Pet. 5,* *7.*

26. Inſpicite volatilia cœli: nam non ſerunt, neque metunt, neque convehunt in horrea: tamen Pater veſter cœleſtis alit illa. Nonne vos magis præcellitis illa?

27. Quis ex vobis, licet ſolicitus fuerit, poteſt addere ad ſtaturam ulnam unam?

28. Ac quid de indumentis ſoliciti eſtis? conſiderate lilia agri, quomodo creſcant; non laborant, neque nent.

15. Quando verò hominibus errata ipſorum non remiſeritis, neque Pater veſter remittet errata veſtra.

16. Quando verò (*porrò*) jejunaveritis, ne ſitis ſicut hypocritæ: obſcurant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunare. Amen dico vobis; habent mercedem ſuam.

17. Tu verò, quando jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.

18. Ne appareas hominibus jejunare; ſed Patri tuo (*cæleſti*) in occulto: & (*tum*) Pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi in manifeſto.

19. Ne [c] reponite vobis theſauros in c) *Luc.* terrâ, ubi ærugo & tinea corrumpit, & ubi *18,33.* fures perfodiunt, ac furantur.

20. Recondite autem vobis theſauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea corrumpit, & ubi fures non perfodiunt, neque furantur.

21. Nam ubi fuerit theſaurus veſter, illic etiam cor veſtrum.

22. Lucerna corporis eſt [d] oculus: d) *Luc.* Si itaque oculus tuus ſimplex eſt; totum *11,34.* corpus tuum lucidum erit.

23. Quod ſi oculus tuus malus fuerit, totum corpus obtenebratum erit, ſi ergò lumen, quod in te eſt, tenebræ eſt, tenebræ quantæ (*erunt?*)

24. Nemo [e] poteſt duobus dominis e) *Luc.* ſervire. Nam aut unum odio habebit, & *16,13* alterum diliget, aut uni adhærebit, & alterum negliget. (*Sic*) non poteſtis DEO ſervire, & Mammonæ.

25. Propterea dico vobis; ne [f] ſoli- f) *Pſal.* citi ſitis animæ (*ſeu vitæ*) veſtræ quid eſu- *55,23.* ri ſitis, aut bibituri: neque corpori veſtro, *Luc. 12,* quid indituri. Nonne anima plus eſt *22.* alimento, & corpus indumento? *1. Pet. 5,* *7.*

26. Inſpicite volatilia cœli: nam non ſerunt, neque metunt, neque convehunt in horrea: tamen Pater veſter cœleſtis alit illa. Nonne vos magis præcellitis illa?

27. Quis ex vobis, licet ſolicitus fuerit, poteſt addere ad ſtaturam ulnam unam?

28. Ac quid de indumentis ſoliciti eſtis? conſiderate lilia agri, quomodo creſcant; non laborant, neque nent.

29. Dico

g) *Luc.* 11, 2. 9. Sic ergò orate vos, [a] Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur Nomen Tuum:

10. Veniat regnum Tuum: fiat voluntas Tua, ſicut in cœlo, etiam in terra:

11. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodiè;

12. Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris:

13. Et ne inducas nos in tentationem; ſed libera nos à malo: quia Tuum eſt regnum & potentia & gloria in ſecula, Amen.

b) *Mar.* 14. Si enim [b] remittitis hominibus *11,25.* errata ipſorum, remittet etiam vobis Pater veſter cœleſtis;

29. Dico verò vobis, neque Salomonem quidem in omni gloria suâ indutum fuisse, sicut unum ex his?

30. Si verò gramen agri, quod hodiè stat, & cras in clibanum conjicitur, DEUS sic vestit: nonne multò magis vos? O parùm credentes.

31. Ne igitur sitis soliciti, ita ut dicatis, quid edemus, aut quid bibemus, aut quo circumtegemur?

32. Nam ista omnia gentes exquirunt. Nonne enim pater vester cœlestis novit, quod opus habeatis his omnibus?

33. Quærite verò primò regnum cœlorum, ejusque justitiam: tum hæc omnia adjicientur vobis.

34. Ne sitis igitur soliciti in crastinum. Nam crastinus dies curabit ea, quæ ipsius sunt. Sufficit suæ diei afflictio.

CAP. VII.

Continuat hoc quoq; Caput Concionem Christi. Partes habet tres. Quarum I. tradit aliquot Regulas vitæ (1.) de non temerè judicando. à v.1. (2.) de sancto non dando canibus. v.6.7. (3.) de precibus in petitionibus à DEO. à v.7. (4.) de faciendis proximo. v.12. (5.) de ingrediendo per portam angustam. v.13.14. II. Præceptum de vitandis falsis prophetis. à v.15. III. Conclusio Concionis. à v.24.

NE judicate: ne condemnemini:

f) Marc. 4,24. Luc. 6,37 Rom. 2,1

1. Nam [a] quo judicio judicâbitis, judicabimini: & qua mensura mensuratis, remensurabitur vobis.

3. Cur enim cernis festucam, quæ in oculo fratris tui (*est*) eam verò, quæ in oculo tuo (*est*), trabem non intelligis?

4. Aut quomodo dices fratri tuo; Sine, ejiciam festucam ex oculo tuo, cum tamen trabs sit in oculo tuo?

5. Hypocrita ejice prius trabem ex oculo tuo, & tum circumspicies ejicere festucam ex oculo fratris tui.

6. Ne detis, quod sanctum est canibus: projicite margaritas vestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis: & versi lacerent vos.

+ Mar. 11,24. Luc. 11,9

7. Petite, [b] & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

8. Quisquis enim petens (*est*,) accipit, & quærens invenit, & pulsanti aperietur.

9. Aut quis est vestrum homo, qui si filius ejus petierit (*ab eo*) panem, num lapidem dabit illi?

10. Et si piscem, num serpentem porriget illi?

11. Si igitur vos, qui (*tamen*) mali, nostis bona dare dona filiis vestris; quanto magis pater vester, qui in cœlis, dabit bona petentibus Eum.

12. Omnia itaque [c] quæcunque volueritis ut faciant vobis homines, sic & vos facite illis. Hæc enim est Lex & Prophetæ.

c) Luc. 6,31.

13. Intrate per [d] angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via, quæ abducit ad interitum, & multi sunt, qui intrant per eam.

d) Luc. 13,24.

14. Quia angusta & stricta via, quæ abducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam!

15. Cavete verò vobis à Pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in indumentis ovium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

16. A fructibus eorum cognoscetis eos: [e] numquid colligunt de spinis uvam, aut de tribulis ficus?

e) Luc. 6,43.44.

17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: putris autem arbor fructus malos facit.

18. Non potest arbor bona fructus malos facere: neque arbor putris fructus bonos facere.

19. Omnis [f] arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem conjicitur.

f) Matt. 3,10.

20. Quare ex fructibus eorum cognoscetis eos.

21. Non omnis, dicens Mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed [g] faciens voluntatem Patris Mei, qui in cœlis est.

g) Rom. 2,13. Jac. 1,22

22. Multi [h] dicent Mihi in illa die; Domine, Domine, nonne [i] per Nomen Tuum prophetavimus, & per Nomen Tuum dæmonia ejecimus, & in Nomine Tuo virtutes multas fecimus?

h) Luc. 6,46. i) Luc. 13,26.27

23. Sed tum confitebor iis; Non novi vos [k] discedite à Me operantes iniquitatem.

k) Pf. 6,9

24 Omnis igitur, qui audit Mea verba hæc, & facit ea; comparabo eum viro prudenti, qui ædificavit domum suam supra petram.

25. Et descendit imber, venerunt que flumina, ac flarunt venti, irrueruntque in domum illam: tamen non cecidit; fundata enim erat super petra.

26. At omnis, audiens verba mea, sed non faciens ea, comparabitur viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam.

27. Et descendit imber, venerunt que flumina, ac flaverunt venti, impegeruntque in domum illam, & cecidit, & erat casus ejus magnus:

28. Cæterùm factum est, quando absolvit JESUS verba Sua, [l] obstupuerunt turbæ super doctrina Ejus.

l) Marc. 1, 22. Luc. 4, 32. Joh. 7, 46.

29. Erat enim docens illas, tanquam potestatem habens: non autem sicut Scribæ.

CAP. VIII.

Partes habet quinq;. I. Est Sanatio Leprosi alicujus. à v.1. II. Sanatio servi Centurionis. à v.5. III. Sanatio socrus Petri, & aliorum infirmorum à v.14. IV. Iter Christi trans mare, ejusq; accidentia cum hominibus sequi volentibus, & vento in mari tempestuoso. a v.18. V. Acta cum dæmoniacis & Gadarenis. à v.28.

DEscendentem autem Ipsum de monte secutæ sunt turbæ multæ.

a) Marc. 1,40. Luc. 5,12

2. Et ecce [a] leprosus (*aliquis*) veniens, adoravit Eum dicens; Domine, si voluerit, potes me mundare:

3. Quare extendens manum, attigit eum JESUS, dicens; volo, mundatus esto. Statimque mundata est ipsius lepra.

4. Tum dixit illi JESUS; Vide, nemini dixeris, sed vade, teipsum ostende Sacerdoti, & offer donum, quod præcepit [b] Moses, in testimonium ipsis.

b) Lev. 14,4.

5. Quum verò intraret JESUS in Capernaum, accessit ad Illum [c] Centurio (*quidam*) rogans Illum, & dicens:

c) Luc. 7,1.

6. Domine, servus meus jacet in domo (*mea*) paralyticus, graviter discruciatus:

7. Tum dixit ei JESUS, Ego veniens anabo eum.

8. Sed respondens Centurio dixit, Domine, non sum idoneus, ut sub tectum meum subeas, sed tantum dic verbum, & sanabitur servus meus.

9. Nam & ego homo sum sub potestate, habens sub me ipso milites. Et (*nihilominus*) quando huic dico, Abi, abit; & alii, veni, tum venit: & servo meo (*proprio*,) fac hoc, tum facit.

10. Audiens verò JESUS admiratus est, & dixit sequentibus Se; Amen, dico vobis, Neque in Israël tantam fidem inveni.

11. Dico verò vobis, quod multi ab oriente usque & occidente venient, & accumbent cum Abrahamo, & Isaaco, & Jacobo in regno Cœlorum.

12. Filii verò regni ejicientur in tenebras exteriores. Ibi erit (*illis*) fletus & stridor dentium.

13. Tunc dixit JESUS Centurioni, Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ejus in hora illa.

14. Et veniens [d] JESUS in domum Petri, vidit socrum ejus jacentem, & febri afflictam.

d) Marc. 1, 29. Luc. 4, 38.

15. Sed tetigit manum illius, reliquitque eam febris, ut surrexerit, & ministraverit illis.

16. Facta autem vespera [e] attulerunt ipsi dæmonibus obsessos multos: & ejecit spiritus verbo, & omnes malè habentes (*reliquos allatos*) sanavit.

e) Marc. 1, 32. Luc. 4, 40.

17. Ut impleretur, quod dictum, per Esaiam Prophetam, dicentem; [f] ipse infirmitates nostras suscepit, & morbos portavit.

f) Esa. 53,4.

18. Videns autem JESUS multas turbas circa Se, jussit abire in traus (*mare loca.*)

19. Tum accedens [g] aliquis Scriba, dixit Illi; Magister, sequar Te, quocunque abieris.

g) Luc. 9,57.

20. Sed dixit ipsi JESUS; vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos, Filius verò hominis non habet, ubi caput inclinet.

21. Alius verò discipulorum Ejus dixit Ei; Domine, permitte mihi priùs abire, & sepelire patrem meum.

22. Sed

pro tempore vastati fidei circa adventum Dei Messiae

pro fide quae tunc nullibi morari potuit

22. Sed JESUS dixit ipsi; Sequere Me, & sine mortuos sepelire mortuos suos.

h) Mar. 4, 36. Luc. 8, 22. 23. Cæterum [h] conscendente Eo in navem, secuti Eum sunt discipuli Ipsius.

24. Sed, ecce, motus magnus factus est in mari; ita ut navis contegeretur à fluctibus. Ipse autem dormiebat.

25. Accedentes itaque discipuli Ejus expergefecerunt Eum, dicentes; Domine, serva nos, perimus.

26. Dixit verò illis; quare timidi estis, exiguæ fidei homines? Tunc etexit Se, & reprehendit ventum & mare: & facta est tranquillitas magna.

27. Ipsi verò homines admirati sunt, dicentes; Quantus hic est? quia etiam venti & mare obediunt Ipsi.

i) Marc. 5, 1. Luc. 8, 27. 28. Deinde veniente Ipso in (*locum*) trans (*mare,*) in regionem Gergesenorum, occurrerunt Ipsi duo à dæmoniis obsessi, ex sepulcris egressi, atroces valdè, ita ut non posset quisquam transire per viam istam (*ab ipsis illaqus.*)

29. Qui, ecce, clamarunt, dicentes; Quid nobis & Tibi JESU, Fili DEI? Venisti huc, ante tempus affligere nos.

30. Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascens.

31. Dæmones ergò rogarunt Ipsum, dicentes; si ejicis nos, permitte nobis abire in gregem (*hunc*) porcorum.

32. Tum dixit eis; Abite. Illi verò egressi abiverunt in gregem porcorum: cum, ecce, proripuit se totus grex porcorum per litus in mare, & mortui sunt in aquis.

33. Pascentes verò fugerunt, & abeuntes in urbem, annuntiarunt omnia, inprimis ea, quæ ad à dæmonibus obsessos (*spectabant.*)

34. Tumque, ecce, tota urbs exivit in occursum JESU: sit videntes Eum, rogarunt, ut transiret à terminis eorum.

CAP. IX.

Partes habet sex. I. Est sanatio hominis paralytici. à v. 1. II. Vocatio & convivium Matthæi. à v. 9. III. Quæstio discipulorum Joannis de jejunio à v. 14. IV. Excitatio mortuæ filiæ Iairi, & mulieris profluvium patientis sanatio. à v. 18. V. Sanatio duorum cæcorum à v. 27. & dæmoniaci. à v. 32. VI. Christus circumiens & docens regnum DEI. à v. 35.

TAque ingressus in navem, transfretavit, & venit in propriam urbem (*Capernaum*)

a) Marc. 2, 1. sq. Luc 5, 18. 2. Cum, ecce, [a] attulerunt Ipsi Paralyticum (*aliquem*) super lecto jacentem. Videns ergò JESUS fidem eorum, dixit paralytico; Confide fili, remissa sunt tibi peccata tua.

3. Ecce verò, quidam Pharisæorum dixerunt intra seipsos; Hic blasphemat.

4. Videns verò JESUS cogitationes eorum dixit; Quamobrem vos cogitatis mala in cordibus vestris.

5. Quid enim est facilius dicere, remissa sunt tibi peccata; an dicere, surge, & ambula?

6. Ut sciatis verò, quod potestatem habeat Filius hominis super terra remittere peccata, (tunc dixit paralytico:) Surgens tolle lectum tuum, & abi in domum tuam.

7. Et certè surgens abivit in domum suam.

8. Videntes verò turbæ admiratæ sunt, & glorificarunt DEUM, qui dedisset potestatem talem hominibus.

b) Mar. 2, 14. Luc. 5, 27. 9. Posteà [b] præteriens JESUS inde, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum dictum: Et dixit illi; sequere Me: Qui surgens secutus est Ipsum:

10. Et factum est, cum accumberet Ipse (*JESUS*) in domo; tum ecce, multi publicani & peccatores venientes, unà accubuerunt (*cum*) JESU, & discipulis Ejus:

11. Quod videntes Pharisæi, dixerunt discipulis Ejus; quare cum publicanis & peccatoribus comedit Magister vester?

12. JESUS verò audiens dixit illis; Non opus habent validi medico, sed malè habentes.

c) Os. 6, 6 Matth. 12, 7. 13. Abite verò (*potiùs*) & discite, quid sit: [c] Misericordiam volo, & non sacrificium: Non enim [d] veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.

d) Matt. 18, 11. 1. Tim 1, 15. 14. Tunc [e] accesserunt Illi (*etiam*) discipuli Joannis, dicentes; Quare nos & Pharisæi jejunamus plurimùm, discipuli verò tui non jejunant?

e) Mar. 2, 18. Luc. 5, 33 15. Sed dixit illis JESUS; Num possunt filii nuptiarum lugere, quamdiu cum ipsis est

est sponsus? venient verò dies (*post breve tempus,*) quando auferetur ab eis sponsus, tuncque jejunabunt:

16. Nemo verò assuit assumentum panni rudis super indumentum vetustum. Tollit namque supplementum de indumento, & pejor ruptura fit:

17. Neque mittunt vinum novum in utres veteres: si verò minus, rumpuntur utres: & vinum effunditur, utres autem pereunt. Sed mittunt vinum novum in utres novos: & (*sic*) utraque conservantur unà.

18. Hæc illo (*JESU*) loquente ad eos, ecce princeps veniens adoravit Eum, dicens;

19. Quia filia mea jam modò mortua est: sed veniens impone manum Tuam super illam; tum vivet. Surgens ergò JESUS secutus est eum, & discipuli Illius.

20. Sed ecce mulier profluvio sanguinis laborans duodecim annis, accedens retrò attigit fimbriam indumenti Ipsius.

21. Dixit enim in seipsa; si modò tetigero indumentum Ipsius, sanabor.

22. JESUS verò conversus, illamque videns dixit; Confide filia; fides tua te salvam fecit. Et salvata est, ab hora illa.

23. Posteà veniens JESUS in domum principis, vidensque auletas & populum tumultuantem,

24. Dicit illis; discedite hinc. Non enim mortua est puella, sed dormit. Verùm irriserunt Eum.

25. Quum verò ejecta esset turba; ingressus apprehendit manum ejus: tum surrexit puella.

26. Et exivit fama hæc in totam terram istam.

27. Portò prætereunte illinc JESU, secuti sunt Ipsum duo cæci, clamantes & dicentes; Miserere nostri, Fili Davidis.

28. Venientem verò in domum, accesserunt cæci; quibus JESUS dicit; creditisne, quod possim hoc facere? dicunt Illi; Næ, Domine.

29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens; Juxta fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt eorum oculi.

30. Et interminatus (*quidem serio*) est illis JESUS, dicens; Videte, (*ut*) quisquam non cognoscat:

31. Sed exeuntes, divulgarunt Ipsum in totâ terra ista.

f) Luc 11, 14. 32. Illis verò egredientibus, [f] ecce attulerunt hominem mutum à dæmone obsessum:

33. Sed ejecto dæmone locutus est mutus (*rectè,*) admiratæque sunt turbæ, dicentes; omninò nunquam apparuit sic in Israële.

g) Matth. 12, 24. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. 34. Pharisæi autem dicebant; [g] Per principem dæmoniorum ejicit dæmonia:

35. Deinde circumivit JESUS per omnes urbes & vicos, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni (*DEI,*) & sanans omnem morbum & omnem languorem in populo.

h) Marc. 6, 34. 36. Quum autem [h] videret turbas, mota sunt viscera Ipsius super iis: erant enim dissolutæ & disjectæ, sicut oves, non habentes pastorem.

i) Luc. 10, 2. 37. Tunc [i] dixit discipulis Suis: messis (*hic*) multa; operarii autem pauci sunt.

38. Rogate itaque Dominum messis, ut emittat operarios in messem Suam.

CAP. X.

Partes habet tres. In I. Christus duodecim eligit Apostolos, & mox instructos in omnem ladeam ad prædicandum emittit à v. 1. In II. quæ posteà etiam illis in officio eventura prædicit, à v. 16. In III. ad fidelitatem & constantiam multis rationibus & promissionibus hortatur. à v. 26.

a) Marc. 3, 13. Luc. 9, 1. POsteà [a] accersens duodecim discipulos suos, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut expellerent eos, & sanarent omnem morbum, & omnem languorem.

2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: primus (*erat*) Simon, dictus Petrus, & Andreas frater ejus;

3. Jacobus Zebedæi (*filius,*) & Joannes frater ejus, Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus Publicanus, Jacobus Alphæi (*filius*) & Lebbæus, cognominatus Thaddæus.

4. Simon, Kananica (*patriâ*,) & Judas Iscariotes, qui etiam prodidit Ipsum (*JESUM.*)

5. Hos duodecim emisit JESUS, mandans illis, dicens; In viam gentium, non abitote, & in urbem Samaritanorum (*ullam*) ne ingredimini.

b) *Act.* 13,46. 6. Abite verò potius (*jam*) ad oves perditas domus Israëlis.

7. Euntes verò prædicate dicentes; Omninò appropinquavit regnum cœlorum.

8. Infirmos sanate, leprosos mundate, mortuos resuscitate, dæmonia ejicite. Gratis accepistis, gratis date.

c) *Marc.* 6, 8. *Luc.* 9, 3. 22, 35. 9. Attamen ne [c] possideatis aurum, neque argentum, neque æs (*pecuniarium*) in zonis vestris:

10. Non (*etiam*) peram in viam (*assumite*) neque binas tunicas, neque calceos, neque baculos. [d] Dignus namque operarius cibo suo est.

d) *Luc.* 10, 7. 1. *Tim.* 5, 18.

e) *Luc.* 10, 8. 11. In quamcunque autem [e] urbem aut vicum ingressi fueritis, exquirite, qui in eâ sit dignus, & ibi manete, donec egrediamini.

12. Ingredientes autem in domum (*aliquam,*) salutate eam.

13. Tum si fuerit domus digna, veniat pax vestra super eam. Si verò non erit digna, pax (*ista*) vestra ad vos revertatur.

f) *Matt.* 6, 11. *Luc.* 9, 5. 14. (*Quare*) etiam [f] quisquis non exceperit vos neque audiverit verba vestra, egredientes è domo aut urbe ista, excutite pulvetem pedum vestrorum.

g) *Act.* 13, 51. 18, 6. 15. [g] Amen dico vobis; tolerabilius erit terræ Sodomæ & Gomorrhæ in die judicii, quàm urbi illi.

h) *Luc.* 10, 3. 16. Ecce ego [h] mitto vos sicut oves in medium luporum. Estote ergò prudentes, sicut serpentes: & simplices sicut columbæ. *Luc. XVI. 8.*

17. Cavete verò ab hominibus (*quibusdam:*) namque tradent vos in Synedria & in Synagogis suis flagellabunt vos.

18. A (*quibusdam*) verò etiam ad duces & Reges ducemini propter Me in testimonium illis & omnibus gentibus.

i) *Matt.* 13, 11. *Luc.* 12, 11. 19. Quandocunque verò [i] tradiderint vos; ne soliciti estote, quomodo & quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loqui debeatis.

20. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus patris Mei (*est*) qui loquitur in vobis;

21. Tradet verò (*etiam*) frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent liberi contra parentes, & morti dabunt eos:

22. Atque adeo eritis odio habiti à quibuscunque propter Nomen Meum: quisquis verò perseveraverit in finem, hic servabitur.

23. Veruntamen quando vos persequentur in urbe hac, fugite in aliam; Amen namque dico vobis; non consummabitis urbes Israëlis, usque dum venerit Filius hominis.

k) *Luc.* 6, 39. *Joh.* 13, 16. 15, 20. 24. Non est [k] discipulus supra magistrum: neque servus supra dominum suum.

25. (*Unde*) sufficiens (*est*) discipulo, ut sit sicut Magister suus, & (*ut sit*) servus sicut dominus suus: Unde si Patremfamilias [l] Beelzebul vocarunt: quantò magis domesticos ejus?

l) *Matt.* 12, 24. m) *Mar.* 4, 22. *Luc.* 8, 17. 12, 2. 26. Ne ergò timeatis eos: [m] Nihil enim est occultum, quod non revelabitur (*à vobis:*) & nihil absconditum, quod non cognoscetur.

27. (*Quare*) quod dico vobis in tenebris dicite in luce: & quod in aurem auditis, prædicate super domibus.

n) *Luc.* 12, 4. 28. Quin etiam [n] ne timete vobis ab iis, qui occidere corpus possunt; animam verò occidere non possunt: Timete verò potiùs Eum, qui potest & corpus & animam perdere in gehennâ:

29. Nonne duo passeres assario venduntur, & unus ex illis non cadet super terram.

o) *2. Sam.* 14, 11. 30. Vestri verò etiam [o] pili capitis omnes numerati sunt.

31. Ne ergò timete vobis, multis passeribus meliores estis.

p) *Mar.* 8, 38. *Luc.* 9, 26. 12, 8. 32. Omnis igitur qui confitebitur [p] Me coram hominibus, confitebor etiam Ego eum coram Patre Meo, qui in cœlis est;

2. *Tim.* 2, 12. 33. Quisquis verò abnegaverit Me coram hominibus; abnegabo eum etiam Ego coram Patre Meo, qui in cœlis est;

34. Ne

q) *Luc.* 12, 51. 34. Ne igitur existimate, quod [q] venerim ad emittendum pacem super terram: non veni emittere pacem, sed gladium.

r) *Mich.* 7, 6. 35. Veni enim: ad dissidendum [r] hominem contra patrem ipsius, & filiam contra matrem ipsius: & nurum contra socrum ipsius:

36. Et hostes hominis erunt domestici ipsius.

s) *Luc.* 14, 26. 17, 33. *Joh.* 12, 25. 37. Quisquis [s] amat patrem aut matrem supra Me, non est Me dignus: & quisquis amat filium aut filiam supra Me, non est dignus Me

t) *Matt.* 16, 24. *Luc.* 14, 27. 38. Et quisquis non [t] suscipit crucem suam, & sequitur post Me, non est Me dignus.

39. Quisquis (*enim*) vult invenire animam suam, perdet eam: & quisquis perdiderit animam suam propter Me, inveniet eam.

u) *Luc.* 10, 16. *Joh.* 13, 20. 40. Quisquis [u] susceperit vos, Me susceperit: qui autem Me susceperit, susceperit eum, qui misit Me.

41. Quisquis Prophetam susceperit in nomen Prophetæ: mercedem Prophetæ accipiet. Et quisquis susceperit justum in nomen justi, mercedem justi accipiet.

x) *Mar.* 9, 41. 42. Imò [x] quisquis potaverit unum parvorum horum potu frigidæ tantum, in nomen discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

CAP. XI.

Partes habet quatuor. I. est Legatio Joannis explivi ad Christum, ejusdemq; à Christo ejusmodi, à v. 1. II. Christi de generatione Judæorum, inprimis Phariseorum querela. a v. 6. III. Civitatis, Chorazin. Bethzaidæ, & Kapernaum reprehensio à Christo. a v. 20. IV Christi gratiarum actio pro suis fidelibus omnium q; ad Se invitatio. a v. 25

FActum verò est, cùm absolvisset JESUS præcipiens duodecim discipulis Suis, transivit inde ad docendum & prædicandum in civitatibus eorum (*Judæorum scil.*)

a) *Luc.* 7, 19. 2. Joannes [a] autem audiens in carcere opera CHRISTI,

3. Misit duos discipulorum suorum, dixitque Illi (*per istos:*) Tunc es (*ille*) venturus, an alium expectemus?

4. Et respondens JESUS dixit illis; Abeuntes annuntiate Joanni, quæ auditis & videtis:

b) *Esai* 35, 5. 5. Cœci [b] vident, & claudi ambulant, leprosi mundantur, & surdi audiunt, mortui resurgunt, & [c] pauperes audiunt Evangelium.

c) *Esa.* 61, 1. 6. Beatus verò est, qui non scandalizatus fuerit in Me.

7. Illis autem abeuntibus, cœpit JESUS dicere populis de Joanne; Quid exististis in desertum (*ad Joannem*) videre? Arundinem à vento agitatam? (*Non certè.*)

8. Quid verò exististis videre? hominemne mollibus indumentis indutum? ecce, qui mollia (*vestimenta*) gerunt, in domibus Regum sunt.

9. Quid verò exististis videre; Prophetamne? Næ, dico vobis, Etiam Amplius (*quid ille est*) quam Propheta.

d) *Mala.* 3, 1. 10. Hic est enim, de [d] quo scriptum est; Ecce, Ego mitto Angelum Meum ante faciem Tuam, qui præparabit viam Tuam ante Te.

e) *Luc.* 7, 28. 11. Amen (*ergò*) [e] dico vobis, non susceptatus est inter natos mulierum major Joanne Baptista. Qui verò (*tamen ipso*) minor est in regno cœlorum, major ipso est.

f) *Luc.* 16, 6. 12. A diebus verò Joannis Baptistæ usque nunc jam [f] regnum DEI se potenter insinuat, & qui apprehendunt, rapiunt illud.

13. Nam omnes Prophetæ & lex usque ad Joannem prophetarunt.

14. Et si vultis credere, ille ipse est [g] Elias, qui venturus est:

g) *Mal.* 4, 5; *Matt.* 17, 10. *Marc.* 9, 11. 15. Qui habet autem ad audiendum, audiat.

16. Cui verò assimilavenm generationem hanc? Similis est pueris in foris sedentibus: & (*qui*) clamant ad socios suos;

17. dicuntque; Tibiâ cecinimus vobis, sed non saltastis: lugubria cecinimus vobis, sed non planxistis.

18. Venit enim Joannes, neque comedens neque bibens: sed dicunt, dæmonium habet.

19. Venit Filius hominis edens & bibens: sed dicunt; Ecce hominem comedo-

nem & vini potorem, publicanorum amicum & peccatorum: Et justificata est sapientia a filiis suis.

20. Tunc cœpit exprobrare civitatibus in quibus factæ fuerant plurimæ virtutes: propterea quod pœnitentiam non egerant.

b) Luc. 10,13. 21. Væ tibi [b] Chorazin: Væ tibi Bethsaida: propterea quod si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco & cinere pœnitentiam egissent.

22. Verumtamen dico vobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die judicii, quàm vobis.

Capernaum pro inferis.

23. Et tu, Capernaum, quæ usque ad cœlum exaltata es, usque ad infernum humiliabaris: quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, mansissent usque hodie.

24. Verumtamen dico vobis, quod terræ Sodomorum tolerabilius erit in die judicii, quàm tibi.

25. In istô tempore respondens Jesus i) Luc. 10,21. dixit; [i] Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quòd abscondisti hæc sapientibus & intelligentibus: & revelasti ea infantibus.

26. Certe Pater, quia sic beneplacitum factum est coram Te.

k) Ps. 8,7 Matth. 28,18. Joh. 3,35. 27. Omnia [k] Mihi tradita sunt à Patre Meo, & nemo cognoscit Filium, nisi Pater, neque Patrem quisquam cognoscit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare:

28. (*Quare*) venite ad Me omnes, qui laboratis & onerati estis; & Ego vos refocillabo.

l) Jer. 6, 29. Tollite (*modò*) jugum [l] Meum. & discite à Me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem pro animabus vestris.

m) 1. Joh. 5,3. 30. Jugum namque Meum commodum est, & [m] onus Meum est leve.

CAP. XII.

Pharisæi discipulos Christi accusant. à v. 1. Christus se Dominum Sabbathi esse ostendit. à v. 9. Manum aridam sanat. à v. 13. Pharisæi consilium de Christo ineunt. à v. 14. Ipse secedit, & multos sanat. à v. 15. Prophetia Isaiæ de Christo. à v. 17. Pharisæi Christum blasphemant. à v. 22. Ipse eorum cogitationes refellit. à v. 25. Signum petentibus dat. à v. 38. Matrem & fratres fidelibus suis comparat. à v. 46.

IN tempore istô [a] ivit Jesus Sabbathis per segetes: discipuli verò Ejus esurierunt, ideoque ceperunt avellere spicas & comedere. a) Marc. 2, 23. Luc. 6, 1.

2. Pharisæi verò (*quidam*) videntes dixerunt; Ecce, discipuli Tui faciunt, quod non licet facere: prohibe ergò illis.

3. Ille verò dixit istis: Nonne enim [b] legistis, quid fecerit David, quum esuriret ipse, & ii qui erant cum ipso? b) 1. Sa. 21, 6.

4. Quomodo ingressus sit in domum (*tabernaculi*) Dei, & panes propositionis comederit, quos non licitum erat ipsi comedere, neque iis qui cum ipso (*erant,*) nisi [c] Sacerdotibus solis? c) Exod. 29, 32. Lev. 24, 9.

5. Aut annon legistis in Lege (*Mosis*) quod Sabbathis Sacerdotes in Templo Sabbathum profanent, & (*nihilominus*) innocentes sint?

6. Dico verò vobis, quod templo major est hic.

7. Quòd si sciviss̃etis quid sit; [d] Misericordiam volo, & non sacrificium, non condemnassetis innocentes: d) Osa. 6, 6. Matth. 9, 13.

8. Nam Dominus est etiàm Sabbathi Filius hominis.

9. Et progressus inde (*JESUS,*) [e] venit in Synagogam eorum. e) Marc. 3, 1. Luc. 6, 6.

10. Ecce verò (*ibi*) erat manum habens aridam: tum interrogarunt eum, dicentes; Num licet in Sabbathis sanare? ut accusarent Eum.

11. Ipse verò (*vicissim*) dixit illis; Quis erit ex vobis homo, qui habebit ovem unam, & si cadat illa Sabbathis in foveam, nonne apprehendet eam, & eriget?

12. Quantò igitur præstantior est homo, quam ovis? Ergò licet Sabbathis benè facere.

13. Tunc dicit homini; extende manum tuam. Qui extendit eam, & sanitati restituta est, sicut altera (*erat.*)

f) Marc. 3, 6. 14. Pharisæi [f] verò egressi consilium inierunt adversus Eum, ut Eum perderent.

15. Verum Jesus, ubi cognovit, discessit

Capernaum pro instinctu

tes graviter redarguit. à v. 22. In V. Pharisæos signum petentes accusat justè & severè reprehendit. à v. 38. In VI. Matrem & fratres fidelibus suis comparat. à v. 46.

IN tempore istô [a] ivit Jesus Sabbathis per segetes: discipuli verò Ejus esurierunt, ideoque ceperunt avellere spicas & comedere. a) Marc. 2, 23. Luc. 6, 1.

2. Pharisæi verò (*quidam*) videntes dixerunt; Ecce, discipuli Tui faciunt, quod non licet facere: prohibe ergò illis.

3. Ille verò dixit istis: Nonne enim [b] legistis, quid fecerit David, quum esuriret ipse, & ii qui erant cum ipso? b) 1. Sa. 21, 6.

4. Quomodo ingressus sit in domum (*tabernaculi*) Dei, & panes propositionis comederit, quos non licitum erat ipsi comedere, neque iis qui cum ipso (*erant,*) nisi [c] Sacerdotibus solis? c) Exod. 29, 32. Lev. 24, 9.

5. Aut annon legistis in Lege (*Mosis*) quod Sabbathis Sacerdotes in Templo Sabbathum profanent, & (*nihilominus*) innocentes sint?

6. Dico verò vobis, quod templo major est hic.

7. Quòd si sciviss̃etis quid sit; [d] Misericordiam volo, & non sacrificium, non condemnassetis innocentes: d) Osa. 6, 6. Matth. 9, 13.

8. Nam Dominus est etiàm Sabbathi Filius hominis.

9. Et progressus inde (*JESUS,*) [e] venit in Synagogam eorum. e) Marc. 3, 1. Luc. 6, 6.

10. Ecce verò (*ibi*) erat manum habens aridam: tum interrogarunt eum, dicentes; Num licet in Sabbathis sanare? ut accusarent Eum.

11. Ipse verò (*vicissim*) dixit illis; Quis erit ex vobis homo, qui habebit ovem unam, & si cadat illa Sabbathis in foveam, nonne apprehendet eam, & eriget?

12. Quantò igitur præstantior est homo, quam ovis? Ergò licet Sabbathis benè facere.

13. Tunc dicit homini; extende manum tuam. Qui extendit eam, & sanitati restituta est, sicut altera (*erat.*)

f) Marc. 3, 6. 14. Pharisæi [f] verò egressi consilium inierunt adversus Eum, ut Eum perderent.

15. Verum Jesus, ubi cognovit, discessit

sit illinc: & secutæ sunt Eum turbæ multæ, quas sanavit omnes.

16. Interminatus tamen est illis, ne manifestum Ipsum facerent:

17. Ut impleretur quod dictum erat g) Esa. 42, 1. seqq. per Esaiam Prophetam, [g] qui dicit:

18. Ecce, servus Meus, quem elegi; dilectus Meus, in quo complacuit animæ Meæ: ponam spiritum Meum super Ipsum, & judicium gentibus annuntiabit.

19. Non contundet, neque vociferabitur, neque audiet quisquam in plateis vocem Ejus.

20. Arundinem contritam non confringet, & linum fumigans non extinguet, usque dum emittet in victoriam judicium.

21. Et in Nomine Ejus gentes sperabunt.

22. Tunc adductus est Ipsi dæmonio obsessus, cœcus & mutus: sanavitque eum, ita ut cœcus & mutus tàm loqueretur, quam videret.

23. Quare obstupefactæ sunt omnes turbæ, & dixerunt; Nonne hic est filius Davidis?

h) Matth. 9,34. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. 24. At [h] Pharisæi, quum audirent, dixerunt; non ejicit dæmonia nisi per Beelzebul principem dæmoniorum.

25. Sciens verò Jesus cogitationes eorum, dixit illis; Omne regnum divisum contra seipsum desolatur: & omnis civitas aut domus divisa contra seipsam, non consistet:

26. Quod si Satanas (*ergò*) Satanam ejicit, adversus seipsum divisus est; quomodo regnum ipsius stabit?

27. Præterea si Ego per Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri per quem ejiciunt? Propterea ipsi vestri erunt judices.

28. Si verò Ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia: utique pervenit ad vos regnum Dei?

29. Aut quomodo potest aliquis intrare in domum alicujus fortis, & vasa illius diripere, nisi prius vinxerit fortem istum, & tunc domum ejus diripuerit.

30. Quisquis non est Mecum, contra Me est: & quisquis non congregat Mecum, dispergit.

31. Propterea dico vobis; [i] Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus; Spiritus verò blasphemia non remittetur hominibus. i) Marc. 3, 28. Luc. 12, 10.

32. Imò si quis dixerit verbum contra Filium hominis remittetur illi: qui verò dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur illi, neque in hoc seculo, neque in futuro.

33. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem putrem, & fructum ejus putrem. [k] Ex fructu enim cognoscitur arbor. k) Matth. 7, 16.

34. O progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum mali sitis? nam ex [l] abundantia cordis os loquitur: l) Luc. 6, 44.

35. Bonus homo ex bono thesauro cordis sui emittit bona: & malus homo ex malo thesauro emittit mala.

36. (*Jamporrò*) verò dico vobis, quòd, omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines (*quod attinet:*) reddent de eo rationem in die judicii.

37. Nam ex verbis tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

38. Tunc itaque responderunt quidam Scribarum & Pharisæorum, dicentes; Magister, [m] volumus à Te signum videre. m) Matth. 16, 1.

39. At Ille [n] respondens dixit iis; Generatio (*hæc*) prava & adultera signum quærit; sed signum non dabitur illi, nisi signum Jonæ Prophetæ. n) Luc. 11, 29.

40. Quemædmodum enim fuit [o] Jonas in ventre ceti tribus diebus ac tribus noctibus: Sic erit Filius hominis in corde terræ (*mortuus*) tribus diebus & tribus noctibus. o) Jon. 2, 1.

41. Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hâc, & condemnabunt eam; quod ipsi [p] pœnitentiam egerint ad prædicationem Jonæ: at, ecce plus quam Jonas est hic. p) Jon. 3, 5.

42. Regina Austri surget in judicio cum generatione hâc, & condemnabit eam quia (*illa*) venit [q] à finibus terræ ad audiendam sapientiam Salomonis: at, ecce, plus quàm Salomon est hic. q) 1. Reg. 10, 1. 2. Chr. 9, 1.

43. Quando autem [r] immundus spiritus exierit ex homine, perambulat arentia r) Luc. 11, 24.

tia loca, quærens requiem, ſed non invenit.

44. Tunc dicit revertar in meam domum (*illam,*) unde exivi. Quumque venit, & reperit eam vacantem, & ſcopis purgatam atque ornatam ſibi:

45. Tunc abit, & adjungit ſibi ſeptem alios ſpiritus pejores ſeipſo, & ingreſſi habitant ibi: atque (*ſic*) fiunt [s] poſteriora hominis pejora primis. Sic erit etiam generationi huic pravæ.

a) 2. Pet. 2, 20.

46. Adhuc verò Ipſo loquente turbis, ecce, mater & fratres Ipſius [t] ſteterunt foris, ad loquendum Illi.

b) Marc. 3, 31. Luc. 8, 20.

47. Dixit autem Illi quidam; Ecce, mater Tua & fratres Tui foris ſtant, quærentes Tibi loqui.

48. At Ille reſpondens dixit ei, qui dixerat; Quis eſt mater Mea, & qui fratres Mei?

49. Et extendens manum Suam ſuper diſcipulos Suos dixit; Ecce, mater Mea, & fratres Mei. Quiſquis enim fecerit voluntatem Patris Mei, qui eſt in cœlis, ipſe Meus frater, & ſoror, & mater eſt:

CAP. XIII.

Tertiæ habet duas. In I. Chriſtus, juxta prophetiam populum docet ſimilitudinibus, quas diſcipulis exponit (1.) ſeminis & quadruplici terræ, a v. 3. (2.) bonis ſeminis & Zizaniorum, a v. 24. (3.) grani ſinapis. à v. 31. (4.) fermenti, v. 33. (5.) theſauri in agro defoſſi. v. 44. (6.) margaritæ bonæ. v. 45. ſq. (7.) ſagenæ in mare projectæ. à v. 47. In II. Chriſtus in patria Nazareth docens contemnitur. à v. 54.

CÆterum in die illo egreſſus Jesus è domo, ſedit juxta mare.

2. Et congregatæ ſunt ad Illum turbæ multæ, adeò ut Ipſe in navem ingreſſus ſederet: univerſa autem turba in litore ſtabat.

a) Mar. 4, 1. Luc. 8, 4

3. Et [a] locutus eſt illis multa in ſimilitudinibus, dicens; Ecce, exivit ſeminans ad ſeminandum.

4. Et dum ille ſeminavit, alia quidem (*de ſemine*) ceciderunt ſuper viam duram, & venerunt aves, & comederunt ea.

5. Alia verò ceciderunt in petroſa, ubi non habuerunt humum mpletam: unde citò (*quidem*) exorta ſunt, propterea quod non habuerunt profunditatem terræ.

6. Cùm verò Sol exortus eſt, exuſta ſunt; & propterea quod non habebant radicem *prof[illegible]ſatis*) exaruerunt.

7. Ali[illegible] ceciderunt inter ſpius: & aſcenderunt ſpinæ, ſuffocaruntque ea.

8. Alia verò ceciderunt in terram bonam, & dederunt fructum: aliud quidem centuplum; aliud ſexagecuplum; aliud trigecuplum.

9. Qui habet aurem ad audiendum, audiat.

10. Et adeuntes (*domi*) diſcipuli [b] dixerunt Illi: Quare per parabolas loqueris illis?

b) Mar. 4, 10. Luc. 8, 9.

11. Ipſe verò reſpondens dixit illis: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum: iſtis autem non datum eſt.

12. Quicunque [c] enim habet, dabitur illi, ut abundantius habeat: quicunque verò non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

c) Matt. 10, 29.

13. Propterea (*igitur*) per parabolas loquor illis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, nec intelligunt:

14. Completurque in iis [d] Prophetia Eſaiæ, quæ dicit; Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cernetis.

d) Eſa. 6, 9. Marc. 4, 12. Luc. 8, 10.

15. Incraſſatum eſt enim cor populi hujus, & auribus graviter audiverunt, & oculos ſuos occluſerunt, ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertant ſe, & ſanem illos.

Ioh. 12, 40. Act. 28, 26. Rom. 11, 8.

16. Veſtri verò [e] beati ſunt oculi, quia vident: & aures veſtræ, quia audiunt.

e) Luc. 10, 23.

17. Amen enim dico vobis, quod multi Prophetæ & Juſti deſideraverint videre, quæ videtis, ſed non viderunt; & audire, quæ auditis, ſed non audiverunt.

18. Vos ergò [f] audite parabolam ſeminantis.

f) Marc. 4, 4. Luc. 8, 11

19. Quandocunque quis audit verbum regni & (*illud*) non attendit, venit ille malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde ipſius: hic eſt, qui juxta viam ſeminatus eſt.

20. Qui verò ſuper petroſa ſeminatus eſt,

eſt, hic eſt is, qui verbum audit, & ſtatim cum gaudio accipit illud.

21. Non habet autem radicem, ſed temporarius eſt. Quando ergò inciderit afflictio aut perſecutio propter verbum, continuò ſcandalizatur.

22. Qui verò inter ſpinas ſeminatus, hic eſt, qui Verbum audit, ſed cura ſeculi hujus, & fraus divitiarum ſuffocat verbum, ut infrugiferum ſiat.

23. Qui verò in terram bonam ſeminatus, hic eſt, qui verbum audit, & attendit: qui inde fructum fert; & facit, alius quidem centuplum, alius verò ſexagecuplum, alius verò trigecuplum.

24. Aliam parabolam propoſuit illis, dicens; Simile factum eſt regnum cœlorum homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo:

25. Sed dum dormiverunt homines, venit ejus inimicus, & ſeminavit zizania, abivitque.

26. Quum verò germinavit herba, & fructum fecit, tum apparuerunt etiam zizania.

27. Accedentes autem ſervi patrisfamilias, dixerunt illi; Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? unde ergò habet zizania?

28. Hic verò dixit illis; Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt illi; Viſne ergò, abeuntes colligamus ea?

29. Ipſe verò dixit; Non ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum illis triticum.

30. Sinite unà creſcere utraque uſque ad meſſem. Et in tempore meſſis dicam meſſoribus, colligite prius zizania, & colligate ea in faſciculos, ad comburendum ea: triticum verò congregate in horreum meum.

31. Aliam parabolam propoſuit eis, dicens; Simile eſt [g] regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo.

g) Mar. 4, 30. Luc. 13, 19.

32. Quod minùs quidem eſt omnibus ſeminibus: quando autem excrevit, majus eſt oleribus, & fit arbor, ita ut veniant volatilia cœli, & nidulentur in ramis ejus.

33. Aliam parabolam [h] dixit illis; Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abſcondidit in farinæ ſatis tribus, donec fermentaretur totum.

h) Gen. 18, 6. Luc. 13, 21.

34. Hæc [i] omnia locutus eſt Jesus per parabolas: & ſine parabola nihil locutus eſt illis.

i) Marc. 4, 33, 34.

35. Ut compleretur, quod [k] dictum fuerat per prophetam, qui ait; Aperiam in parabolis os meum: eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.

k) Pſal. 78, 2.

36. Tunc, poſtquam dimiſit turbas, venit in domum Jesus. Et acceſſerunt ad Ipſum diſcipuli Ipſius, dicentes: Expone nobis parabolam zizaniorum agri.

37. Ipſe verò reſpondens dixit illis; Qui ſeminat bonum ſemen eſt Filius hominis:

38. Ager autem eſt mundus: Semen verò ſunt filii regni; at zizania ſunt filii illius mali.

39. [l] Inimicus autem, qui ſeminat ea (*zizania*) eſt diabolus. Meſſis verò conſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem Angeli.

l) Apoc. 14, 15.

40. Quemadmodum ergò colliguntur zizania, & igne comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi.

41. (*Nimirum*) mittet Filius hominis angelos Suos, qui colligent è regno Illius omnia offendicula, & eos, qui faciunt iniquitatem (*cum illis.*)

42. Et mittent eos in caminum ignis: ubi erit ploratus & ſtridor dentium.

43. Tunc [m] juſti fulgebunt, ut Sol, in regno patris ſui. Qui habet aures ad audiendum audiat.

m) Dan. 12, 3. Sap. 3, 7

44. Rurſum ſimile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro: quem repertum homo abſcondit, & præ gaudio ſuo abit, & omnia, quæcunque habet, vendit, & emit agrum illum.

45. Rurſum ſimile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti pulchras margaritas.

46. Qui quum inveniſſet unam pretioſam margaritam, abiens vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.

47. Rurſum ſimile eſt regnum cœlo-

rum sagenæ jactæ in mare, & ex omni genere (*piscium*) contrahenti:

48. Quæ quum impleta fuisset, subducentes in litus, & sedentes collegerunt bona in vasa, mala verò foras ejecerunt.

49. Sic futurum est in consummatione seculi: exibunt Angeli, & separabunt malos è medio justorum.

50. Et conjicient eos in caminum ignis: ibi erit ploratus & stridor dentium.

51. (*Tum*) dicit illis; intellexistis hæc omnia? Dicunt Illi: næ, Domine.

52. Ipse verò dixit illis; Propterea omnis scriba doctus ad regnum cœlorum, similis est homini patrifamiliâs, qui depromit è thesauro suo nova & vetera.

n) *Mar. 6,1 & Luc. 4, 16.* 53. Postea factum est: quum [n] absolvisset Jesus parabolas has, digressus est inde.

54. Et veniens in patriam Suam (*Nazareth,*) docuit eos in Synagoga eorum, ita ut obstupescerent illi, ac dicerent; unde huic sapientia hæc, & hæ virtutes?

o) *Joh. 6, 42.* 55. Nonne [o] hic est ille fabri filius? nonne mater Ejus dicitur Maria, & fratres Ejus Jacobus, & Joses, & Simon, & Judas?

56. Et sorores Ejus nonne omnes apud nos sunt? unde ergò huic hæc omnia?

57. Et scandalizati sunt in eo. Jesus p) *Joh. 4, 44.* verò dixit illis; [p] Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua.

58. Ideò non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem eorum.

CAP. XIV.

Partes habet quatuor. In I. Joannes Bapt. jussu Herodis decollatur id carcere. a v. 1. In II. Christus cibat quinq; panibus 5000. virorum a v. 13. III. Christus super mare ambulat, & Petrum vacillantem sustentat. à v. 24. In IV. multos ægrotos, etiam tactu fimbriæ in terra Genesareth sanat. v. 34. 35.

a) *Mar. 6, 14. Luc. 9, 7.* IN illo [a] tempore audivit Herodes Tetrarcha famam Jesu.

2. Ideò dixit famulis (*aulicis*) suis; Hic est Joannes Baptista: Ille excitatus est a mortuis, & propter hoc virtutes operantur in illo.

3. Nam [b] Herodes comprehendens Joannem, vinxit eum, & posuit in carcere, propter Herodiadem, uxorem Philippi fratris. b) *Mar. 6, 17. Luc. 3, 19.*

4. Dixit enim ipsi Joannes; Non licet tibi habere illam.

5. Et quum vellet eum occidere, metuebat multitudinem (*populi*) propterea quod tanquam [c] Prophetam eum haberent; c) *Matt. 21, 26.*

6. Quum autem natalitia agerentur Herodis: saltabat filia Herodiadis in medio: quod placuit Herodi.

7. Unde cum juramento pollicitus est illi dare, quodcunque petitura esset;

8. Illa verò prius instructa à matre sua, Da mihi, inquit, hic in patina caput Joannis Baptistæ;

9. Indoluit quidem Rex: propter verò juramenta & simul accumbentes jussit (*illi*) dare:

10. Mittens itaque amputavit caput Joannis in carcere.

11. Allatumque est caput ejus in patina, & datum puellæ, quæ attulit matri suæ.

12. Tum accesserunt discipuli ejus, & sustulerunt corpus; abieruntque, & annuntiarunt Jesu.

13. Cæterùm quum [d] audisset Jesus discessit inde in navi in desertum locum seorsim: quod quum audivissent turbæ (*populi*) secutæ sunt pedibus ab urbibus. d) *Mar. 6, 31. 32. Luc. 9, 10.*

14. Egressus itaque Jesus vidit multam turbam, & misericordia motus est super illis, sanavitque infirmos illorum.

15. Facta verò [e] vespera, prævenerunt Ipsum discipuli Ipsius, dicentes; Desertus est hic locus, & hora jam præteriit: dimitte turbas, ut abeuntes in vicos emant sibi cibaria. e) *Mar. 6, 35. Luc. 9, 12. Joh. 6, 5. seqq.*

16. Jesus verò dixit illis: Non est illis necesse, ut abeant: date illis vos, quod edant.

17. Illi autem dixerunt, Non habemus hîc, nisi quinque panes & duos pisces.

18. Ipse verò dixit, ferte Mihi eos huc;

19. Et jubens turbas discumbere super herbas, & sumens istos quinque panes, & duos

duos pisces, suspiciens in cœlum benedixit: & frangens dedit discipulis panes (*cum piscibus;*) discipuli autem turbis.

20. Tum comederunt omnes, & saturati sunt; & sustulerunt, quod supererat, fragmentorum, duodecim cophinos plenos.

21. Qui verò comederant, erant viri quasi quinquies mille, præter mulieres & pueros.

f) *Marc 6, 45 Joh. 6, 17* 22. Et statim [f] compulit Jesus discipulos suos, ut ascenderent in navem, & præcederent Ipsum in (*ripam*) ulteriorem, donec Ipse dimisisset turbas:

23. Et postquam dimisit turbas, ascendit in montem (*aliquem*) seorsim (*solus*) ad orandum, vespera autem facta, solus erat ibi.

24. Navis verò jam in medio maris erat afflictata à ventis: erat enim contrarius ventus.

25. Cum verò quarta vigilia noctis, pervenit ad illos Jesus ambulans super mari.

26. Tum videntes Eum discipuli super mari ambulantem turbati sunt, dicentes; Spectrum est: & præ timore clamaverunt.

27. Statim verò locutus est ipsis Jesus, dicens; Bono animo estote, Ego sum, ne timetote.

28. Respondens autem Illi Petrus, dixit: Domine, si Tu es, jube me ad Te venire super aquis.

29. At Ipse dixit, veni. Quare descendens è navi Petrus, ambulavit super aquis, ut veniret ad Jesum.

30. Verùm cum videret ventum fortem, extimuit: & incipiens demergi clamavit, dicens; Domine, serva me.

31. Statim verò Jesus extendens manum apprehendit eum, dixit tamen illi; Exiguæ fidei homo, quare dubitabas?

32. Et quum ingressi essent in navim, conquievit ventus.

33. Qui verò in navi erant, venientes Eum adorarunt, dicentes; Verè filius Dei Tu es.

g) *Mar. 6, 53.* 34. Cæterùm [g] trajicientes, venerunt in terram Genesareth:

35. Et agnoscentes Ipsum viri loci illius, miserunt in totam circumjacentem regionem illam: qui attulerunt Illi omnes malè habentes:

36 Obsecraruntque Ipsum, ut saltem tangerent fimbriam indumenti Ipsius. Et quotquot attigerunt, salvi facti sunt.

CAP. XV.

Partes habet Quatuor. In I. Christus discipulos illotis manibus panem edentes contra Pharisæos defendit. à v. 1. In II. tum populum, tum discipulos melius de re informat, à v. 10. In III. Filiolam Cananææ à dæmone liberat. à v. 21. In IV. ad mare Galilææ populi ægrotos sanat, & 4000. hominum septem panibus cibat. a v. 29.

a) *Mar. 7, 5.* TUnc [a] accedunt ad Jesum, qui ab Hierosolyma Scribæ & Pharisæi, dicentes;

2. Quare discipuli Tui transgrediuntur traditionem Seniorum? Non enim abluunt manus suas, quando panem comedunt:

3. Ipse verò respondens dixit eis; Imò (*contrà*) quare vos transgredimini præceptum Dei?

4. Nam Deus [b] præcepit; Honora patrem & matrem. Et; Qui [c] maledixerit patri aut matri, morte morietur. b) *Exod. 20, 12. Deut. 5, 16.*

5. Vos autem dicitis; Quisquis dixerit patri aut matri; munus, (*Sanctificatum esto,*) id, quod ex me tibi prodesse possit (*liber est.*) *Eph. 6, 2.* c) *Exod. 21, 17. Levit. 20, 9.*

6. Et non honorabit patrem suum, aut matrem suam. Atqui irritum feceritis præceptum Dei propter traditionem vestram.

7. Hypocritæ, benè de vobis [d] prophetavit Esaias, dicens; d) *Esa. 29, 13. Marc. 7, 6.*

8. Appropinquat Mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat, sed cor eorum procul abest à Me.

9. Sed frustrà Me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum.

10. Posteà [e] advocans ad se turbas dixit illis; Audite, & intelligite: e) *Mar. 7, 14.*

11. Non quod intrat in os communem reddit hominem: sed quod egreditur ex ore, hoc communem reddit hominem.

ET [a] accedentes Pharisæi & Sadducæi tentantes rogarunt Eum ut signum de cœlis ostenderet Ipsis.

a) Mar. 8, 11.

2. Ipse verò respondens dixit illis; Cum [b] vespera facta est, dicitis; Serenitas (*erit*;) cœlum enim rubet (*sicut ignis:*)

b) Luc. 12, 54.

3. Et manè; Hodie tempestas (*erit:*) rubet enim tristè existens cœlum. Hypocritæ, faciem cœli nostis dijudicare; signa autem temporum non potestis?

4. Natio [c] prava & adultera signum requirit: sed signum non dabitur illi, nisi signum [d] Jonæ Prophetæ. Et illis relictis abiit.

c) Matt. 12, 39. d) Jonæ 2, 1. Luc. 11, 29.

5. Et venientes in locum trans fretum discipuli Ipsius obliti sunt panes sumere.

6. Jesus autem dixit illis; Videte, [e] & cavete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum.

e) Mar. 8, 15. Luc. 12, 1

7. Illi verò discurrebant inter se, dicentes; Panes non sumsimus.

8. (*Quod*) verò ubi cognovit Jesus, dixit; Quid discurritis inter vos.

9. Nondum intelligitis: neque recordamini [f] quinque illos panes quinquies mille hominum, & quot cophinos sustuleritis?

f) Matt. 14, 17. Ibid. 6, 9.

10. Neque [g] septem illos panes quater mille hominum, & quot sportas acceperitis?

g) Mat. 15, 34, 37

11. Quomodo (*ergò*) non intelligitis, quod non de pane dixerim vobis, ut caveatis à fermento Pharisæorum & Sadducæorum?

12. Tunc intellexerunt, quod non dixisset, ut caverent à fermento panis, sed a doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

h) Mat. 3, 17. i) Luc. 9, 18.

13. Veniens [h] autem Jesus in partes Cæsareæ Philippi, interrogavit discipulos Suos dicens; Quem Me [i] dicunt homines esse, Filium hominis?

14. Illi verò; Alii quidem (*esse*) Joannem Baptistam; alii verò, Eliam; alii Jeremiam, aut aliquem Prophetarum.

15. Dicit illis; Vos verò, quem Me dicitis esse?

16. Respondens autem Simon Petrus, dixit; Tu [k] es Christus, ille Filius Dei Viventis.

k) Ion. 6, 69.

17. Et respondens Jesus dixit illi; Beatus es Simon, fili Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi (*hoc,*) sed Pater Meus, qui est in cœlis.

18. Quinimò verò Ego tibi dico; Tu es Petrus: & super hanc eandem petram ædificabo Ecclesiam Meam, & portæ inferni non prævalebunt illi.

19. Et dabo [l] tibi claves regni cœlorum: Et quicquid ligaveris in terrâ erit ligatum in cœlis: & quicquid solveris in terra erit solutum in cœlis.

l) Matt. 18, 18. Ioh. 20, 23.

20. Tunc prohibuit discipulis Suis, ut nemini dicerent, quod Ipse esset Jesus, Ipse Christus.

21. (*Nam*) ex eo tempore cepit Jesus ostendere discipulis Suis; quod oporteret Ipsum abire in Hierosolymam, & multa pati, à presbyteris & principibus Sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resuscitari.

22. Tum ad se accipiens Ipsum Petrus, cepit increpare Illum, dicens; Parce Tibi, Domine, ut non fiat Tibi hoc:

23. Ipse verò conversus dixit Petro; Abi post Me, Satana: scandalum (*námq;*) Mihi es: Quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed quæ hominum sunt.

24. Dixit (*reliquis etiam*) discipulis Suis; [m] Si quis vult post Me venire abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur Me.

m) Mat. 10, 38. Marc 8, 34. Luc. 9, 23.

25. Qui voluerit [n] animam suam servare perdet eam: qui verò perdiderit animam suam Mei causa, inveniet eam.

n) Ioh. 12, 25.

26. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucratus fuerit, animæ autem jacturam fecerit? aut quod dabit homo pretium sufficiens redemtionis animæ suæ.

27. Venturus enim est [o] Filius hominis in gloria Patris Sui, cum angelis Suis, & tunc reddet unicuique juxta facta ipsius.

o) Matt. 25, 31. Rom. 2, 6. 2. Cor. 5, 10

28. Amen dico vobis; sunt quidam [p] hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec viderint Filium hominis venientem in regno Suo.

p) Luc. 9, 27

11. Tunc accedentes discipuli Ipsius dixerunt Ipsi; Nostine, quod Pharisæi audientes illud verbum, scandalizati sint?

13. Ipse verò respondens dixit; Omnis plantatio quam non plantavit Pater Meus cœlestis, eradicatur.

14. (*Quare*) omittite illos. [f] Duces cæci sunt cæcorum. Jam verò quando cæcus cæcum duxerit ambo in foveam incidunt.

f) Luc. 6, 39. Rom. 2, 19.

15. Respondens autem Petrus, dixit Ipsi; Expone (*ergò*) nobis parabolam hanc.

16. Jesus autem dixit; Adhucne & Vos non intelligentes estis?

17. Nondum ne intelligitis (*hoc,*) quod omne, quodcunque ingreditur in os, in ventrem abeat, & in secessum ejiciatur?

18. Quæ verò egrediuntur ex ore, ex corde egrediuntur, & hæc communem reddunt hominem.

19. [g] Ex corde enim egrediuntur cogitationes malæ, cædes, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.

g) Gen. 6, 5. 8, 21. Matth. 15, 19. Marc. 7, 21.

20. Hæc sunt communem reddentia hominem: at illotis manibus comedere non communem reddit hominem.

21. Post [h] egressus inde Jesus secessit in partes Tyri & Sidonis.

h) Matt. 15, 21.

22. Et, ecce, mulier Cananæa à finibus illis egressa, clamabat ad Illum dicens; Miserere mei, Domine, fili David: filia mea malè à dæmonio agitatur,

23. Ille verò non respondit quicquam. Ac discipuli Ipsius accedentes rogarunt Ipsum, dicentes; Dimitte illam, quia clamat post nos.

24. Ipse verò respondens dixit; Non sum missus, nisi [j] ad oves perditas domus Israël.

j) Matt. 10, 6.

25. Illa verò venit, & adoravit Eum dicens; Domine, adjuva me.

26. Ipse verò respondens dixit; Non est bonum, sumere panem filiorum, & projicere canibus.

27. Illa verò dixit; Certè, Domine Verum catelli etiam edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum;

28. Tunc respondens Jesus dixit illi; ô mulier, magna est fides tua; fiat

CAP. XVI.

Tartesiabet'quing. In I. Christus Pharisæos signum petentes retundit. à v. 1. In II. Discipulos à fermento Pharisæorum dehortatur. à v. 5. In III. Discipulorum editam a Petro de se confessionem probat & laudat cum promissione. à v. 13. In IV. de futura sua passione praedicit, & Petrum reprehendit. a v. 21. In V. ad Sui sequelam sub cruce hortatur. a v. 24.

Et

CAP. XVII.

Partes habet quinq;. I. Est glorificatio Christi in monte coram tribus discipulis. à v. 1. II. Discipulorum eorundem in descensu de Elia adventu quæstio, & Christi solutio. à v. 9. III. Pueri Lunatici sanatio, & reliquis discipulis frustra tentata, a Christo facile peracta. à v. 14. IV. Incredulitatis discipulorum horum redargutio. à v. 19. V. Census à Christo solutus. à v. 24.

a) *Marc. 9, 2. Luc. 9, 28* ET post [a] dies sex assumit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & subduxit illos in montem altum (*aliquem*) seorsim.

2. Et transformatus est coram illis; & splenduit facies Ejus, sicut Sol, vestimenta autem Ejus facta sunt, sicut lux.

3. Et, ecce, visi sunt illis Moses & Elias, cum Ipso colloquentes:

4. Respondens autem Petrus, dixit Jesu; Domine, bonum est nos hîc esse. si vis, faciemus hîc tria tabernacula, Tibi unum, & Mosi unum, & unum Eliæ

5. Adhuc illo loquente, ecce nubes lucida obumbravit illos: & b) *Mat. 3, 17. 2. Petr. 1, 17.* [b] ecce vox e nube, dicens; Hic est Filius Meus dilectus, in quo Mihi complacuit, Ipsum audite:

6. Et audientes discipuli ceciderunt super faciem suam (*quisq;*) & timuerunt sibi vehementer.

7. Sed accedens Jesus tetigit eos, & dixit; Surgite, & ne timete vobis.

8. Tollentes verò oculos suos, neminem viderunt, nisi Jesum solum.

9. Et descendentibus illis de monte, mandavit illis Jesus, dicens; nemini dicite visionem (*hanc,*) usque dum Filius hominis ex mortuis resurrexerit.

10. Tum interrogaverunt Ipsum discipuli Ipsius, dicentes; Quare ergò Scribæ c) *Mal. 4, 5. Matth. 17, 10. Marc. 9. 11.* dicunt; [c] quod Eliam oporteat venire prius.

11. Jesus autem respondens, dixit illis; Elias quidem veniet prius, & restituet omnia.

12. Dico verò vobis, quod Elias jam venerit, at non agnoverint eum: sed fecerint in eo, quæcunque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab illis.

13. Tunc intellexerunt discipuli, quod de Joanne Baptista dixisset ipsis.

14. Cùm venissent ad turbam, [d] accessit ad Ipsum homo aliquis d) *Marc. 9, 17. Luc. 9, 38.*

genua flectens Ipsi,

15. Et dicens; Domine, miserere filii mei, quia lunaticus est, & malè (*valdè*) habet: sæpè enim cadit in ignem, & sæpè in aquam.

16. Et attuli eum discipulis Tuis, sed non potuerunt eum sanare.

17. Respondens verò Jesus, dixit; ô generatio incredula & perversa, quousque ero vobiscum? quousque tolerabo vos? adferte Mihi eum huc.

18. Et increpavit eum Jesus: tum exivit ab eo dæmonium, & sanatus est puer ab hora istâ.

19. Tunc accedentes discipuli ad Jesum seorsim, dixerunt; Propter quid nos non potuimus ejicere illud.

20. Jesus verò dixit illis; propter incredulitatem vestram. Amen namque dico [e] vobis: Si habueritis fidem, sicut e) *Luc. 17, 6.* granum sinapis, dicetis monti huic; Transi hinc illuc: tum transibit, & nihil (*simile*) impossibile erit vobis.

21. Hoc autem genus (*dæmoniorum*) non exit, nisi per preces & jejunium.

22. Versantibus autem illis in Galilæâ, dixit illis Jesus; [f] Futurum est, ut Filius hominis tradatur in manus hominum: f) *Matt. 20, 18. Marc. 9, 31. Luc. 9, 22. 18, 31. f.*

23. Et occident Eum: sed tertia die resurget: at mœrore affecti sunt valdè.

24. Venientibus autem illis in Capernaum accesserunt, qui didrachma (*erant*) accipientes, ad Petrum, & dixerunt; Magister vester nonne solvit didrachma?

25. Dicit; Næ. Sed quando ingressus est in domum, prævenit illum Jesus, dicens; Quid tibi videtur, Simon, Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum? à filiis suis, an ab alienis?

26. Dicit Ipsi Petrus; Ab alienis; Ait illi Jesus; Ergò liberi sunt filii.

27. Verum ne simus illis offendiculo, profectus ad mare, mitte hamum, & ascendentem primò piscem tolle: & aperiens os illius invenies stateram, eum accipiens da illis pro Me & te.

CAP. XIIX.

Partes habet tres. In I. Christum discipuli de præcellentia certantes ad humilitatem sero hortatur. à v. 1. In II. illos, quomodo cum fratre peccante procedendum sit, instruit. à v. 15. In III. doctrinam suam parabola Regis cum servis rationes ineuntis illustrat. à v. 23.

g) *Mat. 9, 34. Luc. 9, 46.* IN isto tempore accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes; [a] Quis maximus est (*inter nos*) in regno cœlorum?

2. Tum accersens ad se Jesus puerum, statuit in medio illorum:

3. Et dixit; Amen dico vobis; nisi h) *Mat. 19, 14. Marc. 10, 14. 1. Cor. 14, 20.* conversi fueritis, [b] & fiatis (*humiles*) sicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum.

4. Quisquis igitur humiliaverit semetipsum, sicut puer hic, hic erit major in regno cœlorum.

5. Et qui receperit unum puellum talem, in Nomine Meo, Me recipit:

6. Qui autem [c] scandalizaverit unum i) *Marc. 9, 42. Luc. 17, 1.* parvorum horum, credentium in Me, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collum ejus, & demergatur in profundum maris.

7. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim venire scandala. Veruntamen væ homini, per quem scandalum venit.

d) *Mat. 5, 30. Marc. 9, 43.* 8. Quod [d] si manus tua, vel pes tuus scandalizaverit te: abscinde ea, & abjice abs te: Expedit enim tibi, ingredi in vitam claudum aut mutilum, quam duas manus aut duos pedes habentem, mitti in ignem æternum.

9. Et si oculus tuus scandalizaverit te erue eum: Bonum (*namq;*) est tibi, luscum, intrare in vitam, quàm duos habentem oculos mitti in gehennam ignis.

10. Videte ne contemnatis ullum ex pusillis his. Dico enim vobis; quod Angeli eorum in cœlis semper videant faciem Patris Mei, qui in cœlis est.

e) *Luc. 19, 10.* 11. Venit namque [e] Filius hominis ad servandum id, quod perierat.

12. Quid vobis videtur? Si fuerint f) *Luc. 15, 4.* [f] alicui homini centum oves, & erraverit una ex eis: nonne relinquens nonaginta novem in montibus, abiens quærit erraticem?

13. Et si contigerit, ut inveniat eam, Amen dico vobis, quod gaudeat super ea magis, quàm super nonaginta novem, quæ non erraverunt.

14. Sic non est voluntas coram Patre vestro, qui in cœlis est, ut pereat ullus de pusillis istis.

15. Si verò peccaverit in te frater tuus, abi, & [g] argue eum inter te & ipsum g) *Lev. 19, 17. Sir. 19, 13. Luc. 17, 3.* solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.

16. Si verò te non audierit, assume tecum adhuc unum aut duos; [h] ut in ore h) *Deut. 19, 15. Heb. 10, 28.* duorum aut trium testium consistat omne verbum.

17. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: Si verò etiam Ecclesiam non audierit, esto tibi sicut Ethnicus & publicanus.

18. Amen dico vobis, [i] quæcunque i) *Matt. 16, 19. 18, 20. 23.* ligaveritis super terra, erunt ligata in cœlo: & quæcunque solveritis super terra, erunt soluta in cœlo.

19. Rursum dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint in Nomine Meo super terrâ de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre Meo, qui in cœlis est.

20. Ubi enim sunt duo aut tres congregati in Nomine Meo, ibi sum in medio eorum.

21. Tunc accedens Petrus ad Ipsum, dixit; Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittere debeo illi? (*num*) usque ad septies?

22. Dixit illi Jesus; Non dico tibi, [k] usque ad septies, sed usque ad septua- k) *Luc. 17, 4.* gies septies

23. Propterea simile est regnum cœlorum homini Regi qui voluit conferre rationem cum servis suis.

24. Incipiente autem illo conferre rationem, adductus est illi unus debitor decem millium talentorum.

25. Quo non habente, unde solveret, jussit eum Dominus vendi, & uxorem ejus, & liberos & omnia quæcunque habebat, & solvere.

26. Procidens autem servus, adorabat eum, dicens; Domine, esto longanimis erga me, & omnia tibi solvam

27. Mi

27. Misertus verò Dominus servi hujus, dimisit eum, & æs alienum remisit illi.

28. Egressus verò (*vir*) servus iste, invenit unum conservorum suorum, qui debebat ipsi centum denarios, & comprehendens eum, collum constrinxit, dicens; solve mihi, quod debes.

29. Procidens igitur conservus ejus ad pedes ejus (*ut*) rogabat eum, dicens; Esto longanimis erga me, & omnia solvam tibi.

30. At ille nolebat: sed abiens jecit eum in carcerem, usque dum solveret debitum.

31. Verùm videntes (*alij*) conservi ejus ea, quæ fiebant, indoluerunt valdè, & venientes, aperuerunt Domino suo omnia, quæ facta fuerant.

32. Tunc accersens eum Dominus ipsius, dixit ipsi; serve scelestè, totum debitum tuum illud remisi tibi, quandoquidem rogasti me;

33. Nonne oportuisset etiam te misereri conservi tui, sicut etiam ego tui misertus fui?

34. Itaque iratus Dominus ejus, tradidit eum tortoribus, usque dum redderet omne debitum ipsi.

35. Sic & Pater Meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis suo quisque fratri ex cordibus delicta illorum.

CAP. XIX.

Partes habet sex. I. Est disputatio Christi cum Pharisæis de repudio & libello ejus. à v.3. II. Quæstio discipulorum de cœlibatu cum responsione Christi. à v.10. III. Infantes ad Christum allati, & ab hoc benedicti. à v.13. IV. Pharisæus juvenis Christum deserens. à v.16. V. Christi de divitibus querela à v.23. VI. Petri de præmio Christum sequentium quæstio; & ad eam Christi responsio. à v.27.

b) *Mar. 10, 1.* ET [a] factum est, quum absolvisset Jesus verba ista, migravit è Galilæa, & venit in fines Judææ trans Jordanem.

2. Secutæ autem sunt Eum turbæ multæ, & sanavit eos ibi.

3. Tum accesserunt ad Eum Pharisæi, tentantes Eum, & dicentes Illi: Licet ne homini dimittere uxorem suam, quavis ex causa?

4. Ipse verò respondens dixit illis; Annon [b] legistis, quod is, qui fecit ab initio (*homines*) masculum & fœminam fecit eos. b) *Gen. 1, 27.*

5. Et dixit; [c] Propterea deseret homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam. c) *Gen. 2, 24. 1. Cor. 6, 16. Eph 5, 31*

6. Quare non amplius sunt duo, sed una caro. Quod ergò Deus copulavit: homo ne separet.

7. Dicunt illi; Quare ergò Moses [d] præcepit dare libellum repudii, & dimittere: d) *Deut. 24, 1. Matth. 5, 31. Mar. 10, 4.*

8. Dicit illis; Quia Moses ob duritiem cordis vestri permisit dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic.

9. Sed [e] dico vobis; quod quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, adulterium committat; & quicunque dimissam ducat, adulterium committat. e) *Matth. 5, 32. Mar. 10, 11. Luc. 16, 18.*

10. Dicunt ipsi discipuli Ipsius; Si sic est causa hominis cum uxore sua, non expedit matrimonium contrahere. 1. *Cor. 7, 10.*

11 Ipse verò dixit illis; Non omnes capiunt verbum hoc, sed ii, quibus datum est.

12. Sunt enim Eunuchi, qui ex utero matris nati sunt sic: Et sunt Eunuchi, qui Eunuchi facti sunt ab hominibus; Et sunt Eunuchi, qui Eunuchos fecerunt seipsos, propter regnum DEI. Qui potest capere, ille capiat. *Esaiæ LVI. 4. 5.*

13. Tunc [f] allati sunt ad ipsum pueruli, ut manus imponeret illis, & oraret: discipuli autem increpabant illos, qui adferebant eos f) *Matth. 19, 13. Luc. 18, 15.*


14. Jesus [g] verò dixit; Sinite pueros, & ne prohibete eos venire ad Me: Talium enim est regnum cœlorum. g) *Matt. 18, 2.*

15. Tum postquam imposuit illis manus, abivit inde.

16. Et ecce, unus (*aliquis*) accedens dixit ipsi; Magister bone, quid boni facere debeo, ut habeam vitam æternam?

17. Ipse verò dixit ei; Cur Me dicis Bonum, nullus bonus est, nisi unus Deus, sed si vis ad vitam ingredi (*bonum faciendo*) serva mandata.

18. Dicit ipsi; Quæ? Jesus verò dixit



eunuchi, qui ex utero matris
1 ~~ex utero matris~~ qui regenerantur
2 ab hominibus qui ex fide intellectuali
3 et qui semel castigant, ut pietatem

h) *Exod. 20, 12. s.* dixit illi; Hæc, [h] non occides, non mœchaberis, non furaberis, non falsum dices testimonium,

19. Honora patrem & matrem (*&c.*) Inprimis; Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

20. Dicit Illi adolescens; Omnia hæc servavi à juventute mea, quid adhuc mihi deest?

21. Ait illi Jesus; si vis perfectus esse, vade, vende tua bona, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: sed (*tum*) veni, & sequere Me.

22. Audiens autem adolescens verbum (*hoc,*) abiit contristatus, quia erat habens possessiones multas.

23. Jesus autem dixit discipulis Suis; Amen, dico vobis, quod difficulter dives ingressurus sit in regnum cœlorum.

24. Iterùm verò dico vobis; Facilius est, camelum per foramen acus transire, quàm divitem in regnum cœlorum ingredi.

25. Audientes autem discipuli Ejus obstupuerunt valdè, dicentes; quis ergò poterit salvari?

26. Intuitus verò eos Jesus dixit illis; Apud homines hoc impossibile est, sed apud Deum omnia possibilia sunt.

27. Tunc respondens Petrus dixit Ipsi; Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus Te: quid igitur fiet nobis?

i) *Marc. 10, 28. Luc. 18, 28.*

28. Jesus verò dixit illis; Amen dico vobis, quod vos, [i] qui secuti estis Me, in regeneratione (*plenâ*) quando sedebit Filius hominis super thronо gloriæ Suæ, sedebitis etiam vos super duodecim thronis, judicantes duodecim tribus Israëlis.

29. Sed & omnis, qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros, propter Nomen Meum, centuplum accipiet, (*inprimis*) verò vitæ æternæ sortietur hereditatem. *h. e. qui semel abnegat.*

k) *Mat. 20, 16. Marc. 10, 31. Luc. 13, 30.*

30. Sed multi [k] primi erunt novissimi, & novissimi primi.

CAP. XX.

Partes habet quinq;. Earum I. est parabola Christi de Domino vineæ, & operariis ejus. à v.1. II. Consilio Christi de sui traditione & passione. à v.17. III. Petitio matris filiorum Zebedæi pro filiis suis impudens. à v.20. IV. Contentio discipulorum inde nata, sed à Christo sedata. à v.24. V. Duo cæci propè Ierichuntem à Christo implorato sanati. à v.29.

NAm simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exivit simul cum diluculo, ad conducendum operarios in vineam suam.

2. Conveniens autem cum operariis de denario in diem, misit eos in vineam suam.

3. Et egressus circa tertiam horam vidit alios stantes in foro otiosos.

4. Et dixit illis; Ite & vos in vineam (*meam;*) & quodcunque justum fuerit, dabo vobis.

5. Illi autem abierunt. Rursum autem egressus circa sextam, & nonam horam, fecit similiter.

6. Circa undecimam verò egressus, invenit alios stantes otiosos, & dixit illis, Cur hìc statis totum diem otiosi?

7. Dicunt illi; nemo nos conduxit. Dicit eis; abite (*ergò*) & vos in vineam, & quicquid fuerit justum, accipietis.

8. Vespera verò facta, dicit Dominus procuratori suo; Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à postremis usque ad primos.

9. Venientes itaque, qui circa undecimam horam (*venerunt,*) acceperunt singulos denarios.

10. Venientes autem & primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi: sed acceperunt etiam ipsi singulos denarios.

11. Accipientes verò, murmurarunt contra Patremfamilias,

12. Dicentes; quia hi novissimi unam horam laborarunt, & pares nobis eos fecisti, qui portavimus pondus diei & æstum.

13. At ille respondens uni eorum dixit; Amice, non facio tibi injuriam. Nonne denario pactus es mecum?

14. Tolle quod tuum est, & abi: volo autem huic novissimo dare, sicut & tibi.

15. Annon (*enim*) mihi licet, quod volo facere in meis (*rebus?*) An oculus tuus malus est, quod ego bonus?

h. e. qui semel abnegat

a) *Matt.* 19,30. *Marc.* 10,31. *Luc.* 13, 30.
16. Sic [a] novissimi erunt primi & primi novissimi. Nam [b] multi sunt vocati: sed pauci sunt electi.

b) *Matt.* 22,14.
17. Et [c] ascendens Jesus Hierosolymam, assumsit duodecim discipulos seorsim in via, & dixit illis.

c) *Matt.* 17,22. *Marc.* 9, 30. *Luc.* 9, 44. 10,33. *f.* *Luc.* 9, 2. 18,32. *f.*
18. Ecce, ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotibus, & Scribis, & condemnabunt Eum:
19. Et tradent Eum gentibus, ad illudendum & flagellandum Eum, & crucifigendum: sed tertia die resurget:

d) *Mar.* 10,35.
20. Tunc [d] accessit ad Ipsum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis, prociens & petens aliquid ab Ipso.
21. Ipse verò dixit illi; Quid vis? Dicit Ipsi; Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dextram Tuam, & alter ad sinistram Tuam in regno Tuo.
22. Respondens verò Jesus dixit; Nescitis, quid petatis. Potestisne bibere poculum, quod Ego sum bibiturus; & baptismate, quo Ego baptizor, baptizari? dicunt Ipsi; Possumus.
23. Tum dicit illis; Poculum quidem Meum bibetis; & baptismo, quo Ego baptizor, baptizabimini; sed sedere ad dextram Meam & sinistram Meam, non (*jam*) Meum est dare, nisi iis, quibus datum est à Patre Meo.
24. Et audientes decem (*reliqui*) indignati sunt de duobus fratribus.

e) *Marc.* 10,41. *Luc.* 22, 25
25. [e] Jesus verò vocavit eos ad Se, dixitque; Scitis, quod principes gentium dominentur illis, & magnates potestatem habeant in eas:
26. Non vos sic erit inter vos. Sed, Quisquis voluerit inter vos magnus fieri; esse debebit vester minister.
27. Et quisquis voluerit esse primus, esse debebit vester servus.

f) *Phil.* 2,7.
28. Sicut Filius hominis non venit, ut Ipsi ministretur, sed ut [f] ministret, & det animam Suam redemtionem pro multis.
29. Cæterum egredientibus illis ab Jericho, sequuta est Ipsum turba multa.

g) *Mar.* 10, 46. *Luc.* 18, 35.
30. Et, ecce, [g] duo cœci sedentes juxta viam, audientes quod Jesus transiret, clamarunt dicentes; Miserere nostri, Domine, Fili David.
31. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes; Miserere nostri, Domine, Fili David.
32. Et stetit Jesus ac vocavit eos, dixitque; Quid vultis, ut faciam vobis?
33. Dicunt ipsi; Domine, ut aperiantur nostri oculi.
34. Misertus ergò Jesus tetigit oculos eorum: & statim visum receperunt oculi eorum, & secuti sunt Ipsum.

CAP. XXI.

Partes habet septem. I. Est ingressus Christi in Hierosolymam super asino, acclamantibus discipulis & populo. à v. 1. II. Purgatio templi, & in eo aegrotorum sanatio à v. 12. III. Puerorum, Osannà acclamantium contra Pharisæos defensio. à v. 15. IV. Ficus à Christo arefacta. à v. 19. V. Quæstio Pharisæorum de potestate Christi egregiè repressa. à v. 23. VI. Parabola patris & duorum filiorum, pœnitentis & hypocritæ. à v. 28. VII. Parabola aliæ de Patrefamilias & filio à vinitoribus occiso, cum Judicio Pharisæorum, & expositione Christi. à v. 33.

a) *Marc.* 11, 1. *Luc.* 19, 29. *Joh.* 12, 14.
POstquam [a] quum appropinquarunt ad Hierosolymam, veneruntque in Bethaniam ad montem olivarum: tunc Jesus misit duos discipulos (*ex duodecim,*)
2. Dicens illis; abite in villam, quæ contra vos est: & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: solvite, & adducite Mihi:
3. Et si quis vobis dixerit quid, dicite; quia Dominus illis opus habet. Et confestim mittet eos.
4. Hoc autem totum factum est, ut impleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem:

b) *Zach.* 9, 9.
5. [b] Dicite filiæ Zion; ecce, Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asina, & super pullo, filio subjugalis.
6. Euntes autem discipuli fecerunt, sicut præceperat illis Jesus:
7. Et adduxerunt asinam & pullum: imposueruntque super eos vestimenta sua, & collocarunt Eum super illa:

c) *Joh.* 12, 13.
8. Plurima autem [c] turba stravérunt vestimenta sua in via: alii verò amputabant ramos de arboribus, & sternebant in via.
9. (*Reliqua*) portò turbæ, præcedentes & sequentes clamabant, dicentes;

d) *Psal.* 118, 26.
[d] Osanna Filio Davidis: benedictus qui venit in Nomine Domini: Osanna, in altissimis:
10. Et cum ingrederetur in Hierosolymam, commota est tota civitas, dicens; quis est hic?
11. Turbæ autem dicebant; Hic est Jesus, Ille Propheta, à Nazareth:

e) *Mar.* 11, 15. *Luc.* 19, 45.
12. Et intrâvit [e] Jesus in templum Dei, & ejecit omnes vendentes & ementes in templo: mensasque numulariorum evertit, & cathedras vendentium columbas.

f) *Esa.* 56, 7.
13. Et dicit illis: Scriptum est, [f] Domus Mea domus precationum vocabitur: vos verò eam fecistis speluncam latronum:
14. Et accesserunt ad Ipsum cœci & claudi in templo, & sanavi eos.
15. Videntes autem principes Sacerdotum & Scribæ miracula, quæ fecit, & pueros in templo clamantes; Osanna, Filio Davidis, indignati sunt.
16. Et dixerunt Ipsi; Audisne, quid hi dicant? Jesus autem dicit illis; Næ: g) *Psal.* 8, 3 nunquam legistis, [g] Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?
17. Et relinquens illos, exivit è civitate in Bethaniam; & diversatus est illic.

h) *Mar.* 11, 12.
18. Manè autem [h] revertens in urbem esurivit:
19. Et videns ficum unam in via, venit ad eam, sed nihil invenit in eâ, nisi folia tantùm. Ideò dixit illi; Ne posthac ex te fructus nascatur in æternum: unde arefacta est ex tempore ficus.
20. Quod videntes (*sequenti die*) discipuli admirati sunt, dicentes; quomodo ex tempore exaruit ficus?

i) *Matt.* 7, 7. *Marc.* 11, 24. *Luc.* 11, 9.
21. Respondens verò Jesus dixit illis; Amen, dico vobis; Si habueritis fidem, & non dubitaveritis, non tantùm id, quod in ficu, facietis, sed etiam si monti huic diceritis, Tollere, & projice te in mare, fiet:

k) *Mar.* 11, 27. *f.* *Luc.* 20, 1. *f.*
22. Et imò [i] omnia, quæcunque petieritis (*in Nomine Meo*) in deprecatione credentes, accipietis.
23. Quum [k] autem venisset in templum, accesserunt ad Eum docentem principes Sacerdotum, & Seniores populi; dicentes; Quâ autoritate hoc facis? & quis Tibi dedit istam potestatem?
24. Respondens autem Jesus dixit illis; Interrogabo vos & Ego, verbum aliquod: quod si dixeritis Mihi, Ego etiam vobis dicam, qua autoritate Ego hæc faciam.
25. Baptismus (*ergò*) Joannis unde fuit? è cœlo ne, an ex hominibus? Illi verò ratiocinabantur apud seipsos: si dixerimus; E cœlo: dicet nobis; Quare ergò non credidistis illi?
26. Sin autem dixerimus; Ex hominibus: timemus vulgus, omnes enim [l] habent Joannem, ut Prophetam. l) *Matt.* 14, 5.
27. Respondentes (*ergò*) Jesu dixerunt; Nescimus. Dixit illis & Ipse; (*ἰσαὰς*) nec Ego dico vobis; quâ autoritate hæc faciam.
28. Quid autem vobis videtur; Homo habebat duos filios, & accedens ad priorem dixit; Fili, vade, hodiè operare in vinea mea.
29. Ille autem respondens dixit; Non volo: posteà verò pœnitentia ductus abiit.
30. Et accedens ad alterum dixit similiter. At ille respondens dixit; Ego (*abibo*) Domine: sed non abiit.
31. Uter ex (*his*) duobus fecit voluntatem Patris? Dicunt ipsi, Prior. Dicit ipsis Jesus; Amen dico vobis, quod publicani & meretrices præcedent vos in regnum cœlorum.
32. Venit enim ad vos Joannes in viâ justitiæ, sed non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei; vos verò videntes, non pœnitentia ducti estis (*vel*) eandem, ut crederetis ei:

m) *Esa.* 5, 1. *Jer.* 2, 21 *Matt.* 12, 1. *Luc.* 20, 9.
33. Aliam parabolam audite. [m] Homo aliquis erat patersfamilias, qui plantavit vineam, & sepem ei circumposuit, & fodit in eâ torculat, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, ac peregrè abiit (*alibi habitaturus.*)
34. Quum autem appropinquavit tempus fructuum, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus.
35. Sed apprehendentes agricolæ ser-

vos ipsius, unum quidem ceciderunt virgis, alterum verò occiderunt, alium verò lapidarunt.

36. Iterùm misit alios servos, plures quàm priores : sed fecerunt illis similiter.

37. Tandem verò misit ad illos filium suum, dicens ; Reverebuntur filium meum.

38. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt inter se ; Hic est heres, venite, n) *Mat. 26, 3.* [n] occidamus eum, & possideamus hereditatem ejus : *Ioh. 11. 50. s.*

39 Et apprehendentes eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt.

40. Quum ergò venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis istis ?

41. Dixerunt Ipsi, Malos malè perder illos ; & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ipsi fructum in temporibus suis.

42. Dicit illis JESUS ; Nunquamne o) *Psal. 118, 22.* legistis in Scripturis ? [o] Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est *Act. 4. 11.* in caput anguli. A Domino factum est *Rom. 9, 33.* hoc, & est mirabile in oculis nostris.

43. Idcò dico vobis ; Auferetur à vo- *1. Pet. 2, 7.* bis regnum DEI, & dabitur genti facienti fructus ejus.

44. Et qui (*ex vobis*) ceciderit super lapidem hunc, confringetur ; super quem verò ipse ceciderit, commolet eum.

45. Tum audientes principes Sacerdotum & Pharisæi parabolas Ipsius, cognoverunt, quod de ipsis loqueretur.

46. Sed quærentes illi manus injicere, timuerunt vulgum ; quia (*saltem*) tanquam Prophetam Ipsum habebant.

CAP. XXII.

Partes habet quinq. I. Est parabola convivij nuptialis Regis. a v. 1. II. Tentatio Christi super quæstione census Cæsari. à v. 14. III. Disputatio cum Sadducæis super resurrectione mortuorum. a v. 23. IV. Pharisæus tentans de præcepto maximo, & ei Christus. a v. 34. V. Quæstio Christi de Filio David. Pharisæis soluibilis. a v. 42.

DEinde respondens JESUS iterùm dixit illis in parabolis, dicens ;

2. Simile [a] est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo ; a) *Matt. 25, 1. s. Luc. 14. 15. Apocal. 19, 7.*

3. Et misit servos suos, ut vocarent invitatos in nuptias : sed non voluerunt venire.

4. Iterum misit alios servos, dicens ; dicite invitatis ; Ecce prandium meum paravi, tauri mei & altilia mactata, & omnia parata : venite ad nuptias.

5. Illi verò negligentes abiverunt, unus (*quidem*) in proprium agrum, alter verò ad negotiationem suam.

6. Reliqui verò apprehendentes servos ipsius contumeliis affecerunt, & occiderunt.

7. Audiens autem Rex, indignatus est : & mittens exercitus suos perdidit homicidas istos, & urbem eorum succendit.

8. Tunc dicit servis suis ; Nuptiæ quidem paratæ : sed qui invitati sunt, non erant digni :

9. Ite ergò ad exitus viarum, & quoscunque invenietis, vocate ad nuptias.

10. Et egressi servi ejus congregaverunt omnes, quotquot invenerunt, malos pariter & bonos : & impletæ sunt nuptiæ discumbentibus.

11. Ingressus verò Rex, ut videret discumbentes, vidit ibi hominem non indutum veste nuptiarum :

12. Et dixit illi ; Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptiarum ? Ille verò obmutuit.

13. Tunc dixit Rex ministris ; Ligantes ejus pedes & manus, tollite eum, [b] & b) *Mat. 8, 12. 25, 30.* ejicite in tenebras exteriores : ibi erit fletus & stridor dentium.

14. Multi enim sunt vocati : pauci verò electi.

15. Tunc [c] abeuntes Pharisæi, consilium ceperunt, ut illaquearent Ipsum in c) *Mar. 12, 13. Luc. 20, 20.* verbo.

16. Et emittunt ad Ipsum discipulos suos cum Herodianis, dicentes ; scimus, quod verax sis, & viam DEI in veritate doceas neque cures quemquam : non enim respicis personam.

17. Dic ergò nobis ; Quid tibi videtur ? Licetne dare censum Cæsari ; an non (*licet ?*)

18. Cognoscens verò JESUS malitiam corum, dixit ; Quid Me tentatis, hypocritæ ?

19. Ostendite Mihi monetam census. Illi verò attulerunt ipsi denarium. Tum dicit illis ; Cujus est imago hæc, & inscriptio ?

20. Dicunt Ipsi ; Cæsaris. Tunc dixit d) *Rom. 13, 7.* illis ; [d] Date ergò Cæsari, quæ sunt Cæsaris : ea verò, quæ sunt DEI, DEO :

21. Quod audientes mirati sunt : dimittentesque Ipsum abiverunt.

22. In illa die accesserunt ad Ipsum e) *Mat. 12, 18. Luc. 20, 27. Act. 23, 6, 8.* Sadducæi, dicentes ; [e] non esse resurrectionem ; quæsieruntque Ipsum,

23. Dicentes ; Magister, [f] Moses dixit ; Si quis mortuus fuerit, non habens f) *Deut. 25, 5.* liberos, ut ducat frater ejus uxorem, & suscitet semen fratri suo.

24. Jam verò erant apud nos septem fratres. Et primus uxorem ducens mortuus est : & quia semen non habebat, reliquit uxorem suam fratri suo.

25. Similiter etiam secundus, & tertius, usque ad septimum.

26. Postremò autem omnium mortua quoque est mulier.

27. In resurrectione igitur cujus inter septem erit uxor ? omnes enim habuerunt illam.

28. Respondens verò JESUS dixit illis : Erratis, quia non scitis Scripturam, neque (*ex Scriptura*) potentiam DEI.

29. Nam neque uxores ducent, neque nuptui dabuntur, sed sunt ut angeli DEI in cœlo.

30. De resurrectione verò mortuorum, g) *Exod. 3, 6.* annon [g] legistis, quod vobis dictum est à DEO, dicente ;

31. Ego sum DEUS Abraham, & DEUS Isaac, & DEUS Jacob ? Non est DEUS DEUS mortuorum, sed vivencium.

32. Cum ergò audirent populi, obstupuerunt super doctrina Ipsius. h) *Mar. 12, 28.*

33. Pharisæi [h] autem audientes, quod os obstruxisset Sadducæis, convenerunt in unum. i) *Luc. 10, 25.*

34. Et interrogavit (*Eum*) unus [i] ex eis, Legisperitus, tentans Ipsum, & dicens ; Magister, quodnam est mandatum magnum (*præ omnibus*) in Lege ?

35. JESUS verò dixit illi ; [k] Diliges k) *Deut. 6, 5.* Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, *Luc. 10, 27.* & in tota anima tua, & in tota mente tuâ.

36. Hoc est primum & (*præ omnibus*) magnum mandatum :

37. Secundum autem simile est illi, Diliges proximum tuum, sicut teipsum. l) *Lev. 19, 18. Marc. 12, 31.*

38. In his duobus mandatis, Lex & Prophetæ pendent.

39. Congregatis autem Pharisæis, [m] interrogavit eos JESUS. m) *Mar. 12, 35. Luc. 20, 41.*

40. Dicens ; Quid vobis videtur de CHRISTO ? Cujus filius est ? Dicunt Ipsi ; Davidis (*tantùm.*)

41. Dicit illis : quomodo ergò David in Spiritu (*Sancto*) Dominum Ipsum vocat, [n] dicens ; n) *Psal. 110, 1.*

42. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris Meis, donec ponam inimicos Tuos scabellum pedum Tuorum.

43. Si ergò David vocat Ipsum Dominum : quomodo Filius ejus (*tantùm*) est.

44. Et nemo poterat Ipsi respondere verbum : neque ausus fuit quisquam ex eo die interrogare Ipsum amplius.

CAP. XXIII.

Partes habet tres. In I. Christus officium Scribarum & Pharisæorum in cathedra Moysi commendat & a vitijs & operibus eorum dehortatur. a v. 1. In II. Hypocrisin eorum & duplices Væ damnat : & futuram fidelium à Christo mittendorum persecutionem prædicit. à v. 13. In III. Hierosolyma incredulitatem accusat, & interitum comminatur. a v. 37.

TUnc JESUS locutus est ad turbas, & ad discipulos Suos.

2. Dicens : Super Moysis cathedra consederunt Scribæ & Pharisæi,

3. Omnia itaque, quæcunque præceperint vobis servare, servate & facite : ex ta verò opera eorum, ne facite. Nam dicunt, quæ (*ipsi*) non faciunt.

4. Ligant [a] enim opera gravia & non a) *Luc. 11, 46.* portabilia, atque imponunt super humeros hominum : digito autem suo non volunt movere illa.

5. Omnia autem opera sua faciunt, ut

spectentur ab hominibus: ilti autem dilatant [b] phylacteria ſua, & magnificant fimbrias palliorum ſuorum.

6. Unde amant etiam [c] primos accubitus in cœnis, & primas ſedes in Synagogis,

7. Quin (*amant*) ſalutationes (*publicas*) in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi, (*honoris cauſa.*)

8. Vos verò nolite vocari Rabbi. Unus enim eſt veſter Magiſter, CHRISTUS, omnes autem vos fratres eſtis.

9. Et patrem ne vocetis veſtrum in terra (*ambitioſè quenquam.*) [d] Unus namque eſt Pater veſter, qui in cœlis eſt.

10. Neque vocemini Magiſtri: Unus enim veſter eſt Magiſter, CHRISTUS:

11. Qui verò maximus eſt veſtrum, erit miniſter veſter.

12. Quiſquis verò [e] ſe exaltaverit, humiliabitur: & quiſquis humiliaverit ſe, exaltabitur.

13. Væ autem vobis, Scribæ & Phariſæi, hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum coram hominibus: Vos enim non intratis, nec (*quantum in vobis*) eos, qui intrare volunt, permittitis intrare.

14. Væ vobis, Scribæ & Phariſæi, hypocritæ, quia [f] comeditis domos viduarum; idque prætextu, quod prolixè oretis: propter hoc accipietis abundantius (*damnationis*) judicium.

15. Væ vobis, Scribæ & Phariſæi, hypocritæ! quia circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum: & quum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ, duplo magis, quàm vos (*eſtis.*)

16. Væ vobis, duces cœci: quia dicitis; Quicunque juraverit per templum, nihil eſt: quicunque verò juraverit per aurum templi, reus eſt (*& juramentum eum obligat.*)

17. Stulti & cœci! utrum enim majus eſt? aurum, an templum, quod ſanctificat aurum?

18. Item; Quicunque juraverit per altare, nihil eſt: quicunque verò juraverit per donum, quod ſuper illo eſt, reus eſt.

19. Stulti & cœci! utrum enim majus donum?

20. Qui ergò juraverit per altare? jurat per illud & per omne id, quod ſuper illo eſt.

21. Et qui juraverit per templum: jurat [g] per illud, & per Eum, qui habitat in illo.

22. Et qui juraverit per cœlum: jurat per thronum DEI, & per Eum, qui ſedet ſuper illo.

23. Væ vobis, Scribæ & Phariſæi, hypocritæ! Quia [h] decimatis mentham, & anethum, & cuminum: & reliquiſtis, quæ graviora ſunt Legis, judicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

24. Duces cœci, excolantes culicem; camelum autem deglutientes.

25. Væ vobis, Scribæ & Phariſæi, hypocritæ! quia [i] purgatis exterius poculi & patinæ (*aquæ;*) interiora verò plena ſunt rapina & intemperantia.

26. Phariſæe cœce, purga prius interius poculi & patinæ, ut fiat etiam exterius mundum.

27. Væ vobis, Scribæ & Phariſæi, hypocritæ! quia ſimiles vos facitis ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent pulchra; intùs verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni immunditie.

28. Sic etiam vos foris quidem apparetis hominibus juſti: intùs verò pleni eſtis hypocriſi & iniquitate,

29. Væ vobis Scribæ & Phariſæi, hypocritæ! quia ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta juſtorum.

30. Et dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non fuiſſemus participes eorum in ſanguine Prophetarum:

31. Itaque teſtamini contra vos ipſos, quod filii ſitis eorum, qui occiderunt prophetas;

32. Et vos implete menſuram (*malitiæ*) patrum veſtrorum.

33. Quomodo (*enim*) ò ſerpentes, progenies viperarum, effugietis judicium gehennæ?

34. Propterea, ecce, Ego [k] mitto ad vos Prophetas, Sapientes, & Scribas: jam verò ex ipſis (*quoſdam*) occidetis & crucifigetis; ex iiſdem (*quoſdam*) flagellabitis in Synagogis (*etiam*) veſtris, & perſequemini ex urbe in urbem.

35. Ut (*meritò*) veniat ſuper vos (*tanquam participes*) omnis ſanguis juſtus, [l] effuſus ſuper terram, à ſanguine Abelis juſti, uſque ad ſanguinem [m] Sachariæ, filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.

36. Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem hanc.

37. (*Quare*) [n] ò Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis prophetas (*nunc & olim,*) & lapidas miſſos ad te: quoties voluì congregare liberos tuos, eo modo, quo congregat gallina pullos ſuos ſub alas: ſed non voluiſtis (*tu & liberi tui.*)

38. (*Propterea*) ecce relinquitur vobis domus deſolata.

39. Dico enim vobis; Non Me videbitis poſthac, donec dicatis; Benedictus veniens in Nomine Domini.

CAP. XXIV.

Partes habet tres. In I. Chriſtus prædicit templi & urbis hieroſolymitanæ everſionem uſq; ad finem. à v. 1. In II. ſecundum adjudicium adventum ſuum confirmat, & antecedanea tempora deſcribit. à v. 29. In III. ob incertitudinem ejus ad vigilantiam piam adhortatur. à v. 36.

DEinde egreſſus JESUS abivit à templo: & acceſſerunt diſcipuli Ipſius [a] ad oſtendendum Ipſi ſtructuras templi.

2. JESUS verò dixit illis; Videtis omnia hæc? Amen dico vobis, non relinquetur hìc lapis ſuper lapide, qui non diſſolvetur.

3. Conſidente autem Ipſo ſuper monte olivarum, acceſſerunt (*iterum*) ad Ipſum diſcipuli ſeorſim, dicentes; Dic nobis, quando iſta fient? inprimis, quodnam ſignum Tui adventus (*ſecundi*) & conſummationis ſeculi, (*de quibus etiam locutus es?*)

4. Tum reſpondens JESUS dixit illis;

5. Videte, ne quis vos ſeducat; Multi enim venient (*etiam*) ſub Nomine Meo, dicentes; Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.

6. Audituri autem eſtis bella, & rumores bellorum. Videte (*verò*) ne turbemini. Oportet enim (*iſta*) omnia alias fieri: ſed nondum erit finis.

7. Excitabitur namque gens contra gentem, & regnum contra regnum: erunt etiam peſtilentiæ, & fames, & terræ motus diverſis locis.

8. Omnia verò hæc (*erunt ſpatium*) initium dolorum.

9. Tunc [b] tradent vos in afflictionem, & occident vos, & eritis odio habiti ab omnibus gentibus, propter Nomen Meum.

10. Imò tunc ſcandalizabuntur multi, & ſe invicem tradent, & odio habebunt ſe invicem: & hæc omnia propter Nomen Meum.

11. Multi etiam Pſeudoprophetæ exurgent, & ſeducent multos.

12. Et quia multiplicabitur iniquitas, frigeſcet charitas multorum.

13. Qui verò perſevetans erit uſque in finem, hic ſalvabitur.

14. Prædicabitur tamen hoc Evangelium regni in toto orbe in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc (*demum*) veniet finis.

15. Cum itaque videritis abominationem deſolationis, prædictam [c] à Danjele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, probè notet.

16. Tunc qui in Judæa (*terra plana*) ſunt, fugiant in montes;

17. Qui ſuper domo (*in tecto*) eſt, ne deſcendat ad tollendum quid è domo ſua.

18. Et qui in agro, ne reverſatur (*domum*) retrò, ad tollendum veſtimenta ſua.

19. Væ verò in utero gerentibus, aut lactentibus in diebus illis.

20. Orate verò, ne fiat fuga veſtra in hyeme, neque in Sabbatho.

21. Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſque nunc, nec fiet.

22, Imo

a) Nū. 15,38. Deuter. 6,8. 22,12.
b) Matt. 23,5. Luc. 11, 43. 20,46.
c) Matt. 23,6. Luc. 11, 43. 20,46.
d) Mal. 1,6. Epheſ. 3, 14. ſ.
e) Luc. 14,11. 18,14.
f) Luc. 20,47.
g) 1. Reg. 8,13. 2. Par. 6,2.
h) Luc. 11,42.
i) Luc. 11,39. ſ.
k) Luc. 11,49.
l) Gen. 4,8. Hebr. 11, 4.
m) 2. Par. 24, 21. 22. Luc. 11,51.
n) Luc. 13,34.
a) Mar. 13, 1. Luc. 21,5.
b) Ioh. 15,20. 16,2. ſ.
c) Dan. 9,27.

de radicali malo actuali in poſtiris

de radicali malo actuali in poſtiris

nomen pro fide verbatim fidei in parte, ſocietate & in orbe ut præventum

22. Imò nisi abbreviarentur dies isti, non conservaretur ulla caro: sed propter electos abbreviabuntur dies isti.

d) Mar. 13,21 Luc. 17, 23. 23. Tunc si [d] quis dixerit vobis; Ecce, hic est Christus, aut ibi, ne credite.

c) Luc. 21, 8. 24. [e] Surgent enim falsi Christi & falsi prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ut in errorem inducant, si possibile, etiam electos.

25. Ecce, prædixi vobis.

26. Si ergò dixerint vobis; Ecce, in deserto est: nolite exire; Ecce, in penetralibus; nolite credere.

27. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet usque ad occidentem: ita erit etiam adventus Filii hominis.

28. Ubicunque enim fuerit cadaver, illic congregabuntur etiam aquilæ:

f) Marc. 13,24. Luc. 21, 25. 29. Statim autem post afflictionem dierum istorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur.

30. Et tunc apparebit signum Filii hominis: & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute & gloria.

g) 1. Thess. 4, 16. 31. Sed (*contra*) mittet [g] Angelos suos cum tubæ voce magnâ, & congregabunt electos ipsius (*latantes*) à quatuor ventis, à terminis cœlorum usque ad (*alteros*) terminos eorum.

h) Mar. 13,28. Luc. 21, 29. 32. Ab arbore ficus discite parabolam. Quando jam ramus ejus fit tener, & folia ejus enata, scitis, quod propè æstas:

33. Sic etiam vos, quando videritis omnia ista cognoscite, quod propè sint præ foribus.

34. Amen (*verò*) dico vobis; Non præteribit generatio hæc, donec omnia

i) Marc. 13,31. Luc. 21 hæc fiant.

33. 35. [i] Cœlum & terra transibunt, verba autem Mea non transibunt.

k) Mar. 13,32. 36. De die tamen illa & hora nemo

l) Gen. 7,7. Luc. 17 27. scit, ne angeli quidem cœlorum, sed Pater Meus solus,

37. Sed (*potiùs*) sicut (*erant*) [l] dies Noe: Sic etiam erit adventus Filii hominis.

38. Quemadmodum enim erant in diebus, qui ante diluvium (*fuerunt*) edentes & bibentes; contrahentes matrimonium, & nuptui dantes (*securè & hilariter*) usque ad eum diem, quo intravit Noë in arcam:

39. Et non cognoverunt, donec veniret diluvium, & tolleret universos: sic etiam erit adventus Filii hominis.

40. Tunc duo erunt in agro; unus assumetur, alter derelinquetur.

41. Duæ (*mulieres erunt*) molentes: una assumetur, altera derelinquetur.

m) Mar. 13,33. 42. Vigilate ergò: quia [m] non scitis, quâ hora Dominus vester venturus sit.

n) Luc. 12,39. 43. Illud verò cognoscite, si sciret [n] paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam.

44. Propterea etiam vos estote parati, quia quâ hora non putatis, Filius hominis veniet.

o) Luc. 12,42. 45. Quis ergò (*inter vos*) est [o] fidelis servus & prudens, quem constituerit Dominus ejus super famulitium suum, ut det illis cibum in tempore?

46. Beatus servus hic, quem veniens Dominus invenerit facientem ita.

47. Amen (*enim*) dico, quod super omnia bona sua constituturus sit eum.

48. Si verò dixerit malus servus ille in corde suo, moratur Dominus meus venire.

49. Ceperitque verberare consservos, edere verò & bibere cum ebriosis.

50. Veniet Dominus servi hujus in die, qua non expectat, & in hora, quam non novit:

51. Et dissecabit eum, & partem (*sortem*) ejus eum hypocritis ponet. Ibi [p] est planctus & stridor dentium.

p) Matt. 13,42. 25,30.

CAP. XXV.

Parres habet tres. I. Est parabola decem virginum sponsum expectantium. à v. 1. II. Parabola Domini peregrè abeuntis, & servos suis talenta dantis, à v. 14. III. Descriptio extremi adventus & judicij Christi. à v. 31.

Tunc

TUnc simile fiet regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exiverunt in occursum sponsi.

2. Quinque autem erant ex ipsis prudentes: quinque verò stultæ.

3. Quæ (*erant*) stultæ; accipientes lampades suas, non acceperunt oleum:

4. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus suis.

5. Tardante verò Sponso, dormitarunt (*quidem*) omnes, & obdormierunt.

6. Media autem nocte, clamor factus est; Ecce, Sponsus venit, exite in occursum ejus.

7. Tum excitatæ sunt (*quidem*) omnes virgines istæ, & adornarunt lampades suas.

8. Verùm stultæ prudentibus dixerunt date nobis de oleo vestro; quia lampades nostræ extinguuntur.

9. Verum respondentes prudentes, dicentes; ne fortè non sufficiat nobis & vobis: abite verò potius ad vendentes, & emite vobis ipsis.

10. Abeuntibus autem illis ad emendum, venit sponsus, & paratæ (*illæ*) ingressæ sunt cum ipso ad nuptias, & clausum est.

11. Tandem verò veniunt etiam reliquæ virgines, dicentes; Domine, Domine, aperi nobis.

12. Ille verò respondens dixit; Amen, dico vobis, non novi vos.

13. Quare [a] vigilate, quia non novistis diem, neque horam, in qua Filius hominis venturus est.

a) Matt. 24,42. Marc. 13,33.

14. Nam (*ita se habet ille.*) [b] quemadmodum homo, (*qui*) abiens peregrè, vocavit proprios servos, & tradidit illis facultates suas.

b) Mar. 13,34. Luc. 19, 12.

15. Et huic quidem dedit quinque talenta; isti verò duo, illi autem, unum: unicuique juxta propriam facultatem. Tumque peregrè abivit statim.

16. Abiens verò is, qui quinque talenta accepit, negotiatus est cum iis, & lucratus alia quinque talenta.

17. Similiter etiam is, qui duo (*accepit,*) lucratus est etiam ipse alia duo.

18. Qui autem unum accepit, abiens effodit terram, & abscondidit (*ibi*) argentum Domini sui.

19. Post tempus autem longum venit Dominus servorum istorum, & ponit cum iis rationem (*quid egissent interim.*)

20. Tum accedens, qui quinque talenta acceperat, attulit alia quinque talenta, dicens, Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce, alia quinque talenta lucratus sum per ea.

21. Dixit verò illi Dominus illius; Benè! serve bone & fidelis: quia super pauca eras fidelis, super multa te constituam. Ingredere (*itaq;*) in gaudium Domini tui (*tibi paratum.*)

22. Accedens verò etiam, qui duo talenta acceperat, dixit; Domine, duo talenta mihi tradidisti, ecce, alia duo talenta lucratus sum per illa.

23. Dixit illi Dominus illius; Benè! serve bone & fidelis: quia super pauca eras fidelis, super multa constituam te. Ingredere in gaudium Domini tui (*tibi paratum.*)

24. Accedens verò etiam, qui unum talentum acceperat, dixit; Domine, novi te, quod durus sis homo, metens, ubi non seminasti, & colligens, ubi non dispersisti.

25. Timens itaque (*te*) abivi & abscondidi talentum tuum in terra; ecce, habes, quod tuum.

26. Indignatus verò Dominus ejus, dixit illi; Prave serve, & piger, sciveras me, quod metam, ubi non seminaveram, & colligam, ubi non dispersseram?

27. Oportebat ergò te, exponere argentum meum mensariis, ut veniens ego recepissem, quod meum, cum fœnore.

28. Tollite ergò ab eo talentum, & date habenti decem talenta.

c) Matt. 13,12. Marc. 4,25. Luc 8,18 29. [c] Habenti namque omni dabitur, ut abundet: ab eo autem, qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

30. Servum autem inutilem ejicite in tenebras exteriores: ibi erit planctus & stridor dentium.

31. Quando verò venerit Filius hominis in gloria suâ, & omnes sancti Angeli cum Ipso: tunc sedebit super throno gloriæ Ipsius (*judiciali.*)

c 32. Et

32. Et congregabuntur coram Ipso omnes gentes, & separabit eas ab invicem, sicut pastor *(aliquis)* separat oves ab hircis.

33. Et statuet quidem oves è dextris Suis; hircos verò è sinistris.

34. Tunc dicet Rex iis, qui è dextris; Venite, benedicti patris Mei, tanquam hereditatem possidete paratum vobis regnum à fundatione mundi.

d) *Esa. 58, 7. Ez. 18, 7* 35. Nam [d] Esurivi, & dedistis Mihi, quod ederem: sitivi, & potastis Me: peregrinus fui, & collegistis Me *(in domum vestram hospitem.)*

c) *Sir. 7, 39.* 36. Nudus fui, & circumduistis Me: ægrotus fui, & [e] visitastis Me: in custodia fui, & venistis ad Me.

37. Tunc respondebunt Ipsi justi, dicentes; Domine, quando Te vidimus esurientem, & autrivimus Te: aut sitientem, & potavimus Te?

38. Quando verò vidimus Te peregrinum, & collegimus Te *(in domum;)* aut nudum, & circumduimus?

39. Quando verò vidimus Te ægrotum, aut in custodia, & venimus ad Te?

40. Sed respondens Rex dicet illis; Amen, dico vobis; in quantum fecistis *(tale quid)* uni ex his fratribus Meis minimis, Mihi fecistis.

f) *Ps 6, 9 Matt. 7, 23. Luc. 13, 27.* 41. Tunc dicet etiam iis, qui è sinistris, [f] discedite à Me, maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo & angelis ejus.

42. Nam Esurivi, & non dedistis Mihi, quod ederem: sitivi, & non potastis Me:

43. Peregrinus eram, & non collegistis Me: nudus, & non circumduistis Me: ægrotus, & in custodia, & non visitastis Me.

44. Tunc respondebunt Ipsi etiam isti, dicentes; Domine, quando *(enim)* Te vidimus esurientem, aut sicientem, aut peregrinum, aut nudum, aut ægrotum aut in custodia & non ministravimus Tibi.

45. Tunc respondebit illis, dicens; Amen, dico vobis; In quantum *(talia)* non fecistis uni ex istis minimis, neque Mihi fecistis.

g) *Joh. 5, 29.* 46. Et [g] abibunt hi in pœnam æternam: justi verò in vitam æternam.

CAP. XXVI.

Partes habet septem. I. Est consilium Sacerdotum & Seniorum de Christo occidendo, & contractus cum Juda de eo tradendo; cum occasione ejus, unctione Christi in Bethania. à v. 1. II. Ultimum Christi Pascha, & ejus loco institutio S. Cœna. à v. 17. III. Traditio Christi de sui traditione & desertione. à v. 30. IV. Preces & passio in horto Gethsemane. à v. 36. V. Captivitas Christi, & discipulorum, etiam Petri, Malchi percussoris, fuga. à v. 45. VI. Christi ad Kaipham deductio, examen, damnatio & illusio. à v. 57. VII. Petri verò abnegatio. à v. 69.

ET factum est, quando absolvit Jesus omnia verba ista, dixit, discipulis Suis;

2. Scitis, quod post duos dies Palcha faciendum sit *(Judæis ex more:)* at Filius hominis tradetur, ut crucifigatur.

3. Tunc *(namq; jam)* se congregaverant Pontifices, & Scribæ, & Seniores populi *(qui Sanhedrin faciebant)* in aulam Sacerdotis magni, dicti Cajapha,

4. Et consilium inierant, ut Jesum caperent, & occiderent.

5. Dixerant autem; Non in ipso festo, ne tumultus fiat in populo.

6. Jesu autem *(paulo antè)* existente [a] in Bethania in domo Simonis leprosi. a) *Mar. 14, 3.*

7. Accessit Ipsi mulier, alabastrum balsami habens pretiosi, & effudit super caput ipsius, cùm accumberet.

8. Videntes verò *(hoc)* discipuli Ipsius indignati sunt, dicentes; Ad quid perditio hæc?

9. Poterat namque hoc balsamum vendi pluris, & *(pecunia inde comparata)* dari pauperibus.

10. Cognoscens autem Jesus dixit illis; quid tædia præbetis *(huic)* mulieri; opus namque bonum operata est erga Me.

11. Nam semper pauperes habetis vobiscum: Me verò non semper habebitis.

12. *(Certè)* namque dum effudit hæc balsamum super corpus Meum, ad *(significandum)* in sepulchrum positionem Mei fecit.

13. Amen,

13. Amen, dico vobis, ubicunque prædicabitur Evangelium hoc in toto mundo, perhibebitur etiam *(cum laude,)* quod fecit hæc, in *(bonam)* memoriam ejus.

b) *Mar. 14, 10. Luc. 22, 3, 4.* 14. Tunc abiens [b] unus ex duodecim, dictus Judas Iscariotes ad Pontifices,

15. Dixit; Quid vultis mihi dare? tum ego vobis tradam Ipsum. Hi verò constituerunt ei triginta argenteos.

16. Et ex tunc quæsivit occasionem *(commodam,)* ut Ipsum traderet.

c) *Marc. 14, 12. Luc. 22, 7, 8.* 17. Verum prima azymorum [c] accesserunt discipuli *(isti)* ad Jesum, dicentes; ubi vis, paremus Tibi ad comedendum Pascha?

18. Ipse verò dixit; *(Benè: ergò)* abite in urbem ad certum, & dicite illi; Magister dicit; tempus Meum adest, apud te faciam Pascha cum discipulis Meis.

19. Et fecerunt discipuli, quemadmodum præcepit illis Jesus, & paraverunt Pascha.

d) *Mar. 14, 18. Luc. 22, 21. Joh. 13, 22.* 20. Vespera [d] verò facta discubuit cum *(discipulis)* duodecim.

21. Comedentibus autem Illis *(adhuc)* dixit; Amen, dico vobis, quod unus ex vobis traditurus sit Me *(Judas.)*

22. Et tristes facti valdè, ceperunt dicere Ipsi unus quisque eorum; Num ego sum, Domine?

23. Ipse verò respondens dixit; Qui intingit Mecum in paropsidem manum, ille Me tradet.

24. Filius quidem hominis abit, quemadmodum scriptum est de Ipso: væ verò homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum esset illi, si non natus esset homo iste.

25. Respondens verò *(tandem)* Judas, traditurus Ipsum, dixit; Numquid ego sum, Rabbi? Dicit ei; tu dixisti.

e) *Mar. 14, 22. Luc. 22, 19. 1. Cor. 11, 23.* 26. Edentibus autem illis, [e] accipiens Jesus panem *(de mensa)* & *(singulari modo)* benedicens, fregit & dedit discipulis, & dixit; accipite, comedite, hoc est corpus Meum.

27. Et *(mox)* accipiens poculum, & gratias agens, dedit illis, dicens; Bibite ex eo omnes.

28. Hoc enim est sanguis Meus, ille novi Testamenti, qui pro multis effunditur *(certò)* in remissionem peccatorum.

29. Dico verò *(denuò)* vobis, quod non bibiturus sim à nunc ex hoc genimine vitis, usque ad diem illam, quando id bibero vobiscum novum in regno Patris Mei *(cum gaudio.)*

30. Posteà postquam hymnum dixerunt, exiverunt *(excepto Juda)* in montem olivarum.

f) *Mar. 14, 27. Joh. 16, 32.* 31. Tunc dicit illis Jesus; Omnes [f] vos scandalizabimini *(peccando)* contra Me in nocte hac: [g] scriptum enim est; percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.

g) *Zach. 13, 7.*

32. Postquam verò resuscitatus fuero, [h] præibo vobis in Galilæam.

h) *Mar. 16, 7.*

33. Respondens autem Petrus dixit Ipsi; Etiamsi omnes scandalizati fuerint in Te, ego nunquam scandalizabor.

34. Dicit illi Jesus; Amen, dico tibi, quod [i] in hac nocte, antequam gallus cantaverit, ter abnegaturus sis Me.

i) *Joh 13, 38.*

35. Dicit ipsi Petrus; Etiamsi oporteret me Tecum mori, non abnegaturus essem Te. Similiter etiam omnes discipuli locuti sunt.

k) *Mar. 14, 32. Luc. 22, 39. Joh. 18, 1.* 36. Tunc venit cum ipsis Jesus [k] in prædium, dictum Gethsemane, & dicit discipulis *(reliquis;)* Sedete hic, donec abiero, & precatus fuero ibi.

37. Assumens autem Petrum & duos filios Zebedæi, incepit affici dolore & mœstitia.

38. Tunc dixit *(etiam)* illis; mœsta tota est anima Mea usque ad mortem, manete *(ergò)* hic, & vigilate *(precantes)* Mecum *(pro vobis.)*

39. Et progressus paululum, cecidit super faciem Suam precans, & dicens; Pater Mi, si possibile est, transeat à Me calix hic: veruntamen non sicut Ego volo, sed sicut Tu.

40. Et *(mox)* venit ad discipulos, & invenit eos dormientes; Dicit ergò Petro; Adeò non valetis unam horam vigilare Mecum?

41. Vigilate *(saltem deinceps)* & orate, ne ingrediamini in tentationem. Equidem

dem Spiritus promtus est; caro verò infirma.

42. Rursum ex secunda (*vice*) abiit, & precatus est, dicens; Pater Mi, si non potest hoc poculum transire à Me, nisi bibero illud, fiat voluntas Tua.

43. Et veniens invenit eos iterum dormientes, erant enim oculi eorum gravati.

44. Et relinquens eos, abiens iterum, precatus est ex tertia (*vice*,) idem verbum dicens.

45. Tunc venit ad discipulos Suos, & dicit illis (*reprehendens*;) Dormite modò, & requiescite vobis. (*Atqui*) ecce adest hora, & Filius hominis traditur in manus peccatorum.

46. Surgite, eamus: ecce propè est, qui Me tradit.

47. Et adhuc ipso loquente, ecce, Judas ex duodecim unus venit, & cum ipso turba multa cum gladiis & lignis, à Pontificibus & Senioribus populi (*accepta.*)

48. Qui autem tradebat Ipsum, dedit illis signum, dicens; quem ego osculatus fuero, Ipse est, prehendite Eum.

49. Et statim accedens ad JESUM dixit; Salve Rabbi, & osculatus est Ipsum.

50. JESUS verò dixit illi; Amice, cujus causa ades? tunc accedentes (*tandem*) injecerunt manus in JESUM, & prehenderunt Ipsum (*permittentem Se illis.*)

51. Et, ecce, unus (*quidem*) eorum, qui cum JESU (*erant,*) extendens manum, extraxit gladium suum, & percutiens servum Pontificis, abstulit ejus aurem.

52. Tunc dixit illi JESUS, abscondе tuum gladium in locum (*vagina*) omnes enim [m] accipientes gladium, per gladium perire debent.

53. Aut, putasne, quod non possem nunc, rogare Patrem Meum, & facere assistere Mihi plures quam duodecim legiones Angelorum?

54. Quomodo ergò implerentur Scripturæ, quod sic oportet fieri?

55. In ista hora dixit JESUS turbis; quasi contra latronem (*seditiosum*) exivistis cum gladiis, & lignis, ad capiendum Me: (*atqui*) quotidie apud vos sedi docens in templo, & non prehendistis Me:

56. Hoc autem totum factum est, ut implerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes dereliquerunt Ipsum, & fugerunt.

57. Illi verò, qui prehenderant JESUM, [o] abduxerunt (*tandem*) ad Kajapham Sacerdotem magnum, ubi Scribæ & Seniores congregati (*interim*) erant.

58. Petrus verò secutus est Ipsum è longinquo, usque ad aulam Sacerdotis magni, & ingressus intrò sedit cum ministris, spectaturus finem.

59. Pontifices verò, & Seniores, & Synedrium totum quærebant falsos testes contra JESUM, ut Ipsum morti traderent.

60. Sed non invenerunt. Et multis falsis testibus accedentibus, non (*tamen*) invenerunt (*idoneos ullos.*) Tandem verò accedentes duo falsi testes,

61. Dixerunt; Hic [o] dixit, possum dissolvere templum DEI, & per dies tres ædificare.

62. Et surgens Sacerdos magnus dixit Ipsi; Nihilne respondes; quicquid hi contra Te testentur?

63. JESUS autem tacuit. Ideò respondens Sacerdos magnus dixit Ipsi; adjuro Te per DEUM viventem, ut nobis dicas, nam Tu es CHRISTUS, filius DEI.

64. Dicit illi JESUS; Tu dixisti: verumtamen dico vobis; ex nunc [p] videbitis Filium hominis sedentem ex dextris potentiæ & (*tandem*) venientem super nubibus cœli.

65. Tunc Sacerdos magnus dissupit vestimenta sua, dicens; Omninò blasphemavit, quid amplius opus habemus testibus, ecce, nunc audivimus blasphemiam Ipsius.

66. Quid vobis videtur? illi verò respondentes dixerunt; reus mortis est.

67. Tunc [q] expuerunt in facies Ejus, & colaphis exceperunt (*ministri*) Ipsum; alii palmis Eum percusserunt,

68. Dicentes; Propheta nobis CHRISTE, quis est, qui percussit Te?

69. Petrus autem foris [r] sedebat in aula, & accessit ad eum una puella (*ancilla,*) dicens; Etiam tu eras cum JESU Galilæo.

70. Ille

70. Ille autem negavit coram omnibus (*præsentibus*) dicens; non scio, quid dicas.

71. Exeuntem autem eum in vestibulum vidit alia, & dixit iis, qui ibi (*erant,*) Etiam hic erat cum JESU Nazareno.

72. Sed rursus negavit cum juramento; omninò non novi hominem.

73. Verum post parùm (*temporis*) accedentes, qui (*ibi*) stabant, dixerunt Petro; Reverà etiam tu ex istis es. Saltem enim loquela tua manifestum te facit.

74. Tunc incepit devovere se, & jurare; omninò non novi hominem. Et statim gallus cecinit.

75. Unde recordatus est Petrus verbi JESU, qui dixerat illi; Utique antequam gallus cecinerit, ter abnegabis Me. Ideò exiens foràs, ploravit amarè.

CAP. XXVII.

Tartes habet septem. I. Est Juda interitus. à v. 1. II. Christi coram Pilato accusatio, examinatio & condemnatio. à v. 11. III. In prætorio flagellatio. à v. 27. IV. Eductio & crucifixio. à v. 31. V. In cruce illusio, verba, & mors. à v. 33. VI. Post mortem miracula, & sepultura. à v. 51. VII. Sepulchri custodia. à v. 62.

MAtuta [a] autem facta, consilium ceperunt omnes Pontifices & Seniores populi contra JESUM, ut morti darent Ipsum.

2. Ligantes itaque Illum abduxerunt, & tradiderunt Ipsum Pontio Pilato præsidi.

3. Tunc videns Judas, qui tradiderat Ipsum, quod condemnatus esset, pœnitens retulit triginta argenteos Pontificibus & Senioribus,

4. Dicens; Peccavi, quia tradidi sanguinem innocentem: illi verò dixerunt; Quid hoc ad nos? Tu vide.

5. Tum projiciens argenteos in templo, [b] discessit, & abiens strangulavit se.

6. Pontifices autem accipientes argenteos dixerunt. Non licet conjicere eos in arcam sacræ pecuniæ: quandoquidem pretium sanguinis est.

7. Consilium verò capientes, [c] emerunt ex iis agrum figuli (*alicujus*) in sepulturam peregrinorum.

8. Propterea vocatus est ager iste, ager sanguinis, usque ad hodiernum (*diem.*)

9. Tunc impletum est, quod [d] dictum est per Jeremiam Prophetam dicentem:

10. Et sumserunt triginta argenteos, pretium æstimati, quem emerant à filiis Israëlis: & dederunt pro agro figuli, sicut præcepit mihi Dominus.

11. JESUS autem stetit [e] coram Præside, & quæsivit Ipsum Præses; Tune es Rex Judæorum? JESUS verò dixit illi; Tu dicis.

12. At cùm ipse accusaretur à Pontificibus & Senioribus, nihil respondit.

13. Tunc dixit Ipsi Pilatus; nonne audis, quanta contra te testentur?

14. Sed respondit ipsi ne quidem ad unum verbum, ita ut præses miraretur valdè.

15. Secundum verò festum consuevit Præses solvere unum populo vinctum, quem volebant.

16. Habebant autem tunc vinctum nobilem dictum Barabbam (*h.e. filium Abba, Patris.*)

17. Congregatis igitur illis, dixit illis Pilatus; quem vultis, solvam vobis? Barabbam, an JESUM, qui dicitur CHRISTUS.

18. Sciebat namque, quod ex odio tradidissent Ipsum.

19. Sedente autem illo super tribunali, misit ad illum uxor illius, dicens; Nihil tibi & Justo Isti: multa namque perpessa sum hodiè in somnio propter Ipsum.

20. Pontifices verò (*contrà*) & Seniores persuadebant turbis, ut [f] peterent Barabbam: JESUM autem perderent.

21. Respondens autem Præses dixit illis; quem vultis ex duobus his solvam vobis? Illi verò dixerunt; Barabbam.

22. Dicit illis Pilatus; Quid ergò faciam (*esse*) JESUM, qui dicitur (*esse*) CHRISTUS? Dicunt ei omnes; Crucifigatur.

23. Præses verò dixit; Quid ergò mali

fecit? Hi verò magis clamabant, dicentes; crucifigatur.

24. Videns verò Pilatus, quod nihil proficeret, ſed potius tumultus fieret (*major,*) accipiens aquam abluit manus coram populo, dicens; Innocens ſum à ſanguine Juſti Hujus: vos videritis.

25. Et reſpondens totus populus dixit; ſanguis Ejus (*ſit*) ſuper nobis, & ſuper liberis noſtris:

26. Tunc ſolvit illis Barabbam: Jesum verò flagellans tradidit, ut crucifigeretur.

g) *Mar. 15,16. Joh. 19,1.* 27. Tunc [g] milites Præſidis accipientes Jesum in prætorium, congregarunt ſuper Ipſo totam cohortem:

28. Et exuentes Ipſum, circumpoſuerunt Illi chlamydem coccineam.

29. Et flectentes coronam ex ſpinis, poſuerunt ſuper caput Ipſius, & calamum in dextram Ipſius, genua flectentes coram Ipſo, illuſerunt Ipſum (*ita,*) Dicentes; Salve Rex Judæorum.

30. Et expuentes in Ipſum, acceperunt calamum, & percuſſerunt in caput Ipſius.

31. Et poſtquam illuſerunt Ipſum, exuerunt Ipſi chlamydem, & induerunt Ipſi veſtes Ipſius; & abduxerunt, ut crucifigerent.

h) *Mar. 15,21. Luc. 23, 26.* 32. Exeuntes verò invenerunt [h] hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc coëgerunt, ut portaret crucem Ipſius.

i) *Marc. 15,21. Luc. 23, 33.* 33. Et venientes [i] in locum, qui dicitur Golgatha, qui eſt (*idem, ac ſi*) dicatur, Cranii locus,

34. Dederunt Ipſi acetum cum felle mixtum: ſed guſtans non voluit bibere.

35. Crucifigentes verò Ipſum, diviſerunt veſtes Ipſius, jacientes ſortem: ut k) *Pſal. 22,19.* impleretur, quod [k] dictum eſt per prophetam; diviſerunt veſtes Meas, & ſuper tunicam Meam jecerunt ſortem.

36. Et ſedentes cuſtodiverunt Ipſum ibi.

37. Et poſuerunt ſupra caput Ipſius, cauſam Ipſius ſcriptam (*ita;*) Hic eſt Jesus Rex Judæorum.

38. Tunc crucifiguntur cum Ipſo duo latrones, unus è dextris, & unus è ſiniſtris.

39. Prætereuntes verò blaſphemarunt Ipſum, moventes capita ſua;

40. Et dicentes; (*Hem!*) qui ſolvis templum, & in tribus diebus ædificans: ſerva Teipſum, ſi Filius Dei es, deſcende de cruce.

41. Similiter verò etiam Pontifices illudentes Ipſum cum Scribis & Senioribus dixerunt:

42. Alios ſervavit, Seipſum non poteſt ſervare: ſi Rex Iſraëlis eſt, deſcendat nunc de cruce, & credemus Ipſi.

43. Confiſus [l] eſt Deo; (*qui*) eripiat l) *Pſal. 22, 9. Sap. 2, 18* nunc Ipſum, ſi vult Ipſum: dixit enim; omninò Filius Dei ſum.

44. Eodem verò modo etiam latrones, qui crucifixi ſunt cum Ipſo, calumniati ſunt Ipſum (*unus nimirum illorum.*)

45. Ab hora verò ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, uſque ad horam nonam.

46. Circa verò nonam horam exclamavit Jesus voce magna, dicens; Eli, Eli, lamà ſabachthani? hoc eſt, [m] Deus Mi, m) *Pſal. 22, 2.* Deus Mi, propter quid dereliquiſtes Me?

47. Quidam verò, qui ibi ſtabant, audientes, dicebant; Omninò Eliam vocat hic.

48. Et ſtatim currens unus ex illis, & accipiens ſpongiam, impleníque aceto, & ponens circa calamum, potavit Ipſum.

49. Reliqui verò dixerunt; ſine, videamus, num veniat Elias ſervaturus Ipſum.

50. Ipſe autem Jesus iterùm exclamans voce magna (*Patri ſpiritum ſuum commendando,*) emiſit ſpiritum.

51. Et ecce, velum templi diſruptum eſt in duas partes, à ſummo uſque ad imum: & terra commota eſt, ac petræ diſciſſæ ſunt.

52. Et monumenta aperta ſunt, & multa corpora dormientium Sanctorum ſuſcitata ſunt.

53. Et exeuntes è monumentis ſuis poſt reſurrectionem Ipſius, ingreſſi ſunt in ſanctam urbem, ac apparuerunt multis.

54. Centurio verò, & qui cum ipſo (*erant*)

(*erant*) cuſtodientes Jesum, videntes terræmotum, & (*reliqua*) quæ facta ſunt, perterriti facti ſunt valdè, dicentes; Reverà Dei Filius erat hic.

55. Erant verò ibi mulieres multæ, è longinquo ſpectantes, quæ ſecutæ erant Jesum (*inde*) à Galilæa, miniſtrantes Ipſi (*neceſſaria.*)

56. In quibus erat Maria Magdalena, & Maria Jacobi & Joſes mater, & mater filiorum Zebedæi.

a) *Mar. 15,42. Luc. 23, 50. Joh. 13, 38.* 57. Veſpera verò facta venit homo dives ab Arimathæâ, cujus nomen Joſeph, qui etiam ipſe diſcipulus fuit Jesu.

58. Hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus mandavit, ut redderetur Corpus.

59. Accipiens itaque corpus Joſephus, involvit illud ſindoni mundæ:

60. Et poſuit Illud in novo ſuo monumento, quod inciderat in petra, & advolvens lapidem magnum oſtio monumenti abiit.

61. Erant autem ibi (*adhuc*) Maria Magdalena & altera Maria, ſedentes è regione ſepulchri.

62. Poſtero verò die, qui eſt poſt paraſceven (*Paſchatis*) congregati ſunt Pontifices & Phariſæi ad Pilatum.

63. Dicentes; Domine, meminimus, quod iſte ſeductor dixerit adhuc vivens; poſt tres dies reſurgam.

64. Jube ergò tutiſſimum reddi ſepulchrum uſque in tertium diem, ne fortè venientes diſcipuli Ipſius noctu, ſuffurentur Ipſum, dicantque populo; Surrexit ex mortuis: quomodo erit poſterior fraus pejor priori.

65. Dixit verò ipſis Pilatus; Habetis (*ergò hic*) cuſtodiam; abite, ecurum facite, quemadmodum ſcitis.

66. Illi verò abeuntes, ſecurum reddiderunt ſepulchrum, obſignantes (*etiam*) lapidem cum cuſtodia.

CAP. XXIIX.

Partes habet tres. I. Eſt reſurrectio Chriſti è ſepulchro, & apparitio mulieribus facta, à v. 1. II. Cuſtodum ſepulchri à ſacerdotibus per pecuniam corruptio. III. Chriſti coram diſcipulis in monte Galilææ apparitio & colloquium. à v. 16.

VEſpera [a] verò Sabbathi, quæ illuceſcit in primam Sabbatorum venit Maria Magdalena, & altera Maria, viſuræ ſepulchrum. a) *Mar. 16, 1. Luc. 24, 1. Joh. 20, 1.*

2. Et, ecce, terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim Domini deſcendens è cœlo, accedens avolvit lapidem ab oſtio, & ſedit ſupra illum.

3. Erat verò ſpecies ejus, ſicut fulgur, & indumentum album ſicut nix.

4. A timore autem ejus concuſſi ſunt cuſtodes, & facti ſunt, quaſi mortui.

5. Reſpondens verò Angelus dixit mulieribus; Ne timeatis vos: Scio namque quod Jesum crucifixum quæratis.

6. Non eſt hìc, reſurrexit enim, ſicut prædixit: venite, videte locum, ubi jacuit Dominus.

7. Sed citò abeuntes dicite diſcipulis Ipſius, quod ſurrexerit à mortuis, &c. ecce, præiturus ſit ipſis in Galilæam. ibi Ipſum videbitis. Ecce, dixi vobis.

8. Exeuntes itaque citò à ſepulchro cum timore & gaudio magno (*mixtis*) cucurrerunt ad annuntiandum diſcipulis Ipſius.

9. Dum autem abibant ad annuntiandum diſcipulis, tunc, ecce, Jesus occurrit illis (*uni ex illis, Maria Magdalenæ*) dicens; Salvete: illæ verò accedentes prehenderunt Ipſius pedes, & adoratunt Ipſum.

10. Tunc dixit illis Jesus; ne timetote: abite, annuntiate fratribus Meis, ut abeant in Galilæam; & ibi Me videbunt.

11. Euntibus autem illis, ecce, quidam cuſtodiæ, venientes in urbem, annuntiarunt Pontificibus omnia, quæ facta.

12. Ideò congregati cum Senioribus conſiliumque capientes, argenteos ſufficientes dederunt militibus.

13. Dicentes; dicite, quia diſcipuli Ipſius noctu venientes, ſuffutati Eum ſunt, nobis dormientibus.

14. Et ſi exauditum fuerit à Præſide, nos perſuadebimus illi, & vos ſecuros præſtabimus.

15. Iſti verò, accipientes argenteos, fecerunt, ſicut edocti ſunt, & divulgatum eſt verbum hoc apud Judæos uſque ad hodiernum diem,

16. Cæterum undecim discipuli abiverunt in Galilæam, in montem, quem mandaverat ipsis JESUS.

17. Et videntes Ipsum, adorarunt Ipsum: quidam verò dubitarunt (*adorare Ipsum divina adoratione.*)

18. Et accedens JESUS locutus est illis, dicens; Data est Mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

19. [b] Euntes ergò, discipulos facite (*Mihi*) omnes gentes, baptizantes eos in Nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti:

20. Docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis: Et, ecce, Ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Amen.

Secundum MARCUM
SANCTUM EVANGELIUM

CAPUT I.

Partes habet sex. I. Est Joannis vocatio, habitus, diæta, concio & baptismus. à v. 1. II. Christi baptismus, tentatio in deserto, concio pœnitentiæ in Galilæa. à v. 9. III. Vocatio Petri, Andreæ, & filiorum Zebedæi. à v. 16. IV. Christi in Capernaum doctrina & dæmoniaci sanatio. à v. 21. V. Sanatio socrus Petri, & multorum malè habentium. à v. 29. VI. Secessus Christi in desertum, & sanatio leprosi. à v. 35.

INitium Evangelii JESU CHRISTI, Filii DEI, (*de JEsu Christo, Filio DEI, publicè prædicato, hoc est:*)

2. (*Nimirum*) quemadmodum [a] scriptum est in Prophetis, (*uno quidem Malachiæ*) Ecce, Ego mitto Angelum Meum ante faciem Tuam, qui præparabit viam tuam ante Te.

3 (*In altero verò, Jesaiæ*;) [b] Vox clamantis in deserto (*est*;) Præparate viam Domini, rectas facite vias ipsius.

4. (*Nam juxta has Propheticas prædictiones, ut illa implerentur*) fuit [c] Joannes baptizans in deserto, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum (*credentium in Christum quem dicebat jam venisse, & mox prædicaturum Ipsum.*)

5. Et exivit ad illum tota Judæa regio, & Hierosolymitæ, & baptizabantur omnes (*qui volebant*) in Jordane fluvio ab illo, confitentes peccata sua, (*quæ per baptismum ipsis remittebantur confessis.*)

6. Erat autem Joannes indutus pilis cameli (*textis in pannum,*) & Zonâ coriaceâ (*qua erat*) circa lumbos ipsius. & comedens locustas & mel agreste.

7. Prædicavit autem (*in summa hoc*;) [d] Venit fortior me post me, cujus non sum dignus, ut incurvans me solvam (*honoris causa, sicut servus alicui*) corrigias calceorum ipsius; (*in quem credite & baptizamini.*)

8. Nam ego quidem (*tanquam minister*) baptizo vos aqua: Ipse verò baptizabit vos Spiritu Sancto (*tanquam baptismi Ipse minister.*)

9. Et factum est in istis diebus; Venit JESUS de Nazareth Galilææ; [e] & baptizatus est à Joanne in Jordane.

10. Et

a) *Mal. 3, 1.*

b) *Esa. 40, 3. Matt. 3, 3. Luc. 1, 76. 3, 4. Joh. 1, 23.*

c) *Matt. 3, 1. seq.*

d) *Mat. 3, 11.*

e) *Matt. 3, 13.*

10. Et statim ascendens ex aqua, vidit f) scissos cœlos, & [f] Spiritum quasi columbam descendentem (*ex cœlis*) super Ipsum (*& manentem super Ipso:*)

11. Et vox facta est è cœlis; [g] Tues Filius Meus dilectus, in quo complacuit (*perplacuit*) Mihi.

12. Et statim [h] Spiritus (*qui super Ipsum venerat*) Ipsum impellens fecit exire in desertum (*ad aggrediendum tentationibus officium suum Messianum, superando & subjiciendi sibi diabolum.*)

13. Et erat in deserto dies quadraginta, tentatus (*variè irritamentis ad peccandum, si fieri posset, sicut olim Adamus est tentatus.*) & erat cum bestiis, (*à diabolo in Illum incitatis & terrentibus: neq; tamen modo ullo vel dubitando & sibi timendo peccavit, sed victor evasit.*) Unde Angeli (*boni*) Ipsi (*tanquam victori Messiæ ab illis magis agnito etiam submiserunt se ultro &*) ministrarunt Ipsi.

14. Postquam verò traditus est Joannes, venit JESUS in Galilæam (*eò usq; diu in Judæa versatus*) prædicans [i] Evangelium regni DEI:

15. Et dicens; Quia impletum est tempus, & appropinquavit regnum DEI: pœnitentiam agite, & credite Evangelio.

16. Ambulans verò juxta mare Galilææ, vidit [k] Simonem & Andream fratrem ejus, jacientes rete in mari (*erant enim piscatores.*)

17. Et dixit illis JESUS; Venite post Me (*ut discipuli Me sequentes:*) tum faciam vos esse piscatores hominum (*spirituales.*)

18. Et statim dimittentes retia sua (*h.e. ordinariam piscaturam suam*) secuti sunt Ipsum.

19. Progressusque inde paululum, vidit Jacobum, qui Zebedæi (*filius,*) & Joannem fratrem ejus, ipsos etiam in navi, reficientes retia.

20. Et statim vocavit illos: & relinquentes patrem suum Zebedæum in navi, cum mercenariis, abiverunt post Ipsum.

21. Deinde ingressi sunt in Capernaum (*postquam habitationem è Nazareth eò transtulit:*) & statim in Sabbatis ingressus in Synagogam, docebat.

22. Et obstupuerunt super doctrina Ipsius: erat enim docens illos, [l] ut potestatem habens, & non sicut Scribæ.

23. Et erat in Synagoga eorum [m] homo cum spiritu immundo, clamavitque;

24. Dicens: Sine, quid nobis & Tibi, (*rei*) JESU Nazarene? venisti (*enim*) ad perdendum nos? novi Te, quis sis, Sanctus DEI.

25. Sed increpavit eum JESUS, dicens; Obmutesce, & exi ex illo.

26. Tum convellens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exivit ex illo.

27. Obstupueruntque omnes, ut disputarent inter se, dicentes; Quid est hoc? quæ est doctrina nova hæc? quia juxta potestatem (*& ut is, qui ex propria potestate facit id, quod facit*) etiam spiritibus immundis mandat, & obediunt Ipsi.

28. Exivit autem fama Ejus statim in totam circumjacentem (*terram*) Galilææ.

29. Et statim è Synagoga exeuntes [n] venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Jacobo & Joanne.

30. Socrus autem Simonis decumbebat febricitans: statim itaque dicunt Ipsi de illa.

31. Qui accedens erexit illam, prehendens manum illius, & deseruit eam febris statim, & ministravit ipsis.

32. Vespera autem facta, quando occidit Sol, attulerunt ad Ipsum omnes male habentes & dæmoniacos.

33. Et tota urbs congregaverat se (*ad Ipsum*) ante ostium.

34. Et sanavit multos male habentes variis morbis: & dæmonia multa ejecit, sed non permisit loqui dæmoniis, quia noverant Ipsum: (*noluit enim per illa divulgari, qui Seipsum non jactabat divulgando*)

35. Mane (*autem*) summo surgens exivit, & abiit [o] in locum desertum, ibique oravit.

36. Verùm prosecuti sunt Ipsum Simon, & qui cum Ipso (*erant,*)

37. Inveneruntque Ipsum dicunt Ipsi utique omnes quærunt te (*satisfac ergò illis, tanquam dignis.*)

38. Sed dicit illis, conferamus nos in

f) *Isa. 1, 32.*

g) *Mat. 3, 17.*

h) *Mat. 4, 1.*

i) *Mat. 4, 17. Luc 4, 15.*

k) *Mat. 4, 18. 21. Luc. 5, 11.*

l) *Matt. 7, 28. 29. Luc. 4, 32.*

m) *Luc. 4, 33.*

n) *Mat. 8, 14. Luc 4, 38.*

o) *Luc. 4, 42.*

vicina oppida, ut ibi prædicem, ad hoc namque exivi.

39. Erat itaque prædicans in Synagogis eorum in totam usque Galilæam, & dæmonia ejiciens.

p) Matt. 8, 2. Luc. 5, 12 40. Tum [p] venit ad Ipsum leprosus, rogans Ipsum, & genua flectens Ipsi, ac dicens Ipsi; Omninò, si vis, potes me mundare.

41. Jesus verò misertus, extendens manum tetigit eum, & dicit ei; volo, mundus esto.

42. Et dicente Ipso (*hoc,*) statim abiit ab eo lepra, & mundatus est.

43. Et serió prohibens (*ne quicquam de re aliis diceret*) statim emisit Ipsum.

44. Et dicit illi; vide, nemini quicquam dicas: sed abi, ostende teipsum Sacerdoti (*cui rem narrabis, quod fueris leprosus, & sanatus sis à Me,*) & offer pro mundatione tui, quæ mandavit Moses, in testimonium illis (*quod ego sim.*)

45. Ille verò egressus (*nihilominus*) cœpit deprædicare multa, & divulgare verbum; ita ut non amplius Ipse posset manifestè in urbem intrare, sed foris in desertis locis erat; attamen veniebant ad Ipsum undiquaque.

CAP. II.

Partes habet quatuor. I. Christus sanat paralyticum. à v. 1. II. Vocat Levi seu Matthæum: cum quo & publicanis comedit, factumq; contra Pharisæos defendit. à v. 13. III. Discipulos Joannis de jejunio informat. à v. 18. IV. Discipulos suos aristas vellentes excusat, & Pharisæos redarguit. à v. 23.

DEinde iterùm intravit in Capernaum per dies (*aliquot ibi commoraturus.*)

2. Sed auditum est, quod in domo esset: unde statim congregarunt se multi, adeò ut non amplius caperet, ne quidem (*locus*) ante januam. Prædicavit itaque illis verbum (*Evangelij.*)

3. Tum venerunt ad Ipsum (*quidam*) q) Matt. 9, 2. Paralyticum ferentes, portatum à quatuor (*viris.*)

Luc. 5, 18 4. Qui cùm non possent appropinquare Ipsi propter populum, removerunt tectum (*domus*) ubi erat, & effodientes (*illud*) demittunt grabatum, super quo paralyticus jacebat.

5. Videns verò Jesus fidem eorum, dicit paralytico; Fili, remissa sunt tibi peccata tua.

6. Erant autem quidam Scribarum ibi sedentes, & cogitantes in cordibus suis;

7 Quid hic sic loquitur blasphemias? Quis (*enim*) potest remittere peccata, nisi unus, Deus?

8. Sed statim cognoscens Jesus Spiritu Suo, quod sic cogitarent intra seipsos, dixit illis; quid hæc cogitatis in cordibus vestris?

9. Quid est facilius, dicere Paralytico, remissa sunt tibi peccata? an dicere (*cum effectu,*) surge, & tolle tuum grabatum, & ambula?

10. Ut verò sciatis, quod potestatem (*propriam & summam*) habeat Filius hominis remittere super terra (*in statu etiam humilitatis suæ*) peccata, dicit paralytico:

11. Tibi (*paralytico*) dico; surge, & tolle grabatum tuum, & abi in domum tuam.

12. Tum surrexit statim, & tollens grabatum, exivit coram omnibus; ut adeò obstupescerent omnes, & glorificarent Deum omnes, dicentes; certè nunquam sic vidimus (*aut ullus ex nobis usquam.*)

13. Pòst exivit iterùm ad mare, & omnis populus venit ad Ipsum, & docebat eos.

b) Matt. 9, 9. Luc. 5, 27. 14. Præteriens deinde [b] vidit Levin, qui Alphæi (*filius*) sedentem ad telonium, dicitque illi, sequere Me: qui surgens secutus est Ipsum.

15. Factum autem est; cùm Ipse discumberet in domo illius, & multi publicani ac peccatores accumberent cum Jesu & discipulis Ipsius. [erant enim multi, & (*jam*) secuti erant Ipsum:]

16. Tum Scribæ & Pharisæi videntes Ipsum edentem cum publicanis & peccatoribus, dixerunt discipulis Ipsius; quid est, quod cum publicanis & peccatoribus (*ab omni conversatione excommunicatis*) comedit & bibit (*Magister vester etiam?*)

17. Audiens verò Jesus dicit illis; non opus habent valentes medico, sed malè habentes. [c] Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. (*Idèo qui se putant non esse peccatores, sed justos, ad Me non venient, nec ad Me pertinent.*)

c) Matt. 9, 13. Luc. 5, 32. 1. Tim. 1, 15.

18. Cæterùm erant discipuli Joannis, & qui Pharisæorum, jejunantes. [d] Venium itaque & dicunt Ipsi; Propter quid discipuli Joannis, & qui Pharisæorum, jejunant (*statu temporibus;*) Tui autem discipuli non jejunant.

d) Mat. 9, 14. Luc. 5, 33.

19. At dixit ipsis Jesus; (*distinguite modò rectè tempora, & res facile patebit. Si namq; etiam morem tantùm hujus seculi consideramus,*) num possunt filii nuptiarum, in quo (*tempore*) Sponsus cum ipsis est, jejunare? quanto tempore sponsum (*qui Ego sum*) secum (*itaq;*) habent (*etiam discipuli Mei,*) non possunt jejunare (*absq; absurditate.*)

†

20. Venient verò dies, quando ablatus ab illis sponsus (*qui Ego sum:*) & tunc jejunabunt (*meritò*) in diebus istis.

†

21. Et nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: Sin verò, tollit supplementum hujus novum veteris, & ruptura fit pejor.

22. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: sin verò, rumpit vinum novum utres, & vinum effunditur, & utres pereunt: sed vinum novum in utres novos mittendum est.

e) Mat. 12, 1. Luc. 6, 1. 23. Et [e] factum (*posteà*) est, præterire Ipsum in Sabbatis per sata; & sepe-runt discipuli iter facere avellentes aristas.

24. Ideò Pharisæi dixerunt Ipsi, vide, quid faciant in Sabbatis, quod non licet.

25. Sed ipse dicebat; nunquamne legistis, quid fecerit David, quum opus haberet, & esuriret ipse, ac qui cum ipso?

f) 1. Sa. 21, 6. 26. [f] Quomodo ingressus sit in domum Dei sub Abjathare Sacerdote, & panes propositionis comederit, [g] quos non licebat comedere (*nulli*) nisi sacerdotibus: & dederit etiam iis, qui cum ipso erant.

g) Exod. 29, 32. Levi. 24, 9.

27. Dixit (*quoq;*) illis; Sabbatum propter hominem factum est: non homo propter Sabbatum.

28. Quare Dominus est Filius hominis etiam Sabbati (*ad servandum vel non servandum; imperandum & solvendum.*)

CAP. III.

Partes habet quinq. I. Christus sanat manum aridam in Sabbato. à v. 1. II. Docet & miracula facit ad mare Galilææ. à v. 7. III. Duodecim facit Apostolos. à v. 13. IV. Pharisæos coram populo Ipsum blasphemantes de spiritu immundo redarguit. à v. 20. V. Docet, quæ mater & fratres sui. à v. 32.

POsteà iterùm intravit in Synagogam; [a] eratque ibi homo arefactam habens manum. a) Matt. 12, 9. Luc. 6, 6.

2. Observabant verò (*Pharisæi*) Ipsum, num in Sabbatis sanaturus esset eum, ut accusarent Ipsum.

3. Tum dicit homini arefactam habenti manum; Surge (*& prodi*) in medium.

4. Illis verò dicit; Liceine Sabbatis bonum facere, an malefacere? Animam servare, an occidere? Illi autem tacebant.

5. Quare circumspiciens eos cum indignatione, simul dolens super obdurationem (*malitiosa*) cordis eorum, dicit homini; extende manum tuam: qui extendit, & restituta est manus ejus sana, sicut altera.

b) Mat 12, 14. Luc. 6, 11. 6. Tum [b] egressi Pharisæi, statim cum Herodianis concilium fecerunt, ut Ipsum perderent.

7. Sed Jesus secessit cum discipulis suis ad mare (*rei gnarus, ut fructùs fuerint.*) Et ingens multitudo de Galilæa secuti sunt Illum (*eò,*) & de Judæâ,

8. Et de Hierosolymis, & de Idumæâ, & (*de*) trans Jordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem: ingens (*inquam*) multitudo, qui audiverant, quæ faciebat, venerunt ad Ipsum.

9. Tunc dixit discipulis Suis, ut navigiolum adesset Ipsi (*ab iis adductum*) propter turbam, ne affligerent Ipsum.

10. Multos namque sanavit, ita ut caderent super Ipsum, ut tangerent Ipsum, (*sanarenturq; contactu Ipsius,*) quotquot habebant plagas.

11. Sed & spiritus immundi, quando Ipsum videbant, cadebant ante Ipsum, & clamabant dicentes; quia Tu es filius Dei (*externa iis confessione submissionis.*)

12. Multis autem reprehendebat eos, ne Ipsum manifestum facerent (*ante tempus justa manifestationis.*)

13. Mox ascendit in montem, & vocat ad Se, quos volebat Ipse, qui accesserunt ad Ipsum.

c) *Matt. 9,34 12,24. Luc. 11, 15.* 14. Quos [c] fecit duodecim, ut essent cum Ipso (*semper,*) & ut mitteret illos ad prædicandum.

15. Et ad habendum potestatem sanandi morbos, & ejiciendi dæmonia.

16. Primum Simonem, [& imposuerat Simoni nomen, Petrum] (*quem nunc ad se vocavit primum:*)

17. Deinde Jacobum filium Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi, & imposuit illis nomen Boanerges, hoc est, filii tonitrui.

18. Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Jacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananitam,

19. Et Judam Iscarioten, qui etiam prodidit Ipsum.

20. Posteà venerunt in domum: ubi convenit rursus turba, ut non possent ipsi etiam panem comedere.

21. Quod quum audivissent ii, qui cum Ipso, exiverunt ad apprehendendum Ipsum (*introrsum:*) dicebant enim; quia Zelo abreptus est (*ut se non curet:*)

22. Sed Scribæ, qui de Hierosolyma descenderant (*ad observandum, & insidiandum Ipsi*) dicebant; [d] quia Beelzebulem habet (*non Spiritum DEI,*) & per (*hunc*) principem dæmoniorum ejicit dæmonia

d) *Mat. 9,34. 12,24 Luc. 11, 15.*

23. At vocans ad se illos, in Parabolis dixit illis, quomodo potest Satanas (*per vim, ut ego facio juxta verba & acta mea*) Satanam ejicere? (*Nullo certè modo potest, ne regnum suum destruat.*)

24. Et si regnum contra seipsum dividitur, non potest consistere regnum hoc (*divisum.*)

25. Item si domus (*aliqui domestici*) contra seipsam dividitur, non potest consistere domus hæc (*ita divisa.*)

26. Si ergò Satanas surrexit contra seipsum, & divisus est, non potest consistere, sed finem habet.

27. Non potest quisquam vasa fortis (*alicujus;*) ingressus in domum ejus, diripere, nisi prius fortem vinciat, & tunc domum ejus diripiat.

e) *Matt. 12,31. Luc. 12, 10. 1. Joh. 5. 16.*

28. Amen dico vobis, quod [e] omnia remittentur peccata filiis hominum, & blasphemiæ, quibuscunque blasphemaverint.

29. Quisquis autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni judicii.

30. Quia dixerant; Spiritum immundum habet, (*blasphemantes, quasi Spiritus Sanctus, qui in ipso erat, esset Spiritu immundus.*)

31. Cæterùm venerunt fratres & mater Ipsius, & foris stantes miserunt ad Ipsum, vocantes Ipsum:

32. Sedebat autem turba circa Ipsum: dixerunt ergò Ipsi; Ecce, mater Tua, & fratres Tui foris quærunt Te.

33. At respondit illis, dicens; Quæ est mater Mea, aut fratres Mei?

34. Et circumspiciens circumcirca, qui circa Ipsum sedebant, dixit; Ecce, mater Mea, & fratres Mei.

35. Quisquis namque fecerit voluntatem DEI, hic frater Meus, & soror Mea, & mater Mea est.

CAP. IV.

Tertur habet quinq;. I. Parabola de semine & quadruplici terra. à v. 1. II. Ejus expositio privata. a v. 10. III. Semen seminatum sponte crescens. à v. 26. IV. Parabola grani sinapis. à v. 30. V. Sedatio maris & venti. a v. 35.

a) *Matt. 13, 1. Luc. 5, 1.*

CÆterum rursus [a] cepit (*Jesus*) docere juxta mare, & congregata est ad Ipsum turba multa, ita ut Ipse ingressus in navim, sederit in mari: at omnis turba juxta mare super terra erat.

2. Docuit autem eos per parabolas multa, & (*inprimis*) dixit iis in doctrinâ suâ;

3. Audite; ecce, exivit seminans (*aliquis*) ad seminandum.

4. Et factum est inter seminandum, aliud quidem cecidit super viam: venerunt-

que volatilia cœli, & comederunt illud.

5. Aliud verò cecidit super petrosum (*petrosum locum,*) ubi non habebat terram multam: ideò statim (*quidem*) exortum est, propterea quod non habebat profunditatem terræ,

6. Orto autem Sole exustum est, & quia non habebat radicem, exaruit.

7. Aliud etiam cecidit inter spinas: sed ascenderunt spinæ, & suffocarunt illud, ut fructum non dederit.

8. Tandem aliud cecidit in terram bonam, deditque fructum ascendentem, & crescentem, & tulit unum (*granum*) triginta, & alterum sexaginta, & alterum centum (*grana.*)

9. Tum dixit illis; qui habet aures ad audiendum, audito.

10. Quum autem factus esset solus, interrogaverunt Ipsum ii; qui circa Ipsum (*erant,*) cum Duodecim de parabola hac.

11. Quibus dixit; Vobis datum est (*à patre Meo,*) nosse mysteria regni DEI: istis verò, qui foris (*sunt,*) in parabolis omnia fiunt (*& dicuntur:*)

b) *Esa. 6, 9. Matth. 13, 14. Luc. 8, 10 Joh. 12, 40. Act. 28, 26. Rom. 11, 8.*

12. [b] Ut videntes videant (*quidem,*) sed non cognoscant: & audientes audiant, & non intelligan; neque fortè convertant se, & remittantur illis peccata (*quo se indignos faciunt obduratione suâ, in qua manent, etiamsi videant.*)

13. Dixit tamen illis; non cognoscitis parabolam hanc, (*qua satis facilis est:*) quomodo ergò omnes parabolas (*Meis etiam difficiliores scietis?*)

14. Seminans, sermonem seminat, (*non frumentum.*)

15. Hi verò sunt, qui super viam: ubi seminatur (*docendo*) sermo, & quando audiverint, statim venit Satanas, & (*negligentibus illis*) aufert sermonem seminatum in cordibus eorum.

16. Et hi sunt similiter, qui super petrosa seminantur (*sermonem excipiunt,*) qui quando audiverint sermonem, statim cum gaudio excipiunt eum:

17. Sed non habent radicem (*patiuntur eum radicem agere*) in seipsis; verùm temporarii sunt: posteà, quando afflictio aut persecutio oritur propter sermonem, statim scandalizantur (*ita ut deficiant.*)

18. Hi porrò sunt, qui inter spinas seminantur; hi (*inquam*) sunt ii, qui (*sunt*) sermonem audientes (*quidem.*)

c) *Luc. 12.15. 1. Tim. 6,17.*

19. Sed curæ mundi hujus, & [c] fraus divitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ ingredientes suffocant sermonem, ut infrugifer fiat.

20. Denique hi sunt, qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt sermonem, & excipiunt (*rectè,*) & fructum (*ita*) faciunt (*tanquam grana,*) unum triginta, & alterum sexaginta, & alterum centum.

d) *Mat. 5, 15. Luc. 8, 16 15, 33.*

21. Præterea dixit illis; [d] num candela venit (*adfertur,*) ut sub modium ponatur, aut sub lectum? nonne (*potius,*) ut super candelabrum imponatur?

e) *Matt. 10, 26. Luc. 8, 17.*

22. Non enim est [e] quicquam occultum, quod non reveletur: neque factum est absconditum, nisi ut in manifestum veniat. (*Ita quod vobis in occulto dico & expono, ut hac vice; id vos suo tempore aliis etiam prædicate.*)

23. Si quis (*ex vobis*) habet aures ad audiendum, audito.

24. Amplius dixit illis; Videte, quid audiatis (*& quomodo.*) [f] qua mensura mensurabitis, ea remensurabitur vobis, & superadderetur vobis audientibus (*rectè, ut decet.*)

f) *Matt. 7, 2. Luc. 6, 38.*

25. Quisquis [g] enim habet (*bonum initium,*) dabitur illi (*amplius:*) sed quisquis non habet (*proficiendo,*) etiam quod (*prius*) habet, auferetur ab ipso.

g) *Mat. 13, 12. Luc. 19, 26.*

26. Præterea (*in concione ad populum*) dixit: Ita se habet regnum DEI, quemadmodum si homo (*quis*) projici semen super terram,

27. Dormiat dein & surgat noctu & die: semen verò germinet & crescat, dum nesciat ipse.

28. Ultronea enim terra fructum fert, primò gramen, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.

29. Quum autem productus fuerit fructus, statim immittit (*homo*) falcem, quia ustitit messis. (*Sic in regno cœlorum qui seminat homo prædicans sermonem, hoc solum facere potest; deinde quasi dormit, nul-*

lam verbo efficaciam conferendo : ipsum autem verbum in se virtutem habet, ut radicem agat, germinet, crescat, fructum ferat usq; ad messem vita æternæ.)

30. Porrò dixit (*in concione istâ;*) Cui comparaverimus regnum DEI ? aut quali parabola paraboliſaverimus illud ?

h) *Mat. 13, 31. Luc. 13, 19.* 31. Sicut grano ſinapis (*comparabimus,*) quod quando ſeminatur ſuper terram, minus eſt omnibus ſeminibus, quæ ſunt ſuper terra.

32. Poſtquam autem ſeminatum eſt, aſcendit, & fit omnibus oleribus majus, facitque ramos magnos, ut poſſint ſub umbra ejus volatilia cœli habitare (*Tale nimirum eſt Verbum DEI in regno cœlorum : initio parvum & contemtum, ſed virtute ſua magnum, ut crescat, & alios etiam eruditat.*)

33. Et talibus parabolis multis loquebatur illis ſermonem, ſicut poterant audire.

34. Sine autem parabola non loquebatur illis : ſed privatim diſcipulis Suis expoſuit omnia (*qui dociles ſe præbebant ; non duros, ſicut turba reliqua.*)

35. Poſteà dicit illis in die iſtâ, veſperâ factâ ; Pertranſeamus in (*terram*) è regione ſitam :

36. Quare, quum dimiſiſſent turbam, i) *Matt. 8, 23. Luc. 8, 22.* [i] aſſumſerunt Ipſum, quemadmodum erat in navi (*ſtatim,*) aliæ tamen naviculæ erant cum Ipſo.

37. Tum fit turbo venti magnus ; fluctus verò irruerunt in navim, ita ut illa jam impleretur.

38. Cum verò Ipſe eſſet in puppi ſuper cervicali dormiens. Expergefecerunt itaque Ipſum, dicuntque ipſi ; Magiſter, annon curæ Tibi eſt, quod (*non Tu quidem, nos tamen*) perimus ;

39. Expergefactus verò increpavit ventum, dixitque mari ; Sile, obmuteſce. Quievit ergò ventus, & facta eſt tranquillitas magna.

40. At illis dixit ; Quid timidi eſtis adeò ? quomodo non habetis fidem ?

41. Timuerunt verò timore magno, dixeruntque ad ſe invicem ; Quis ergò hic eſt ; (*nonne Filius DEI eſt, quem ſe eſſe dicit ?*) Quoniam tum ventus tum mare obediunt Ipſi.

CAP. V.

Partes habet tres. I. Adventus Chriſti in terram Gadarenorum, & in ea dæmoniaci ſanatio. à v. 1. II. Diſceſſus inde Chriſto ad preces Gadarenorum. à v. 17. III. Filia Iairi à Chriſto ex morte reſuſcitata ; & mulier à profluvio liberata. à v. 22.

a) *Matth. 8, 28. Luc. 8, 26.* [a] Sic pervenerunt in id (*terra*) trans mare, in regionem (*uſq;*) Gadarenorum.

2. Ubi egreſſo Ipſi è navi, ſtatim occurrit, Ipſi, (*inquam*) è monumentis homo cum ſpiritu immundo.

3. Qui habitationem habebat in monumentis, & neque catenis quiſquam potuit eum vincire.

4. Propterea quod ſæpè compedibus & catenis vinctus fuerat, ſed diſruptæ erant ab eo catenæ, & compedes contritæ : unde nemo poterat eum domare.

5. Sed perpetuò, nocte & die in montibus & monumentis erat, clamans & concidens ſeipſum lapidibus.

6. Videns autem JESUM procul, cucurrit, & adoravit Ipſum ;

7. Et clamans voce magnâ dixit, quid mihi & Tibi, JESU, Fili DEI Altiſſimi ? Adjuro Te (*per*) DEUM, ne me torqueas.

8. Dixerat enim ei JESUS ; exi ſpiritus immunde ex homine (*hoc.*)

9. Et interrogaverat eum, quod tibi nomen ? qui reſponderat, dicens ; Legio nomen (*eſt*) mihi, quia multi ſumus.

10. Deprecabatur ergò Ipſum multis, ut non eos emitteret extra (*illam*) regionem.

11. Erat autem ibi apud montes grex porcorum magnus paſcens.

12. Precabantur itaque Ipſum omnes dæmones, dicentes ; mitte nos in porcos, ut in eos intremus.

13. Quod permiſit iis ſtatim JESUS. Quare egreſſi ſpiritus immundi ingreſſi ſunt in porcos : ut impetum fecerit grex è præcipitio in mare, [erant autem quaſi bis mille) & ſuffocati ſint in mari.

14. Qui

14. Qui verò (*erant*) paſcentes porcos fugerunt, & renunciarunt in urbem & in agros : unde exiverunt ad videndum, quid eſſet, quod factum eſſet.

15. Cumque veniunt ad JESUM, & vident dæmoniacum ſedentem & indutum, ac prudenter ſe gerentem, qui habuerat Legionem, extimuerunt.

16. Inſuper narraverunt illis ii, qui viderant, quomodo factum eſſet dæmoniaco & de porcis.

17. Ceperunt tamen rogare Ipſum, ut diſcederet è finibus ipſorum.

18. Quum ergò ingrederetur in navim, rogabat Ipſum qui dæmonem habuerat, ut eſſet cum Ipſo.

19. Verùm JESUS non permiſit illi, ſed dicit illi ; abi in domum tuam, & ad tuos, & renuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, qui miſertus ſit tui.

20. Abiit itaque, & cepit prædicare in Decapoli, quanta feciſſet ipſi JESUS : unde omnes mirabantur.

21. Quum verò trajeciſſet JESUS in navi rurſus in ulterius, (*terra,*) congregata eſt turba ingens ad Ipſum : cùm eſſet apud mare.

b) *Mat. 9, 18. Luc. 8, 41.* 22. Ecce, autem [b] venit unus principum Synagogæ, nomine Jairus : qui quum videret Ipſum, cecidit ad pedes Ejus ;

23. Et rogabat Ipſum multum, dicens ; quia filiola mea extrema habet, (*rogo ergò*) ut veniens imponas illi manus, ut ſanetur ; vivet enim, (*quod certò credo.*)

24. Abiit itaque (*JESUS*) cum illo : ſequebatur autem Ipſum turba multa ; ita ut comprimeret Ipſum.

25. Tum verò (*occaſione hac, ut lateret, capta*) mulier quædam, quæ erat in fluxu ſanguinis duodecim annos,

26. Et multa paſſa à multis medicis, ita ut impenderit ſua omnia ; nihil tamen adjuta, ſed potius in deterius lapſa :

27. Cum audiſſet de JESU, veniens in turba à tergo tetigit veſtimentum Ipſius :

28. Dicebat enim (*apud ſe ;*) quia ſi vel veſtimenta Ipſius tetigero, ſanabor.

29. Statim itaque exiccatus eſt fons ſanguinis illius : ita ut ſenſerit corpore, quod ſanata eſſet à plaga.

30. Sed ſtatim JESUS, qui cognovit in Seipſo virtutem ex Ipſo egreſſam, converſus in populo, dixit ; quis Mea tetigit veſtimenta ?

31. Cui dixerunt diſcipuli Ipſius ; Vides turbam comprimentem Te, & dicis tamen ; quis Me tetigit ?

32. Sed circumſpiciebat (*nihilominus*) ad videndum eam, quæ hoc fecerat, (*quam etiam aſpexit.*)

33. Ideò mulier timens & tremens, (*utpote*) ſciens, quod factum erat in ipſa, venit & accidit Ipſi (*ad pedes,*) dixitque Ipſi omnem veritatem.

34. Ipſe autem dixit illi ; Filia, fides tua ſervavit te : abi in pacem, & eſto ſana à plaga tua.

35. Adhuc ipſo loquente, venerunt de (*domeſticis*) principis Synagogæ, dicentes ; quia filia tua mortua eſt ; quid amplius moleſtiam facis Magiſtro ?

36. JESUS verò ſtatim ubi audivit verbum dictum, dicit Archiſynagogo ; ne timeto, modò crede.

37. Et non permiſit cuiquam Ipſum ſimul ſequi, niſi Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem Jacobi.

38. Cum verò venit in domum Archiſynagogi, videtque tumultum, flentes & ejulantes multa.

39. Ingreſſus dicit illis ; quid tumultuamini, & fletis ? puella non mortua eſt, ſed dormit.

40. Qui deridebant Ipſum : ideò Ipſe ejiciens omnes, aſſumit patrem puellæ, & matrem, & eos, qui cùm ipſo, & ingreditur (*eò*) ubi erat puella jacens.

41. Et apprehendens manum puellæ, dicit illi ; Talitha kumi, quod eſt, ſi interpretetis, puella (*dico tibi,*) ſurge.

42. Statim itaque ſurrexit puella, & ambulabat. Erat enim annorum duodecim. Unde obſtupuerunt ſtupore magno.

43. Imperavit verò iis multis, ut nemo hoc reſciſceret : juſſitque ei dari, quod comederet, (*ut viderent verè eam vivere.*)

CAP.

CAP. VI.

Tartes habet sex. In I. Christus in patria Nazareth docet in Sabbatho, sed negligitur. à v. 2. In II. duodecim Apostolos in Iudæam emittit ad prædicandam pœnitentiam, & sanandum ægrotos oleo unctos, à v. 7. In III. Ioannu Bapt. cædes ab Herode facta, & sepultura describitur. à v. 17. In IV. Christus post discipulorum reditum in desertum secedit: in quo docet, & cibat quinq; panibus 5000. homines. à v 30. In V. post preces in monte ad discipulos in mari perscitantes venit super aquis ambulans. à v. 44. In VI. terra Genesareth ægrotis obruitur, eosq; sanat etiam fimbria vestium. à v. 53.

a) *Matt. 13,54. Luc. 4, 16.* DEinde exivit inde, [a] & venit in patriam Suam, secutique sunt Ipsum discipuli Ipsius.

2. Cumque factum esset Sabbatum, cepit in Synagoga docere, ita ut multi audientes obstupescerent, dicentes; unde huic hæc? & quæ sapientia data Ipsi? quod etiam potestates hujusmodi per manus Ipsius fiunt?

3. Nonne hic est faber ille, filius Mariæ, frater verò Jacobi, & Joses, & Judæ, & Simonis? Et nonne sunt sorores Ipsius hîc? scandalizabantur nimirum in ipso.

b) *Ioh. 4,44.* 4. Dixit verò illis Jesus; [b] quia non est propheta (*magis inhonoratus,*) nisi in patria sua, & inter cognatos, & in domo suâ.

5. Non itaque poterat ullam potestatem facere, nisi quod paucis infirmis imponens manus, sanavit (*eos;*)

6. Admiratus enim est incredulitatem illorum. Ideoque circumibat vicos circumcirca docens.

c) *Matt. 10,1.* 7. Posteà [c] advocavit Duodecim, & cepit eos mittere binos, deditque illis potestatem spirituum immundorum (*expellendorum.*)

d) *Mat. 10,9.* 8. [d] Præcepit autem illis, ut nihil sumerent in viam, nisi baculum solum: non peram, non panem, neque in zonam æs,

9. Indutos tamen calceos; neque indui duabus tunicis.

10. Sed dixit illis; Ubi introiveritis in domum (*aliquam,*) ibi manete, usque dum exieritis inde.

11. Quotquot verò non susceperint vos neque audiverint vos, exeuntes inde, [e] excutite pulverem, qui sub pedibus vestris (*erit*) in testimonium illis: Amen dico vobis; tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrhis in die judicii, quàm urbi isti.

e) *Act. 13,51.*

12. Exeuntes ergò prædicarunt, ut pœnitentiam agerent;

13. Et dæmonia multa ejecerunt, [f] & unxerunt oleo multos infirmos, ac sanaverunt.

f) *Iac. 5, 15.*

14. Audivit [g] verò Herodes [manifestum enim factum est nomen ipsius:] ideò dixit; Joannes, qui baptizabat, ex mortuis excitatus est, & propterea operantur (*hæ*) virtutes in illo.

g) *Mat. 14,1. Luc. 9,7*

15. Alii dixerunt; quia Elias est, alii verò dixerunt; quia Propheta est, aut quasi unus Prophetarum.

16. Audiens autem Herodes, dixit; quia quem ego decollavi Joannem, hic est: ille excitatus est ex mortuis.

17. Ipse enim [h] Herodes, misit & comprehendit Joannem, vinxitque illum in custodia, propter Herodiadem, uxorem Philippi fratris sui, quia eam duxerat in matrimonium.

h) *Luc. 3 19,20.*

18. Dixit enim Joannes Herodi, [i] quia non licet tibi habere uxorem fratris tui.

i) *Lev. 18,16.*

19. Herodias itaque insidiata est illi, & voluit quidem illum occidere: sed non potuit.

20. Herodes enim timebat Joannem, sciens (*esse*) illum virum justum & sanctum: ideò custodiebat (*tantùm*) illum: & audivit illum, ita ut multa faceret, & libenter illum audivit (*etiam in aliis rebus.*)

21. Veniente autem die opportunâ, quando Herodes Natalitiis suis convivium faciebat magnatibus suis, & Chiliarchis, & primoribus Galilææ.

k) *Mat. 14,6.*

22. Et ingressa filia ejus, Herodiadis, saltanteque & placente Herodi, atque una accumbentibus, dixit Rex puellæ, pete à me, quicquid volueris; dabo enim tibi.

23. Et juravit illi; quia quicquid petieris à me, dabo tibi, usque ad dimidium regni mei.

24. Illa verò egressa dixit matri suæ; quid petere debeo? hæc autem dixit, Caput Joannis Baptistæ.

25. Ingressa itaque statim cum festinatione ad Regem, petiit dicens; volo, ut mihi des ex tempore super patina caput Joannis Baptistæ.

26. Tum tristis (*quidem*) factus Rex, propter juramenta (*tamen,*) & eos, qui una accumbebant, non voluit illi repulsam dare;

27. Ideoque statim mittens Rex speculatorem mandavit, adferri caput ejus.

28. Hic verò abiit, & decollavit eum in custodia, attulitque caput ejus super patina, ac dedit illud puellæ: at puella dedit illud matri suæ.

29. Audientes verò discipuli venerunt, & sustulerunt corpus ejus, posueruntque illud in sepulchro.

l) *Matt. 14,13. Luc. 9,10* 30. Cæterum [l] congregati sunt Apostoli ad JESUM, & renunciarunt Ipsi omnia, tum quæcunque fecissent, tum quæcunque docuissent.

31. Qui dixit illis; Venite vos ipsi seorsim in desertum, & requiescite paulum: erant enim advenientes & abeuntes multi, ut etiam comedere opportunè nequirent.

32. Abivit itaque in desertum locum navi seorsim.

33. Viderunt tamen Ipsum turbæ abeuntem, & agnoverunt Ipsum multi: ideò pedibus ab omnibus urbibus simul cucurrerunt eò, & prævenerunt illos, & convenerunt ad Ipsum.

34. Exiens itaque (*è navi*) vidit JESUS m) *Mat. 9,36* populum multum, [m] & visceribus motus est super eo; quoniam erant sicut oves non habentes pastorem, cepitque docere eos multa.

n) *Mat. 14,15. Luc. 9,12* 35. Jam autem [n] tempore multo elapso, accedentes ad Ipsum discipuli Ipsius dicunt; quia desertus est hic locus, & tempus jam multum:

36. Dimitte eos, ut abeuntes in circumjacentes agros & pagos emant sibi ipsis panes: nam, quod comedant, non habent.

37. Ipse verò respondens dixit illis, date eis vos, quod comedant. Sed dicunt ipsi, (*num*) abeuntes emere debemus [o] ducentorum denariorum panes, ut demus iis, quod comedant? o) *Ioh. 6,7.*

38. At Ipse dixit illis; quot panes habetis; ite, & videte: cognoscentes itaque dicunt; quinque, & duos pisces.

39. Tum mandavit illis, accumbere facere omnes & singulas areas super viridi gramine.

40. Accubuerunt itaque singulæ areæ, centeni quique & quinquageni quique.

41. Tunc accipiens quinque panes & duos pisces, suspiciens in cœlum, benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis Suis, ut apponerent iis; pisces verò distribuit omnibus.

42. Comederunt itaque omnes, & saturati sunt.

43. Sustulerunt verò fragmenta, duodecim cophinos plenos, & de piscibus.

44. Erant autem, qui comederunt panes, quasi quinquies mille viri.

45. Statim ergò coëgit discipulos Suos [p] conscendere in navem, & præire in id, quod ultra, juxta Bethsaidam, donec Ipse dimitteret turbam. p) *Mat. 14,22. Ioh. 6,16.*

46. Discedensque ab iis, abiit in montem, ad orandum.

47. Vesperâ verò facta, erat navis in medio maris: Ipse verò solus super terra.

48. Viditque illos afflictos navigando: erat enim ventus contrarius illis: sed circa quartam custodiam noctis venit ad illos, ambulans super mari, voluitque præterire illos.

49. Illi verò videntes Ipsum ambulantem super mari, putarunt phantasma esse: ideoque clamarunt.

50. Omnes enim ipsum viderunt, & conturbati sunt. Sed statim locutus est cum ipsis, & dicit illis; confidite: Ego sum, ne timete.

51. Ascenditque ad eos in navem: tum quievit ventus. at valdè supra modum inter se obstupuerunt, & admirati sunt.

52. Non enim intelligentes facti erant super panibus: Erat namque cor eorum obduratum.

53. Quum autem [q] trajecissent, venerunt super terram Genesaret, & appulerunt. q) *Mat. 14,34.*

54. Quumque illi exirent è navi, ſtatim agnoſcentes Ipſum,

55. Circumcurſitarunt totam circumjacentem regionem, & ceperunt ſuper grabatis male habentes circumferre, ubi audiverunt, quod ibi eſſet.

56. Et quocunque ingreſſus eſt in pagos, aut urbes, aut agros, in foris poſuerunt infirmos : rogaruntque Ipſum, ut ſaltem fimbriam veſtimenti Ipſius tangerent : & quotquot tetigerant Ipſum, ſanati ſunt.

CAP. VII.

Partes habet quatuor. In I. (Chriſtus diſcipulos panem illotis manibus comedentes contra Phariſæos & traditiones patrum defendit. à v. 1. In II. populum & diſcipulos, quæ homines immundos DEO reddant, docet. à v. 14. In III. filiam Syrophœniſſæ à dæmone abſentem liberat. à v. 25. In IV. ſurdum & penè mutum audire & rectè loqui facit. à v. 31.

a) *Matt. 15, 1.* CÆterum [a] congregati ſunt ad Ipſum Phariſæi, & quidam Scribarum qui venerunt ab Hieroſolymis.

2. Qui videntes quoſdam diſcipulorum Ipſius communibus [h.e. illotis] manibus comedentes panes, ſuggillarunt.

3. Nam Phariſæi & omnes Judæi, niſi pugnorenus laverint manus, non comedunt, tenentes traditionem Seniorum.

4. Et a foro, quando non ſe baptizant, non comedunt : atque alia multa ſunt, quæ acceperunt tenere, baptizationes poculorum, & teſtaceorum, & æneorum (*vaſorum*) & lectorum.

5. Deinde interrogant Ipſum Phariſæi & Scribæ : Quare diſcipuli Tui non ambulant juxta traditionem Seniorum, ſed illotis manibus comedunt panem ?

6. Ipſe verò reſpondens dixit illis : quia b) *Eſa. 29, 13.* rectè prophetavit Eſaias de [b] vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt; Hic populus labus Me honorat ; cor verò eorum procul abeſt à Me.

7. Fruſtrà autem colunt Me, docentes doctrinas, (*quæ ſunt*) præcepta hominum.

8. Deſerentes enim mandatum DEI, tenetis traditionem hominum, baptiſmos teſtaceorum (*vaſorum,*) & poculorum ; & alia ſimilia talia multa facitis.

9. Præterea dixit illis ; Benè (*ſcilicet!*) repudiatis mandatum DEI, ut traditionem veſtram teneatis.

10. Moſes namque dixit ; [c] honora patrem tuum, & matrem tuam. Et ; [d] maledicens patri aut matri, morte morietur. c) *Exod. 20, 12. Deut. 5, 16. Eph. 6, 2.* d) *Exod. 21, 17. Levit. 20, 9. Prov. 20, 20.*

11. Vos autem dicitis : Si dixerit homo patri aut matri, Korban (*hoc eſt, munus*) quocunque ex me frui poſſis :

12. Tum non permittitis amplius illi quicquam facere patri ſuo aut matri ſuæ ;

13. Abrogantes verbum DEI traditione veſtra, quam tradidiſtis. Et ſimilia talia multa facitis.

14. Mox [e] ad Se vocans omnem turbam, dixit illis ; audite Me omnes, & intelligite ! e) *Mat. 15, 10.*

15. Nihil eſt extra hominem, intrans in ipſum, quod poſſit ipſum communem (*immundum*) reddere ; ſed exeuntia ex ipſo, iſta ſunt communem (*immundum*) reddentia hominem.

16. Si quis habet aures ad audiendum, audito.

17. Quum verò intravit in domum à turba, interrogarunt Ipſum diſcipuli Ipſius de (*hac*) parabola.

18. Qui dixit illis ; Num etiam vos non intelligentes eſtis ? non cogitatis, quod omne extrinſecus ingrediens in hominem, non poſſit illum communem reddere ?

19. Quoniam non ingreditur illius in cor, ſed in ventrem, & in latrinam egreditur, expurgantem omnes cibos.

20. Dixit contrà ; quoniam quod ex homine egreditur, illud communem reddit hominem.

21. Intrinſecus enim ex corde hominum cogitationes malæ egrediuntur, adulteria, ſcortationes, homicidia,

22. Furta, avaritiæ, malitiæ, dolus, intemperantia, oculus malus, blaſphemia ſuperbia, ſtultitia.

23. Omnia hæc mala intrinſecus (*exiſtentia*) egrediuntur (*inde,*) & communem reddunt hominem.

24. Cæ-

f) *Matt. 15, 21.* 24. Cæterum inde ſurgens [f] venit in fines Tyri & Sidonis, ingredienſque in domum, neminem voluit cognoſcere. Sed non potuit latere.

25. Nam quum audiviſſet mulier de Ipſo, cujus habebat filiola ſpiritum immundum, venit & accidit ad pedes Ipſius.

26. [Fuit autem mulier Græca, Syrophœniſſa genere] & rogavit Ipſum, ut dæmonium ejiceret è filia ſua.

27. JESUS autem dixit illi ; Sine prius ſatiari liberos. Non enim bonum eſt ſumere panem liberorum, & projicere canibus.

28. Illa verò reſpondit, & dixit Ipſi ; Næ, Domine. Atqui etiam canes ſub menſa comedunt micas puerorum.

29. Tum dixit illi ; Propter hoc verbum abi : Exivit dæmonium è filia tua.

30. Abiens itaque in domum ſuam, invenit dæmonium egreſſum, & filiam jacentem ſuper lecto.

31. Dein rurſus egreſſus à finibus Tyri & Sidonis venit ad mare Galilææ in medium finium Decapolis.

32. Ubi adferunt Ipſi ſurdum ægrè loquentem, rogantque Ipſum, ut imponeret illi manum.

33. Ipſe verò aſſumens illum de populo ſeorſim, injecit digitum Suum in aures ipſius, & expuens tetigit linguam illius,

34. Et ſuſpiciens in cœlum, ingemuit, & dixit illi ; Ephphatah, hoc eſt, aperitor.

35. Tum ſtatim aperti ſunt auditus ejus, ſolutumque eſt vinculum linguæ illius, & locutus eſt rectè.

36. Et mandavit (*quidem*) illis, ut nemini dicerent quantum autem mandavit illis, magis amplius prædicabant.

37. Et ſupra modum percellebantur, dicentes ; Bene omnia fecit : nam ſurdos facit audire, & mutos loqui.

CAP. IIX.

Partes habet ſex. In I. Chriſtus ſeptem panibus 4000. hominum cibat. à v. 1. In II. diſcipulos, ut a Phariſæorum ſignum petentium fermento ſibi caveant, monet. à v. 11. In III. cæco, ſputo in oculos, & ponendo ſuper eos manus, dat viſum. a v. 22. In IV. diſcipulos, quem Se eſſe credant interrogat, & probat, imperatæ ſilen. io. a v. 27. In V. de futura ſua paſſione & morte prædicat, & Petrum dehortantem caſtigat. In VI. ad ſui ſub cruce ſequelam omnes adhortatur. a v. 34.

IN illis diebus [a] cum plurimus populus adeſſet, & non haberent, quod comederent, advocans JESUS diſcipulos Suos, dicit illis ;

2. Viſceribus moveor ſuper populo, quia jam dies tres permanſerunt apud Me, & non habent, quod comedant :

3. Et ſi dimittam eos jejunos in domum illorum, deficient in viâ : quidam enim illorum e longinquo venerant

4. Sed reſponderunt Ipſi diſcipuli Ipſius ; Unde hos poterit quis hic ſaturare panibus in deſerto ?

5. Interrogavit ergò illos ; Quot habetis panes ? illi verò dixerunt Septem.

6. Tum præcepit populo diſcumbere ſuper terra : & ſumens ſeptem panes, poſtquam gratias egit, fregit, & dedit diſcipulis Suis, ut apponerent : qui apposuerunt populo.

7. Habebantque piſciculos paucos, quos benedicens, juſſit apponere etiam iſtos.

8. Comederunt autem, & ſaturati ſunt. Sustulerunt tamen ſuperflua fragmentorum ſeptem ſportulas.

9. Erant verò qui comederant quatuor millia. Tum (*demum*) dimiſit illos.

10. Statim verò ingreſſus in navem cum diſcipulis Suis, venit in partes Dalmanuthæ.

11. Ubi exiverunt Phariſæi, ceperuntque diſputare cum Ipſo, [b] quærentes ab b *Matt. 16, 1.* Ipſo ſignum è cœlo, tentantes (*verò*) Ipſum.

12. Qui ſuſpirans Spiritu Suo dicit ; Quid generatio hæc ſignum quærit ? Amen dico vobis, [c] Non dabitur generationi huic ſignum. c) *Luc. 11, 29.*

13. Relinquens igitur illos, ingreſſus iterum in navem, tranſit in ulteriorem (*terram.*)

14. Obliti verò fuerant ſumere panes, d) *Mat. 16, 5. ſ.* & non niſi unum panem habebant ſecum in navi.

15. At præcipiebat illis, dicens; Videte, cavete à fermento Pharisæorum, & à fermento Herodis.

16 Unde disputabant invicem, dicentes; quia panes non habemus.

17. Cognoscens verò JESUS, dicit illis; quid disputatis, quod panes non habetis? nondumne intelligentes estis, neque intelligitis? adhucne obduratum habetis cor vestrum?

18. Oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? & non recordamini?

z)*Isa. 6, 9, 13.* 19. Quando [c] quinque panes fregi pro quinquemillibus, quot cophinos plenos fragmentorum sustulistis? dicunt Ipsi; duodecim.

20. Quando verò septem pro quatuor millibus, quod sportulas superfluorum fragmentorum sustulistis? illi autem dixerunt: Septem.

21. Tum dixit illis, Quomodo (*ergò*) non intelligitis?

22. Posteà venit in Bethsaida: ubi afferunt Ipsi cœcum, & rogant Ipsum, ut illum tangeret,

23. Apprehendens itaque manum cœci, eduxit illum extra pagum, & expuens in oculos illius interrogavit illum; numquid videat?

24. Qui suspiciens dixit; Video homines, quia sicut arbores video ambulantes.

25. Deinde iterum imposuit manus super oculos illius, & fecit illum suspicere: tum restitutus est, & suspexit clarè omnes.

26. Dimisit ergò illum in domum illius, dicens; Neque in pagum ingrediaris, neque dicas ulli in pago.

f)*Matt. 16, 3. Luc. 9, 18* 27. Posteà [f] exivit JESUS, & discipuli Ipsius in pagos Cæsareæ Philippi. In via autem interrogabat discipulos Suos, dicens illis; Quem Me dicunt homines esse?

28. Hi verò responderunt; Joannem Baptistam; & alii, Eliam; alii autem, Unum de Prophetis.

29. Ipse ergò dixit illis; Vos verò quem Me dicitis esse? Tum respondens Petrus dicit Ipsi; Tu es CHRISTUS.

30. Inhibuit ergò illis, ut nemini dicerent de Ipso (*hoc.*)

31. Cepit autem docere ipsos, [g] quod oportet filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus, & principibus Sacerdotum ac Scribis, & occidi, post tres tamen dies resurgere. g)*Matt. 16, 21. Luc. 18, 31*

32. Et cum confidentia verbum locutus est. Sed assumens Ipsum Petrus, cepit objurgare Ipsum, (*ne faceret.*)

33. Ipse verò conversus, & respiciens discipulos Suos reprehendit Petrum, dicens; Abi post Me Sarana, quia non sapis ea, quæ DEI sunt, sed quæ hominum.

34. Convocans autem turbam cum discipulis Suis, dixit iis; [h] Quisquis voluerit post Me venire, abnegato seipsum, tollatque crucem suam, ac (*ita*) sequatur Me. h)*Mat. 10, 38. Luc. 9, 23. Joh. 12, 25.*

35. Qui enim voluerit animam servare, perdet eam: qui verò perdiderit animam suam propter Me, & propter Evangelium, hic servabit eam.

36. Quid namque [i] prodetit homini, si lucrabitur mundum totum, sed damnum patiatur animæ suæ? i)*Matt. 16, 26.*

37. Aut quod dabit homo redemtionis pretium animæ suæ?

38. [k] Quemcunque enim pudebit Mei & sermonum Meorum in generatione hac adulterina & peccatrice, Filium etiam hominis pudebit illius, quando venerit in gloria Patris Sui cum Angelis Sanctis. k)*Mat. 10, 32. Luc. 9, 26. 12, 9.*

CAP. IX.

Partes habet septem. I. Est transfiguratio Christi in monte. à v. 1. II. Colloquium discipulorum de adventu Elia. à v. 11. III. Sanatio pueri Lunatici frustrà à discipulis tentata, à Christo facile peracta. à v. 17. IV. Christi de suâ passione iterata praedictio. à v. 20. V. Discipulorum ad humilitatem adhortatio. à v. 33. VI. Homo Christum non sequitur, damonia ejiciens, à v. 38. VII. Seria à scandalo dehortatio. à v. 42.

DIcebat etiam illis; [a] Amen dico vobis, quod sint quidam, qui hìc steterunt, qui neutiquam gustabunt mortem, usque dum viderint regnum DEI, venisse in virtute. a)*Mat. 16, 28. Luc. 9, 27.*

2. Et [b] post dies sex assumit JESUS Petrum, & Jacobum, & Joannem, & subducit eos in montem altum seorsim solos: transformatus ubi est coram illis. b)*Mat. 17, 1. Luc. 9, 28.*

3. Ita ut vestimenta Ipsius facta sint splendentia, alba valdè sicut nix, cujusmodi fullo super terra non potest dealbare.

4. Ac visi sunt ipsis Elias cum Mose, qui erant colloquentes cum JESU.

5. Respondens itaque Petrus dicit ad JESUM; Rabbi, bonum est nos hic esse; ideò faciamus tentoria tria; Tibi unum, & Mosi unum, & Eliæ unum.

6. Non enim sciebat (*pragaudio,*) quid loqueretur: erant enim consternati.

7. Insuper venit nubes obumbrans illos, venitque vox è nube, dicens; [c] Hic est filius Meus dilectus, Ipsum audite. c)*Matt. 3, 16. 17, 5.*

8. Sed statim circumspicientes, non amplius quenquam viderunt, sed JESUM solum secum ipsis.

9. Descendentibus autem ipsis de monte, præcepit illis, ut nemini referrent, quæ vidissent, nisi quando filius hominis ex mortuis resurrexisset.

10. Qui (*quidem*) verbum continuerunt apud se, (*sed tamen*) disquirentes, quid esset hoc ex mortuis resurgere.

11. Insuper interrogarunt Ipsum, dicentes; Atqui dicunt Scribæ, [d] quod Eliam oporteat venire prius (*quàm Christum.*) d)*Mal. 4, 5.*

12. Ipse verò respondens dixit illis; Elias quidem (*quidam erat*) venturus prius, ut restitueret omnia (*non autem Thesbites ille.*) Quomodo tamen scriptum super filio hominis est, ut multa patiatur, & contemnatur, (*etiam illi fiet.*)

13. Quin (*etiam*) dico vobis, quod Elias quoque (*praedictus*) venerit, fecerint verò illi, quæcunque voluerunt, sicut scriptum est de Illo.

14. Quum venisset autem ad discipulos, vidit turbam multam apud illos, & Scribas disquirentes cum illis.

15. Et statim omnis turba, cum videret Ipsum, obstupuit, ac accurrentes salutarunt Ipsum.

16. Tum interrogavit Pharisæos; quid disquisivistis cum illis (*non autem potius Mecum: illi adhuc infirmi.*)

17. Respondens aliquis è turba dixit; [e] Magister, attuli filium meum ad Te, habentem spiritum mutum. e)*Matt 17, 14.*

18. Et ubicunque illum apprehenderit, lacerat illum: & spumat, & strider dentibus suis, & exiccatur. Dixi ergò discipulis Tuis, ut illum ejicerent, sed non potuerunt. *Luc. 9, 38*

19. Ipse verò respondens dixit illi; ô generatio infidelis, quousque sustineam vos! adferte eum ad Me.

20. Attulerunt ergò illum ad Ipsum. Sed videns ipsum, statim spiritus convulsit illum, & cadens (*puer*) super terram volvit se spumans.

21. Interrogavit autem (*JESUS*) patrem illius; Quantum tempus est, ex quo factum est illi hoc? hic ergò respondit; à pueritia.

22. Et sæpè illum etiam in ignem conjecit, & in aquas, ut perderet illum. Verùm si quid potes, adjuvato nos, visceribus motus super nos.

23. JESUS verò dixit ei: Quia si possis credere: omnia enim possibilia (*Mihi sunt, ut faciam*) credenti.

24. Tum statim exclamans pater pueri, cum lachrymis dixit; credo, Domine: Juva meam incredulitatem.

25. Videns verò JESUS, quod concurreret turba, objurgavit spiritum immundum, dicens illi; Spiritus mute & surde, Ego tibi mando, exi ex illo, & non amplius ingredere in ipsum.

26. Tum clamans, & multum convellens illum, exivit. Unde factus est sicut mortuus, ut multi dicerent, quod mortuus esset.

27. Verùm JESUS apprehendens illum manu, erexit illum: qui surrexit.

28. Quum autem intrasset in domum, discipuli Ipsius interrogaverunt Ipsum seorsim; cur nos non potuimus ejicere eum: (*cùm tamen potestatem ejiciendi nobis dederis?*)

29. Qui dixit illis; Hoc genus per nihil potest exire, nisi per preces & jejunium (*fidele.*)

30. Cæterùm quum exirent inde, peragratunt per Galilæam: sed non voluit, ut quisquam sciret.

31. Docuit enim (*postèa*) discipulos
f) *Matt.* 17, 22. Suos, dixitque illis; [f] quia filius homi-
Luc. 9, 44. nis tradetur in manus hominum, qui occi-
dent illum; sed occisus tertia die resurget.

32. Sed illi ignorarunt verbum, timebántque Ipsum interrogare.

33. Venit postea in Capernaum. Ubi cùm in domo esset, interrogavit illos; Quid in via inter vos invicem disceptastis?

34. Illi autem tacuerunt: nam inter se
g) *Matt.* 18, 1. *Luc.* 9, 46. 22, 24. invicem disceptaverant, in viâ; [g] quis-nam major (*esset?*)

35. Consedit itaque, vocavitque Duodecim (*discipulos*) & dicit illis; si quis vult primus esse, sit omnium ultimus, & omnium minister.

36. Insuper cum accepisset puerulum, statuit illum in medium eorum, inque ulnas suscipiens illum, dixit istis:

37. Quisquis unum ex talibus pueruli suscipit in Nomine Meo, Me suscipit; quisquis autem Me suscipit, non suscipit Me, sed eum, qui misit Me.

38. Respondit verò Ipsi Joannes, di-
h) *Luc.* 9, 49. cens; [h] Magister, vidimus aliquem Nomine Tuo ejicientem dæmonia, qui non sequitur nos, ideò prohibuimus illi, quia non sequitur nos. (*Ergone non rectè fecimus?*)

39. Jesus autem dixit; ne prohibete
i) *1. Cor.* 12, 3. illi: [i] nemo enim est, qui faciat virtutem in Nomine Meo, & possit mox maledicere Mihi.

40. Quisquis namque non est contra nos, pro nobis est.

k) *Matt.* 10, 42. 41. [k] Quisquis enim potaverit vos poculo aquæ in Nomine Meo, eò quod CHRISTI sitis: amen dico vobis; non perdet mercedem suam.

l) *Matt.* 18, 6. *Luc.* 17. 1. 42. Quisquis verò [l] scandalizaverit unum ex parvis credentibus in Me, bonum esset illi magis, si circumjaceret lapis molaris circa collum illius & conjiceretur in mare.

m) *Matt.* 5, 29. 18, 8. 43. Quare [m] si scandalizaverit te manus tua, abscinde eam: bonum est tibi (*magis*) mutilum in vitam ingredi, quam duas manus habentem abire in gehennam in ignem inextinguibilem.

n) *Esa.* 66, 24. 44. Ubi [n] vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

45. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum: bonum est tibi ingredi in vitam claudum (*magis,*) quam duos pedes habentem conjici in gehennam, in ignem inextinguibilem.

46. Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

47. Et si oculus tuus scandalizaverit te, erue eum: bonum (*magis*) tibi est, Unoculum ingredi in regnum DEI, quàm duos oculos habentem conjici in gehennam ignis.

48. Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

49. Omnis namque igne salietur, & omne sacrificium sale salietur.

50. [o] Bonum est sal. Si autem sal
o) *Mat.* 5, 13. *Luc.* 14, 34. insulsus fiat, quonam illum condietis? Habete in vobis ipsis salem, & pacem colite inter vos invicem.

CAP. X.

Partes habet novem. I. Est quæstio Pharisæorum ac stupidio & libello ejus. à v. 1. II. Colloquium Christi privatum cum discipulis de eadem re. à v. 10. III. Pueri ad Christum allati & benedicti. à v. 13. IV. Juvenis Pharisæus ob divitiarum amorem Christi sequelam renuens. à v. 17. V. Colloquium Christi cum discipulis super salute divitum. à v. 23. VI. Præmium cum Apostolis Christum sequentibus omnibus promissum. à v. 28. VII. Prædictio Christi Hierosolymam ascendentis de suâ passione & morte propinquâ. à v. 32. IIX. Filiorum Zebedæi petitio, & ob eam Apostolorum contentio. à v. 35. IX. Bartimæus cæcus a Christo sanatus. à v. 46.

a) *Matt.* 19, 1. DEinde inde surgens [a] venit in fines Judææ per (*terram*) trans Jordanem; ubi coëunt rursus turbæ ad Ipsum, quas, ut consueverat, rursus docebat.

2. Accedentes verò Pharisæi interrogarunt Ipsum, (*dicentes:*) num licet viro uxorem dimittere, tentantes (*inquam*) Ipsum.

3. Ipse autem respondens dixit illis; quid vobis præcepit Moses?

4. Tum illi dixerunt (*quidem:*) Moses permisit libellum repudii scribere, & dimittere.

5. At respondens JESUS dixit illis; propter duritiem cordis vestram scripsit vobis præceptum hoc.

6. Ab

b) *Gen.* 1, 27. 6. Ab initio autem creationis [b] masculum & fœminam fecit eos DEUS.

c) *Gen.* 2, 24. *Eph.* 5, 31. 7. (*Et dixit,*) Propter hoc [c] derelinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ.

d) *1. Cor.* 6, 16. 8. Eruntque [d] duo in carnem unam: quare non amplius sunt duo, sed una caro.

9. Quod ergò DEUS conjunxit, homo ne separato.

10. Posteà in domo iterùm discipuli Ipsius de eodem interrogaverunt Ipsum:

11. Quibus dixit; Quisquis dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur contra illam.

12. Et si mulier dimiserit maritum suum, & nupserit alii mœchatur.

e) *Matt.* 19, 13. *Luc.* 18, 15. 13. [e] Attulerunt posteà Ipsi infantes, ut tangeret eos: discipuli autem reprehendebant eos, qui adferebant.

14. Sed videns JESUS, indignatus est, dixitque illis; Sinite infantes venire ad me, & non prohibete eis: Talium enim est regnum DEI.

15. Amen dico vobis; Quisquis non acceperit regnum DEI, ut infans, non ingredietur in illud.

16. Suscipiens igitur eos in ulnas, posuit manus Suas super eos, & benedixit eis.

17. Quumque exivisset in viam,
f) *Matt.* 19, 16. *Luc.* 18, 18. [f] accurrit unus, & genua flectens Ipsi, interrogavit Ipsum, Magister bone, quid facere debeo, ut vitam æternam hereditario accipiam?

18. JESUS autem dixit illi; Quid Me dicis bonum? nemo bonus, nisi unus, DEUS.

g) *Exod.* 20, 12. *Deut.* 5, 16. 19. Præcepta nosti; [g] non mœchaberis, non occides, non furaberis; non eris falsus testis, non defraudabis (*quenquam,*) honora patrem tuum & matrem.

20. Ille verò respondens dixit Ipsi: Hæc omnia custodivi à Juventute meâ.

21. JESUS quidem aspexit illum, & amavit illum, dixit tamen illi; (*videamus ergo, quomodo servaveris:*) Unum tibi deest: abi, quæcunque habes, vende, & da pauperibus, ita habebis thesaurum in cœlo: veni tamen, sequere me, tollens (*inte*) crucem.

22. Tum verò contristatus super verbo (*hoc,*) abiit lugens. Erat enim possidens bona multa.

23. Circumspiciens itaque JESUS [h] dicit discipulis Suis; Quàm difficulter, qui pecunias habent, in regnum DEI ingredientur?
h) *Matt.* 19, 23. *Luc.* 18, 24.

24. Discipuli verò obstupuerunt super verbis ipsius. At JESUS denuò respondens dicit illis; Filioli, quàm difficile est, eos, qui confidunt super pecuniis, in regnum DEI ingredi.

25. Facilius est, Camelum per foramen acus ingredi, quam divitem in regnum DEI ingredi.

26. Hi verò magis perturbati sunt, dicentes inter seipsos, quis ergò poterit salvari?

27. Sed aspiciens eos JESUS dicit; Apud homines impossibile (*est:*) non verò apud DEUM: omnia enim possibilia (*sunt*) apud DEUM.

28. Cepit ergò Petrus dicere Ipsi; Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti Te (*sumus,*)

29. Respondens verò JESUS dixit; Amen dico vobis: nemo est, qui dereliquit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros propter Me, & Evangelium:

30. Si non recipiat centupla, nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros cum persecutionibus, & in seculo venturo vitam æternam.

i) *Matt.* 19, 30. *Luc.* 13, 30. 31. [i] Multi tamen erunt primi, ultimi; & ultimi, primi.

k) *Matt.* 20, 17. *Luc.* 18, 31. 32. Cæterum erant in via [k] ascendentes in Hierosolymam, eratque præcedens illis JESUS; ac admirabantur, & sequentes extimuerunt. Assumserat enim iterùm Duodecim, ceperatque illis dicere ea, quæ futura erant, ut evenirent Ipsi:

33. Quia (*inquiebat*) Ecce, ascendimus in Hierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis,

bis, qui condemnabunt Ipsum mortis, tradentque Ipsum Ethnicis.

34. Hique illudent Ipsi, & flagellabunt Ipsum, & exspuent in Ipsum. & occident Ipsum: tertia tamen die resurget.

35. Tum [l] accesserunt Ipsi Jacobus & Joannes, filii Zebedæi, dicentes; Magister, volumus, ut quæcunque petierimus, facias nobis.

l) *Matt.* 20,20.

36. Ipse verò dixit illis; quid vultis, facere Me vobis?

37. Dixerunt ergò Ipsi; Da nobis, ut unus à dextris Tuis, & alter a sinistris Tuis sedeamus in gloria Tua.

38. Jesus verò dixit illis; Non scitis, quid petatis. potestisne hibere poculum, quod Ego bibo? & baptismo, quo Ego baptizor, baptizari?

39 Atilli dixerunt; Possumus. Sed Ipse Jesus dixit illis; Poculum quidem, quod Ego bibo, bibetis, & baptismo, quo Ego baptizor, baptizabimim.

40. Sedere verò ex dextris Meis, & ex sinistris Meis, non est Meum dare, sed quibus paratum est.

41. Quum autem audirent decem, [m] ceperunt indignari de Jacobo & Joanne.

m) *Mat.* 20,24. *Luc.* 22, 25.

42. Jesus itaque vocavit eos ad Se, & dicit eis; Scitis, quod qui æstimati sunt (*digni*) imperare gentibus, dominentur eis, & magna es earum potestatem habeant in eas.

43. Non sic verò erit inter vos.

44. Sed quisquis voluerit esse magnus inter vos, erit minister vester: & quicunque voluerit vestrum esse primus, erit omnium servus.

45. Nam etiam Filius hominis non venit, ut ministretur Ipsi, sed ut ministret, & det animam suam pretium redemtionis pro multis.

n) *Mat.* 20,29. *Luc.* 18, 35.

46. Deinde [n] veniunt in Jerichuntem: quumque Ipse exiret à Jerichunte, & discipuli Ipsius, & turba ingens, filius Timæi, Bartimæus cœcus sedit juxta viam mendicans.

47. Qui cùm audiret, quod Jesus Nazarenus esset; cepit clamare, & dicere; Fili David Jesu, miserere mei.

48. Sed reprehenderunt ipsum multi, ut taceret: ille verò multò magis clamabat; Fili David, miserere mei.

49. Subsistens itaque Jesus dicit, ut ille vocaretur. Vocant ergò cœcum, dicentes illi; confide, surge, vocat te.

50. Ille verò abjiciens vestimentum suum, surgens venit ad Jesum.

51. Tum respondens dicit illi Jesus; Quid vis, faciam tibi? cœcus autem dixit Ipsi; Rabbuni, ut videam.

52. Jesus itaque dixit illi; Abi: fides tua salvum fecit te. Statim ergò vidit, & secutus est Jesum in via.

CAP. XI.

Partes habet quinq. I. Est ingressus Christi in Hierosolymam super asino, acclamante populo. à v. 1. II. Ficus à Christo maledictione arefacta. à v. 7. III. Reformatio templi. à v. 16. IV. Colloquium Christi cum discipulis super ficu arefacta. à v. 20. V. Quæstio Pharisæorum de potestate Christo data. à v. 27.

Quum verò [a] appropinquarunt Hierosolymam, ad Beth-phage & Bethaniam, ad montem olivarum, mittit (*Jesus*) duos discipulorum Suorum?

a) *Matt.* 20, 1. *Luc.* 19, 29.

2. Dicitque illis; Abite in pagum, qui est è regione vestri. Ubi statim ingressi in eum, invenietis pullum ligatum, super quo nemo hominum sedit: solventes eum adducite.

3. Quod si quis vobis dixerit; Quid facitis hoc? dicite; quia Dominus illo opus habet: tum statim mittet illum huc.

4. Abiverunt verò, & invenerunt pullum ligatum ad ostium foris in bivio, & solverunt eum.

5. Quumque quidam ibi stantium dicerent illis; quid facitis solvendo pullum?

6. Hi autem dicerent istis, quemadmodum mandaverat Jesus; permiserunt illis.

7. Adduxerunt ergò [b] pullum ad Jesum, & injecerunt illi vestimenta sua, seditque super eo.

b) *Ioh.* 12,14.

8. Multi verò vestimenta sua straverunt

runt in viam: alii verò ramusculos exciderunt ex arboribus, & sternebant in viam.

9. Præcedentes verò & sequentes clamant, dicentes; Osanna, [c] benedictus qui venit in Nomine Domini:

c) *Psal.* 118,25.

10. Benedictum, quod venit, regnum, in nomine Domini, Patris nostri Davidis. Osanna in Altissimis!

11. Ita intravit in Hierosolymam Jesus, & in templum: quumque circumspexisset omnia, quum jam vespera esset temporis, exivit in Bethaniam cum Duodecim,

d) *Mat.* 21,18. 12. Postero [d] (*die*) autem cum exirent illi à Bethania, esuriit (*Jesus.*)

13. Videns ergò ficum procul, habentem folia, venit, si fortè inveniret in eâ quid: sed cum venisset ad eam, nihil invenit, nisi folia: non enim erat tempus ficuum.

14. Ideò respondens Jesus dixit ei; Neque ex te in seculum quisquam fructum comedat. Quod audiverunt discipuli Ipsius.

15. Quum verò venerunt in Hierosolymam, & [e] intravit Jesus in templum, cepit ejicere vendentes & ementes è templo, & mensas numulariorum, & sedilia vendentium columbas subvertit.

e) *Matt.* 21,12. *Luc.* 19, 45.

16. Nec permisit ulli, ut ferret vas per templum.

f) *Esa.* 56,7.

17. Docuit autem, dicens illis; [f] nonne scriptum est? quia domus Mea domus precum vocabitur omnibus gentibus. Vos

g) *Ier.* 7, 11.

verò [g] fecistis eam speluncam latronum.

18. Audiverunt autem Scribæ & principes Sacerdotum: ideò quæsiverunt, quomodo Ipsum perderent. Timuerunt enim Ipsum: eò quod omnis turba obstupescebat super doctrina Ipsius.

19. Quum autem facta est vespera, exivit extra urbem.

h) *Mat.* 21,20.

20. Manè verò prætereuntes [h] viderunt ficum exaresactam ex radicibus.

21. Tum recordatus Petrus dicit Ipsi; Rabbi, vide, ficus, cui maledixisti, exaruit.

22. Respondens autem Jesus dicit illis; Habete fidem Dei.

23. Amen namque dico vobis; quod quicunque (*tum*) dixerit monti huic; Tollere, & projice te in mare; nec dubitaverit in corde suo, sed crediderit, quod, quæ dicit, futura sint; fiet ipsi, quod dixerit.

24. Propterea dico vobis; [i] omnia, quæcunque precantes petitis, credite, quod accepturi sitis: tum fiet vobis.

i) *Matt.* 7,7. 21,22.

25. Quum verò steteritis orantes, dimittite, si quid habetis contra quenquam, ut etiam Pater vester, qui in cœlis, dimittat vobis lapsus vestros.

Luc. 11,9

26. Si verò [k] vos non dimiseritis, neque Pater vester, qui in cœlis, dimittet lapsus vestros.

k) *Mat.* 6, 14.

27. Sic venerunt iterùm in Hierosolymam. Quumque in templo ambularet Ipse, veniunt ad Ipsum principes Sacerdotum, & Scribæ, & Seniores:

l) *Matt.* 21,23. *Luc.* 20, 1.

28. Dicuntque Ipsi; In quali potestate hæc facis? & quis Tibi potestatem hanc dedit, ut hæc facias?

29. Jesus ergò respondens dixit illis; Interrogabo vos etiam Ego unum verbum; Si responderitis Mihi, dicam etiam vobis, in quali potestate hæc faciam.

30. (*Nimirum*;) Baptisma Joannis è cœlone erat, an ex hominibus? respondete Mihi.

31. At cogitarunt inter seipsos, dicentes; si dixerimus, è cœlo: dicet, quare ergò non credidistis illi?

32. At si dixerimus, ex hominibus, timuerunt populum: Omnes enim habebant Joannem: quod revera prophetа esset.

33. Respondentes itaque dicunt ad Jesum; Non scimus. Quare Jesus respondens dicit illis; Neque Ego (*ergò*) dico vobis, in quali potestate hæc faciam.

CAP. XII.

Partes habet septem. I. Parabola est de Domino vinea, & Filio ejus à vinitoribus occiso, cum defensione contra Pharisæos. à v. 1. II. Quæstio de censu Cæsari. à v. 13. III. Disputatio cum Sadducæis de resurrectione mortuorum. à v. 18. IV. Quæstio de

maximo præcepto. a v. 28. V. Christus Filius Davidis. a v. 35. VI. Querela Christi de Pharisæorum moribus a v. 38. VII. Vidua in Gazophylacium duos scrupulos injiciens. a v. 41.

DEinde cepit illis, per parabolas dicere; [a] Vineam plantavit homo, & circumposuit sepem, foditque torcular: extruxit etiam turrim, & elocavit colonis: posteà peregrè abiit

a) Es. 5, 1 Jer. 2, 2. Matth. 21, 23. Luc. 20, 9.

2. Misit autem ad colonos tempore (*suo*) servum, ut à colonis acciperet de fructu vineæ.

3. Isti verò accipientes eum, ceciderunt, & dimiserunt inanem.

4. Misit igitur iterum ad illos alium servum: quem verò lapidantes comminuerunt caput ejus, dimiseruntque ignominia affectum.

5. Iterum tamen alium misit; hunc etiam occiderunt: & multos alios; (*quorum*) quosdam quidem ceciderunt, quosdam verò occiderunt.

6. Adhuc ergò unum filium habens dilectum, misit etiam eum ad illos postremum, dicens; quia reverebuntur filium meum.

7. Isti verò coloni dixerunt in seipsis; quia hic est heres; agite, occidamus eum; & nostra erit hereditas.

8. Accipientes itaque eum occiderunt, & ejecerunt extra vineam.

9. Quid ergò faciet dominus vineæ? veniet & perdet colonos, dabitque vineam aliis.

b) Psal. 118, 22. Esa. 28, 16. Matth. 21, 42. Act. 4, 11. Rom. 9, 33. 1. Pet. 2, 7.

10. Annon scripturam hanc [b] legistis; lapidem quem reprobarunt ædificantes; hic (*inquam*) factus est caput anguli?

11. A Domino factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris.

12. Tum quæsiverunt Ipsum comprehendere: sed timuerunt turbam: intellexerunt namque, quod de illis parabolam dixisset. Relinquentes itaque Ipsum abierunt (*quidem.*)

c) Matt. 22, 15. Luc. 20, 20.

13. Sed [c] mittunt ad Ipsum quosdam Phatisæorum & Herodianorum, ut Ipsum venarentur in verbo.

14. Hi autem venerunt, & dixerunt Ipsi; Magister, scimus, quod verax sis, & non curæ Tibi sit ullus: non enim respicis faciem hominum, sed in veritate viam DEI doces: Licetne censum Cæsari dare, annon? debemus dare, an non dare?

15. At Ipse cognoscens illorum hypocrisin, dixit illis; Quid Me tentatis? adferte Mihi denarium, ut videam.

16. Quum autem illi adferrent, dicit illis; cujus est imago hæc, & inscriptio? illi verò dixerunt Ipsi, Cæsaris.

17. Tum respondens JESUS dixit illis; [d] date Cæsari, quæ (*sunt*) Cæsaris; & quæ DEI, DEO. Super quo admirati sunt.

d) Rom. 13, 7.

18. Pòst [e] venerunt Sadducæi ad Ipsum, qui dicunt, resurrectionem non esse, interrogaruntque Ipsum, dicentes;

e) Matt. 22, 23. Luc. 20, 27.

19. Magister, Moses scripsit nobis, quod si alicujus frater mortuus fuerit, & relinquat uxorem, sed prolem non reliquerit, ut accipiat frater ejus uxorem ejus, excitetque semen fratri sui.

20. Jam septem fratres erant. Primus accepit uxorem: & cum moreretur, non reliquit semen.

21. Secundus itaque accepit eam: sed mortuus est, & neque iste reliquit semen. Similiter etiam tertius.

22. Ita acceperunt eam septem (*isti,*) ut non reliquerint semen. Ultima omnium mortua est etiam mulier.

23. In resurrectione itaque, quando resurgent, cujus istorum erit uxor? Septem enim (*isti*) habuerunt eam uxorem.

24. Sed respondens JESUS dixit illis; nonne propter hoc erratis, quod ignoratis scripturas, neque potentiam DEI?

25. Quando namque ex mortuis resurgent, neque uxores ducent, neque nubent; sed erunt sicut Angeli, qui in cœlis.

26. De mortuis verò, quod resurrecturi sint, annon legistis in libro Mosis, apud rubum quomodo dixerit ipsi DEUS, [f] ajens; Ego (*sum*) DEUS Abrahami, & DEUS Isaaci, & DEUS Jacobi?

f) Exod. 3, 6.

27. (*Jam*) non est DEUS mortuorum, sed DEUS viventium. Vos igitur multùm erratis.

28. Deinde [g] accedens unus ex Scribis, qui audiverat eos disputantes, agnoscens, quod bene illis respondisset tentavit Ipsum (*dicens,*) Quod est primarium omnium præceptum?

g) Mat. 22, 35.

29. JESUS vero respondit illi; quia primarium omnium præceptorum (*est;*) [b] Audi Israël, Dominus DEUS noster, Dominus unus est.

h) Deut. 6, 4-5.

30. Ideò diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis: hoc primarium est præceptum.

31. Alterum quidem simile, hoc (*est;*) [i] Diliges proximum tuum sicut teipsum. Majus his aliud præceptum non est:

i) Lev. 19, 18. Matth. 22, 39. Rom. 13, 9. Gal. 5, 14. Jac. 2, 8.

32. Tum dixit Ipsi Scriba (*iste;*) Benè, Magister, in veritate locutus es: quia unus est DEUS, & non est alius præter Illum.

33. Et diligere illum ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex totis viribus; & diligere proximum suum, sicut seipsum, plus est omnibus holocaustis & sacrificiis.

34. JESUS ergò videns, quod prudenter respondisset, dixit illi; Non procul abes à regno DEI. Deinceps nemo amplius audebat Ipsum interrogare.

35. Cæterùm respondens JESUS dixit, docens in templo; [k] Quomodo Phatisæi dicunt, quod CHRISTUS Filius sit (*tantùm*) Davidis?

k) Mat. 22, 42. Luc. 20, 41.

36. Ipse enim David dixit in Spiritu Sancto; [l] Dixit Dominus Domino meo; Sede à dextris Meis, donec ponam inimicos Tuos scabellum pedum Tuorum (*die novissimo.*)

l) Psal. 110, 1.

37. Ipse itaque David eum vocat Dominum: quomodo ergò (*tantùm*) filius illius est? Multa verò turba audivit Ipsum libenter.

38. Quibus dicebat in doctrinâ suâ; [m] Cavete a Scribis, qui amant in stolis ambulare, & salutationes in foris.

m) Mat. 23, 6. Luc. 11, 43. 20, 46.

39. Et primas sedes in Synagogis, & primos accubitus in conviviis.

40. Qui (*interea*) devorant domos viduarum, & prætextu prolixa precantur. Hi accipient abundantius judicium.

n) Luc. 21, 1.

41. Porrò [n] sedens JESUS è regione gazophylacii videbat, quomodo turba injiceret æs in gazophylacium: & multi (*quidem*) divites injiciebant multa.

42. Sed veniens aliqua vidua injecit minuta duo, quod est dodrans.

43. Tum ad Se vocans discipulos Suos, dicit illis; Amen dico vobis, quod vidua hæc pauper plus omnibus injecerit iis, qui injecerunt in gazophylacium.

44. Omnes enim ex eo, quod abundabat ipsis, injecerunt: hæc verò ex penuria sua, omnia, quæ habebat, injecit, totam substantiam suam.

CAP. XIII.

Partes habet tres. I. Est prædictio eversionis templi, Hierosolymæ & terræ Judææ. à v. 1. II. Adventus Christi secundus & præcedentia ejus tempora & signa. à v. 14. III. Adhortatio ad constantiam & vigilantiam sub tribulationibus. a v. 9. 21. 28.

QUum verò [a] exivit è templo, dicit Ipsi unus discipulorum Ipsius; Magister, vide, quanti lapides, & quantæ structuræ.

a) Matt. 24, 1. Luc. 21, 5.

2. JESUS verò respondens dixit illi; videsne has magnas structuras? non relinquetur lapis super lapide, qui non dissolvatur.

3. Quum ergò Ipse sederet in monte olivarum è regione templi: interrogarunt Ipsum seorsim Petrus, & Jacobus, & Joannes & Andreas:

4. Dic nobis, quando hæc fient, & quodnam est signum, quando futurum est, ut omnia hæc consummentur?

5. JESUS verò respondens illis, cepit dicere; videte, ne quis vos seducat.

6. Multi enim venient in Nomine Meo, dicentes; quia Ego sum. Et (*quidem*) multos seducent.

7. Quando verò audiveritis bella & rumores bellorum, ne conturbemini: oportet enim fieri; sed nondum finis.

8. Suscitabuntur namque gens contra gentem, & regnum contra regnum, eruntque tertæmotus, diversis locis (*particulares;*) erunt etiam fames ac turbæ.

9. Initia dolorum hæc (*erunt,*) Cavete verò vobis ipsis: tradent enim (*ducendos*)

sendes) vos in Synedria, & in Synagogas; cædemini, coram etiam ducibus & Regibus sistemini propter Me, in testimonium illis.

10 In omnes tamen gentes oportet prius prædicari Evangelium.

b) *Mat. 10, 19. Luc. 12, 11.* 11. [b] Quando verò ducent vos tradentes, ne prius soliciti estote, quid loqui debeatis, neque præmeditamini; sed quicquid dabitur vobis in ista hora, hoc loquimini: non enim estis vos loquentes, sed Spiritus Sanctus.

12. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater liberos, & consurgent liberi contra parentes, occidentque eos.

13. Quin eritis odio habiti ab omnibus propter Nomen Meum; qui verò permanserit constans, hic salvabitur.

g) *Dan. 9. 27. Matth. 24, 15. Luc. 21, 20.* 14. Quando verò [c] videritis abominationem devastationis, quæ dicta à Daniele Propheta, stantem, ubi non debebat [qui legit, attendat:] tunc qui (*erunt*) in Judæâ, fugiunto in montes.

15. Qui autem super tecto, ne descendito in domum, neque ingreditor, ad auferendum aliquid è domo sua.

16. Et qui in agro fuerit, non amplius convertito se retrorsum, ad auferendum vestimentum suum.

17. Væ verò in ventre habentibus (*gravidis*) & lactantibus in istis diebus.

18. Orate autem, ne fiat fuga vestra hyeme.

19. Erunt namque dies isti (*dies tales*) afflictionis, qualis non fuit tanta ab initio creationis, quam creavit Deus, usque nunc, nec fiet.

20. Adeò ut, nisi Dominus decurtasset dies, non salva fieret ulla caro: sed propter electos, quos elegit, decurtavit dies.

d) *Mat. 24. 23.* 21. Tunc ergo [d] si quis vobis dixerit; Ecce hic est Christus, aut ecce ibi est, ne credatis.

c) *Luc. 21, 8.* 22 [e] Suscitabuntur enim falsi Christi, & falsi Propheræ, qui dabunt signa & miracula, ad seducendum, si possibile, etiam electos.

23 Vos verò videte: ecce prædixi vobis.

24. Posteà in diebus istis, post afflictionem istam, [f] sol obscurabitur, & f) *Matt. 24, 29. Luc. 21, 25.* luna non dabit splendorem suum:

25. Et stellæ cœli erunt excidentes, & virtutes, quæ in cœlis, commovebuntur.

26. Atque tunc videbunt Filium Hominis venientem in nubibus, cum virtute multa & gloria.

27. Qui tunc mittet Angelos Suos, & congregabit electos Suos ex quatuor ventis, ab extremitate terræ usque ad extremitatem cœli.

28. A ficu verò discite parabolam: quando ramus ejus jam tener fit, & extrudit folia; cognoscitis, quod propinqua æstas sit.

29 Sic etiam vos, quando hæc videritis fieri, cognoscite, quod propè sint ante fores.

30. Amen dico vobis, quod non transitura sit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.

31. Cœlum & terra transibunt: verba autem Mea non transibunt.

32. De die tamen ista & hora nemo scit, neque Angeli, qui in cœlo, neque Filius, sed Pater (*solus.*)

g) *Matt. 25, 13. 14.* 33. Videte (*itaq;*) [g] vigilate, & orate: non enim scitis, quando tempus futurum sit.

h) *Luc. 19, 12.* 34. Sicut [h] homo peregrinator, qui reliquit domum suam, & dedit servis suis potestatem, & unicuique opus suum; ostiario autem mandavit, ut vigilaret.

35. Vigilate igitur: non enim scitis, quando Dominus domus venturus sit, vesperi, an in media nocte, an in gallicinio, an manè.

36. Ne veniens subitò, inveniat vos dormientes.

37. Quod vero vobis dico, omnibus dico; vigilate.

CAP. XIV.

Partes habet septem. I. Est consilium Sacerdotum & Seniorum de Christo occidendo, ac contractus cum Iuda proditore, cum occasione ejus, unctione Christi in Bethania, à v. 1. II. Ultimum Christi pascha. & S. C. institutio. à v. 12. III. Egressus in montem oliveti, & prædictio passionis, scandalum ac

defectio discipulorum. à v. 26. IV. Passio Christi in horto Gethsemane, & preces. à v. 32. V. Christi capti vinc. & discipulorum fuga. à v. 42. VI. Christi ad Sacerdotem magnum deductio, examinatio, condemnatio & illusio. à v. 53. VII. Petri abnegatio. à v. 66.

a) *Matth. 26, 2. Luc. 22, 1.* FUturum [a] autem erat Pascha & azyma post duos dies: quærebantque (*quidem*) Principes Sacerdotum & Scribæ, quomodo per dolum comprehendentes occiderent (*Eum.*)

2. Sed dicebant (*tamen;*) Ne in festo (*faciamus:*) ne fortè tumultus fiat in populo

b) *Mat. 26, 6. Joh. 12, 1.* 3. Cæterum, cum [b] Ipse in Bethania esset, in domo Simonis leprosi, dum accumbebat, venit mulier habens alabastrum unguenti, nardi potabilis multum pretiosæ, & diffringens alabastrum effudit super caput Ipsius.

4. Erant ergò quidam indignantes apud seipsos, dicentes; Ad quid perditio hæc unguenti facta est?

5. Poterat enim hoc vendi supra ducentos denarios, & dari pauperibus: infremebantque (*contrà*) eam.

6. Jesus verò dixit; Sinite eam: quid illi molestias præbetis? bonum opus operata est in Me.

7. Semper enim pauperes habetis vobiscum ipsis, & quando volueritis, potestis illis benefacere: Me autem non semper habetis.

8. Quod hâbuit hæc, fecit: prævenit ungere corpus Meum ad sepulturam.

9. Amen dico vobis: Ubicunque prædicabitur Evangelium hoc in universum (*usq;*) mundum, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam ejus.

c) *Matt. 26. Luc. 22, 4.* 10. Tum verò [c] Judas Iscariotes, unus de Duodecim, abiit ad principes Sacerdotum, ut traderet Ipsum illis.

11. Illi itaque audientes gavisi sunt, promiseruntque ei argentum dare. Unde quærebat, quomodo opportunè Ipsum traderet.

12. Primâ nimirum die azymorum, quum Pascha mactarunt, dicunt Ipsi discipuli Ipsius; Ubi vis, ut abeuntes paremus Tibi ad comedendum pascha.

13. Tum misit duos discipulorum Suorum, & dicit illis; Abite in urbem: ibi occurret vobis homo, urceum aquæ portans, quem sequimini.

14. Et ubi ingressus fuerit, dicite Patrifamilias; quia Magister dicit; Ubi est diversorium, ubi Pascha cum discipulis Meis comedam?

15. Tum ille vobis monstrabit conclave-supernum magnum stratum paratumque. Ibi præparate nobis.

16. Exiverunt itaque discipuli Ipsius, veneruntque in urbem: atque invenerunt, sicut dixerat illis. Ideò præparârunt pascha.

d) *Matt. 26, 20. Luc. 22, 14.* 17. Quumque vespera facta esset, [d] venit (*Jesus*) cum duodecim (*discipulis.*)

e) *Joh. 13, 2.* 18. Accumbentibus autem illis & comedentibus, dixit Jesus; [e] Amen dico vobis, quod unus ex vobis traditurus sit Me, qui comedit Mecum.

19. Isti verò cepérunt contristari, & dicere Ipsi unus post alterum; numquid ego? & alter, numquid ego?

20. Ipse verò respondens dixit illis, Unus ex duodecim, qui intingit Mecum in catinum (*fatiet.*)

21. Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de Ipso. Væ verò homini illi, per quem Filius hominis proditur. Bonum esset illi, si non natus esset homo ille.

f) *Matt. 26, 26. Luc. 22, 19. 1. Cor. 11, 23.* 22. Deinde comedentibus illis, [f] accipiens Jesus panem, & benedicens, fregit & dedit (*eum*) illis, dixitque; Accipite, comedite: hoc est corpus Meum.

23. Posteà sumens poculum, benedicens dedit illis; qui biberunt ex eo omnes.

24. Tum dicebat ipsis; hoc est sanguis Meus, qui est (*sanguis*) novi Testamenti, (&) qui pro multis effunditur.

25. Amen dico vobis, quod non amplius bibiturus sim ex genimine vitis, usque ad diem illam, quando illud bibiturus sum novum in regno Dei.

26. Postquam autem hymnum dixerunt,

runt, [g] exiverunt in montem olivarum.

27. Ubi dixit illis JESUS (*inter eundum;*) quia omnes scandalizabimini in Me in nocte hâc; quoniam [h] scriptum est; Percutiam pastorem: unde dispergentur oves.

28. Sed postquam exuscitatus fuero, præibo vobis in Galilæam.

29. Petrus verò dicit Ipsi; Utique si omnes scandalizabuntur (*in Te,*) attamen non ego.

30. Sed dixit illi JESUS; Amen dico tibi, quòd hodie in nocte hâc, antequam bis gallus canat, ter abnegaturus sis Me.

31. Ille tamen, quod adhuc amplius erat, dicebat magis; Si me oporteret Tecum mori, nullo modo abnegatem Te. Sed & similiter omnes dicebant.

32. Intereà [i] veniunt in prædium, cujus nomen Gethsemane. Ubi dicit (*Jesus*) discipulis Suis; Sedete hîc, donec oravero.

33. Quumque assumsisset Petrum, & Jacobum, & Joannem Secum, cepit expavescere, & valdè angi.

34. Ira ut dixerit illis; tristitia circumdata est anima Mea usque ad mortem (*ut tantùm non moriar;*) manete hic, & vigilate.

35. Progressus mox paululum, cecidit super terram, & oravit, ut, si possibile esset, transiret ab Ipso hora (*tempus passionis:*)

36. Dixit nimirum; Abba, Pater, omnia possibilia (*sunt*) Tibi (*si quidem possibilia sunt*) transfer (*ergò, si inter possibilia est*) poculum à Me hoc. Non tamen ut Ego volo (*non enim præscribo Tibi, si utique possibile sit*) sed sicut Tu.

37. Mox venit, & invenit eos dormientes: ideò dicit Petro; Simon dormisne; (*num*) non valebas unam horam vigilare?

38. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: Spiritus quidem promtus (*est,*) caro verò infirma.

39. Tùm iterùm abiens oravit, eundem sermonem dicens.

40. Sed reversus invenit eos iterum dormientes. Erant enim oculi eorum gravati, adeò, ut non scirent, quid Ipsi responderent.

41. Tertium autem cum rediret, dicit illis; Dormite cætera, & requiescite: (*atqui*) sufficit: venit hora; ecce, traditur Filius hominis in manus peccatorum.

42. Surgite, abeamus; ecce, qui tradit Me, prope est.

43. Statim verò, adhuc Ipso loquente, [k] accedit Judas, qui unus de Duodecim erat, & cum illo populus multus cum gladiis, & lignis à principibus Sacerdotum, & Scribis, & presbyteris.

44. Dederat autem, qui ipsum tradebat, tesseram iis, dicens; Quem osculatus fuero, Ipse est, comprehendite Ipsum, & abducite secure.

45. Veniens ergò statim accessit Illi, & dicit; Rabbi, Rabbi, ac osculatus est Ipsum.

46. Isti verò injecerunt in Ipsum manus suas, & comprehenderunt Ipsum.

47. Unus autem quis eorum, qui adstabant, extrahens gladium percussit servum principis Sacerdotum, & abstulit illi auriculam.

48. Sed JESUS respondens illis: Sicut contra latronem exiistis cum gladiis & lignis ad comprehendendum Me?

49. (*Atqui*) quotidie fui apud vos in templo docens, nec comprehendistis Me: verum ut impleantur Scripturæ (*permittitur hoc à Me, qui evadere possem.*)

50. Tunc reliquerunt Ipsum omnes, & fugerunt.

51. Unus quidem adolescens sequebatur Ipsum, circumdatus sindone super nudo: quem comprehenderunt adolescentes.

52. Ille verò relinquens sudona, nudus fugit ab illis.

53. Quare [l] abduxerunt JESUM (*solum*) ad principem Sacerdotum: ubi conveniunt cum illo omnes principes Sacerdotum, & presbyteri, & Scribæ.

54. Petrus tamen à longinquo secutus est Ipsum introrsum usque in aulam principis Sacerdotum: ubi erat sedens cum ministris, & calefacions se apud ignem.

55. Intereà principes Sacerdotum & totum

torum Synedrium quærebant contra JESUM testimonium, ut occiderent Ipsum: sed non inveniebant.

56. Multi (*quidem*) enim falsum testati contra Ipsum sunt: sed non sufficientia erant testimonia eorum.

57. Quidam quidem surgentes falsum testati sunt contra Ipsum, dicentes:

58. Quia nos audivimus Illum dicentem; [m] Utique Ego dissolvam templum hoc manibus factum, & intra tres dies aliud non factum manibus ædificabo.

59. Sed neque sufficiens erat testimonium eorum.

60. Quare surgens princeps Sacerdotum in medium interrogavit JESUM, dicens; Num quicquam non respondes ad (*id,*) quod hi contrà Te testantur?

61. Sed Ipse tacuit, & nihil respondit. Iterum ergò princeps Sacerdotum interrogavit Ipsum, & dicit Ipsi; Tune es CHRISTUS, Filius Benedicti (*DEI?*)

62. Cui JESUS (*itaq;*) dixit; Ego sum: [n] & videbitis Filium hominis sedentem e dextris Patris cum potencia (*sicut Danjel Propheta prædixit*) venientemque cum nubibus cœli.

63. Tum verò princeps Sacerdotum discindens tunicas suas, dicit; Quid adhuc opus habemus testibus.

64. Audivistis blasphemias: quid vobis videtur? Hi verò omnes condemnarunt Ipsum, esse reum mortis.

65. Tunc inceperunt quidam expuere in Ipsum, & obvelare faciem Ipsius, & dicere Ipsi; Propheta. Ministri autem colaphis Eum exceperunt.

66. Dum verò [o] Petrus esset in aula inferius: venit una ancillarum principis Sacerdotum.

67. Quæ quum videret Petrum calefacientem se, aspexit illum, & dicit; Etiam tu cum Nazareno JESU fuisti.

68. Ille verò negavit, dicens: non novi, neque scio, quid tu dicas. Exivit tamen in vestibulum: cùm gallus cecinit.

69. Ancilla autem illum videns iterum, cepit dicere adstantibus; Utique hic ex illis est.

70. Verùm ille iterùm negavit. Post tamen breve iterùm adstantes dixerunt Petro; Reverà ex illis es: nam etiam Galilæus es; cùm idioma tuum simile sit.

71. At ille cepit anathematizare se, & jurare; quia non novi hominem hunc, de quo dicitis.

72. Tunc secundâ vice gallus cecinit: unde recordatus est Petrus verbi, [p] quod dixerat illi JESUS; quia antequam gallus cecinerit bis, abnegabis Me ter. Idcò in cepit flere.

CAP. XV.

Partes habet quinq;. I. Est Christi ad Pilatum deductio, accusatio, examen, & condemnatio. à v. 1. II. In prætorio flagellatio. à v. 16. III. Eductio & crucifixio cum duobus maleficis. à v. 20. IV. In cruce illusio, verba & mors. à v. 29. V. Miracula & sepultura. à v. 38.

STatim porrò sub [a] mane (*crepusculum*) consilium inierunt principes Sacerdotum cum Senioribus & Scribis, totumque Synedrium; vinciente sque JESUM, adduxerunt, & tradiderunt Pilato.

2. Interrogavit ergò Ipsum Pilatus; Tune es Rex Judæorum? Ipse verò respondens dixit illi; Tu dicis.

3. Cumque accusarent Ipsum principes Sacerdotum multis:

4. Pilatus iterùm interrogavi Ipsum, dicens; An non respondes quicquam? ecce, quanta contra Te testentur?

5. JESUS verò non amplius quicquam respondit; ut adeò admiraretur Pilatus.

6. Cæterum ad festum (*Paschatis*) solvere solebat illis unum vinctum, quemcunque volebant.

7. Erat verò qui dicebatur Barabbas cum seditiosis vinctus, qui in seditione cædem fecerant.

8. Conclamans ergò turba cepit petere, quemadmodum semper faceret illis.

9. Tum Pilatus respondit illis, dicens; Vultisne, [b] (*ut*) solvam vobis Regem Judæorum.

10. Cognoverat namque, quod ex odio tradidissent Ipsum principes Sacerdotum.

11. Sed

Similiter hodie sunt et hactenus unam fidem, eius inhonoram, inhonestam, et ordinem, simul hos verba mi Similiter qu Ecclesiam, sanctam Catholicam, sanctam quoque, nec dari huic Dominio, ut ad Coenam, sanctam hostiam et calicem sacrificii, similiter antiquissimam sed in ecclesiam ecclesiam fidem antiquam Capiti unde dotum antiqua Ecclesiae et ministrum, et

similiter tradunt et portant veram fidem, ejus inhonoram, inhonestam, inhonestam, similiter verbum Domini,

11. Sed principes Sacerdotum commovebant turbam, ut potius Barabbam solveret illis.

12. Pilatus tamen respondens iterùm dixit illis; quid ergò vultis, faciam (*ei,*) quem dicitis Regem Judæorum?

13. Illi verò rursum clamarunt; crucifige Ipsum.

14. At Pilatus dixit illis; Quid ergò mali fecit? attamen ist amplius clamarunt; crucifige Ipsum.

15. Quare Pilatus cupiens turbæ satisfacere, solvit illis Barabbam: at JESUM tradidit, postquam flagellare jusserat, ut crucifigeretur.

e) *Matt.* 27,27. *Joh.* 19,1. f. 16. [c] Milites itaque abduxerunt Ipsum intra aulam, hoc est prætorium, & convocant totam cohortem.

17. Induuntque Ipsum purpuram, ac circumponunt Ipsi flectentes *(simul)* spineam coronam:

18. Ceperuntque salutare Ipsum; Salve, Rex Judæorum.

19. Percusserunt etiam caput Ipsius calamo, & expuerunt in Ipsum, ponentesque genua adoratunt Ipsum.

20. Quumque illusissent Ipsi, exuerunt Eum purpuram, & induerunt Eum vestimenta propria: ita eduxe unt Ipsum, ut crucifigerent Ipsum.

d) *Mat.* 27,32. *Luc.* 23, 26. 21. Cogunt [d] tamen prætereuntem quendam Simonem Cyrenæum, [venientem ex agro, Patrem Alexandri & Rufi,] ut portet crucem Ipsius.

22. Sic ducunt Ipsum in Golgotha locum, quod est, si interpreteris, Cranii locus.

e) *Matt.* 27,34. *Luc.* 23, 36. *Joh.* 19, 17. 23. Ubi [e] dabant Ipsi bibere myrrhatum vinum: quod verò Ipse non accepit.

24. Quum autem crucifixissent Ipsum, diviserunt vestimenta Ipsius, jacientes sortem super illa, quis quid auferret.

25. Erat autem hora tertia, quum crucifigerent Ipsum.

26. Atinscriptio causæ Ejus erat superscripta; Rex Judæorum.

27. Porrò cum Ipso crucifixerunt duos latrones, unum ex dextris, & alterum ex sinistris Ipsius.

28. Ita impleta est Scriptura, quæ dicit; [f] Et cum impiis reputatus est. f) *Esa.* 53,12.

29. Prætereuntes [g] verò blasphemarunt Ipsum, moventes capita sua, & dicentes; [h] Phy, dissolvens templum, & in tribus diebus ædificans: g) *Mat.* 27,39. *Luc.* 23, 35.

30. Serva Teipsum, & descende de cruce. h) *Joh.* 2, 19.

31. Similiter verò etiam principes Sacerdotum illudentes ad se invicem cum Scribis dixerunt; alios servavit, seipsum non potest servare.

32. CHRISTUS hic, Rex Israëlis, descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus. Quin unà cum Ipso crucifixi calumniati sunt Ipsum.

33. Verumenimverò facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super universam terram, usque ad horam nonam.

34. Horâ autem nonâ clamavit JESUS voce magnâ, dicens; [i] Eloi, Eloï, i) *Ps.* 22, 2. lammá Sabachthaní, quod est, si interpreteris, DEUS Mi, DEUS Mi, in quid dereliquisti Me?

35. Quod quum quidam adstantium audirent, dixerunt; Ecce, Eliam vocat.

36. Unde currens unus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potavit Ipsum, dicens; Sinite, videamus, an venturus sit Elias ad auferendum Ipsum.

37. JESUS autem emittens vocem magnam, expiravit.

38. Tum [k] velum Templi dississum k) *Matt.* 27,51. est in duo, desuper usque deorsum.

39. Quod Centurio, adstans è regione Ipsius, videns, quod adeò clamans mortuus esset, dixit; Reverà homo hîc Filius erat DEI.

40. Erant verò etiam mulieres à longinquo spectantes, in quibus erat quoque Maria Magdalena, & Maria Jacobi minoris, & Joses mater, & Salome.

41. Quæ etiam, [l] quando in Galilæa l) *Luc.* 8, 2. erat, sequutæ erant Ipsum, & ministrabant Ipsi; aliæque multæ, quæ unà cum Ipso ascenderant in Hierosolymam.

42. Deinde jamjam vespera facta [quoniam erat Parasceve, hoc est prosabbathum.]

43. Venit

m) *Mat.* 27,57. *Luc* 23, 50. *Joh.* 19, 38. 43. Venit [m] Josephus de Arimathæa, honestus Senator, qui & ipse erat expectans regnum DEI, qui audens intravit ad Pilatum, petiitque corpus JESU.

44. Pilatus verò miratus est, num iam mortuus esset, ideoque ad se vocans Centurionem quæsivit eum, num pridem mortuus esset.

45. Ac cognoscens à Centurione, donavit corpus Josepho.

46. Qui postquam emit sindona, Ipsumque demisisset, involvit sindoni, deposuitque in monumento, quod erat excisum in petra, ac advolvit lapidem ad ostium monumenti.

47. Maria autem Magdalena, & Maria Joses videbant, ubi positus erat.

CAP. XVI.

Partes habet tres. I. Est historia resurrectionis Christi. à v. 1. II. Apparitiones duæ, Mariæ & discipulis duobus, facta. à v. 9. III. Emissio discipulorum in mundum, & in cœlos ascensio. à v. 14.

a) *Mat.* 28, 1. *Luc.* 24, 1. *Joh.* 20, 1 POsteà exacto Sabbato [a] Maria Magdalena & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Ipsum.

2. Et valde mane primæ Sabbatorum veniunt ad monumentum, exorto Sole.

3. Dixerunt autem inter se invicem; quis devolvet nobis lapidem de ostio monumenti?

4. Verum cum inspicerent, vident, quod devolutus esset lapis. [Erat enim magnus valdè.]

b) *Mat.* 28, 5. 6. *Luc.* 24, 4. *Joh.* 20, 12. 5. [b] At ingressæ in monumentum, viderunt adolescentem sedentem in dextris, circumindutum stola alba, ideoque expaverunt.

6. Is verò dixit illis; ne expaveſcite: JESUM quæritis Nazarenum crucifixum: suscitatus est, nec est hîc; ecce, locus, ubi posuerant Ipsum.

7. Sed abite, dicite discipulis Ipsius, & Petro; quia præiturus vobis in Galilæam: ibi Ipsum videbitis, [c] quemadmodum dixit vobis. c) *Matt.* 26,32.

8. Illæ verò egressæ citò fugerunt à monumento: habebat namque illas tremor & stupor: neque ulli quicquam dicebant; timebant enim sibi. *Mar.* 14, 28.

9. Cæterum quum surrexisset manè *(eodem)* primâ Sabbati, visus est primò Mariæ Magdalenæ, à qua ejecerat septem dæmonia.

10. Illa abiens annunciavit iis, qui cum Ipso fuerant, plangentibus & flentibus.

11. Hi verò audientes, quod viveret, & visus esset ab illâ, non crediderunt.

12. Post autem hæc [d] duobus ex iis d) *Luc.* 24, 13. ambulantibus manifestatus est in alia formâ, cùm abirent in agrum.

13. Qui etiam abeuntes annunciarunt reliquis: neque his crediderunt.

14. (*Quære*) tandem, cum illi accumberent, Undecim (*discipulis*) manifestatus est, & reprehendit incredulitatem illorum, & duritiem cordis, quod iis, qui viderant Ipsum resuscitatum non credidissent.

15. Dixit denique illis; [e] Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. e) *Matt.* 28, 19.

16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvabitur: qui verò non crediderit, condemnabitur.

17. Signa verò credentes hæc sequentur: [f] in Nomine Meo dæmonia ejicient; linguis [g] loquentur novis. f) *Act.* 16, 18.

18. [h] Serpentes tollent; etiamsi letale g) *Act.* 2, 4. 11. 10, 46. quid biberint, non illis nocebit; super infirmos imponent manus, & benè habebunt. h) *Act.* 28, 5.

19. Itaque quidem Dominus, postquam locutus est illis, [i] sublatus est in cœlum, i) *Luc.* 24, 51. & consedit ex dextris DEI. *Act.* 1, 9

20. Illi verò exeuntes prædicarunt ubique Domino cooperante, & Verbum confirmante, per subsequentia signa.

SANCTUM

SANCTUM EVANGELIUM Secundum LUCAM.

CAPUT I.

Partes habet post exordium Evangelistæ quinq. Quarum I. est annuntiatio conceptionis Joannis Baptistæ, Zachariæ patri facta, & ipsa conceptio. à v. 1. II. Annuntiatio conceptionis Filij DEI, Mariæ facta. à v. 26. III. Visitatio Mariæ & salutatio Elisabethæ cum exultatione Joannis in utero ejus. à v. 39. IV. Nativitas & circumcisio Joannis. à v. 57. V. Canticum Zachariæ. a v. 67.

QUandoquidem multi susceperunt componere expositionem de rebus inter nos certò exploratis;

2. Quemadmodum tradiderunt nobis, qui ab initio Spectatores & ministri facti sunt verbi:

3. Visum etiam est mihi, persecuto à summo omnia accuratè, secundum ordinem tibi scribere, optime Theophile:

4. Ut cognoscas (*eorum*) de quibus informatus es, verborum (*majorem*) certitudinem.

5. Erat (*itaq.*) in diebus Herodis, Regis Judææ, Sacerdos quis, nomine Zacharias, ex dispositа in dies [a] classe Abiæ; & uxor ejus ex filiabus Aharonis, cujus nomen Elisabet.

a) 1. Par. 25, 10.

6. Erant autem justi ambo coram DEO, ambulantes in omnibus mandatis & justificationibus Domini inculpati.

7. Sed non erat illis proles, quoniam Elisabet erat sterilis; ambo etiam provecti in dies suos erant.

8. Factum verò, quum ille sacerdotio fungeretur in ordine classis sui coram DEO:

9. Juxta consuetudinem Sacerdotii, sortitus est, ut [b] suffiret; itaque ingressus est in templum.

b) Exod. 30, 7.

10. Omnis autem multitudo populi erat expectans [c] foris horâ suffitionis.

c) Lev. 16, 17.

11. Tum verò visus est illi Angelus Domini, stans à dextris altaris suffimenti.

12. Unde perturbatus Zacharias videns (*illum,*) & timor cecidit super illum.

13. Sed dixit ad illum Angelus; ne timeto, Zacharia: quoniam exaudita est petitio tua; & ecce, uxor tua, Elisabet, pariet tibi filium, cujus vocabis nomen, Joannem.

14. Inde erit tibi lætitia & exultatio; ac multi super nativitate ejus gaudebunt.

15. Erit namque magnus coram Domino: nec vinum siceramque bibet; Spiritu autem Sancto implebitur adhuc in utero matris suæ.

16. Multos etiam filiorum Israëlis convertet ad Dominum DEUM ipsorum.

17. Quin præceder [d] coram eodem in spiritu & virtute Eliæ, ad convertendum corda Patrum ad filios, & incredulos in prudentia justorum; ad parandum Domino populum præparatum.

d) Mal. 4, 5. Matt. 11, 14.

18. Tum dixit Zacharias ad Angelum; Per quid cognoscere potero hoc (*quod vix possibile:*) ego enim tum senex, & uxor mea provecta in diebus suis?

19. Cui respondens Angelus dixit; Ego sum Gabriel, stans coram DEO; missusque sum, ut loquar ad te, & Evangelizandum tibi hoc.

20. Ecce, ergò, eris mutus, & non poteris loqui usque ad eum, quo fient hæc: propterea quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

21. Interea erat populus expectans Zachariam

chariam & mirati sunt super eo, quod morabatur in templo.

22. Sed egressus non poterat loqui illis: unde cognoverunt, quod visionem vidisset in templo: ille verò erat adnuens illis; manebat tamen mutus.

23. Deinde factum est, cum impleti essent dies ministerii illius, abiit in domum suam.

24. Post itaque istos dies concepit Elisabet, & abscondit seipsam menses quinque, dicens;

25. Quia sic mihi fecit Dominus in diebus, quibus respexit ad auferendam ignominiam meam inter homines.

26. In mense porrò sexto missus est Angelus Gabriel à DEO in urbem Galilææ, cui nomen Nazareth.

27. Ad virginem desponsam viro, cui nomen Joseph, è domo Davidis: nomen autem virginis, Maria.

28. Quum verò ingressus est Angelus ad illam, dixit; Salve, gratiam consecuta (*singularem:*) Dominus (*enim*) tecum est; (*ita ut sis*) benedicta tu inter mulieres (*præ omnibus.*)

29. Illa autem videns (*eum*) conturbata est super verbo ejus, cogitavitque, quanta esset salutatio ista.

30. Sed dixit Angelus illi; ne timeto, Maria: invenisti enim gratiam (*singularem*) apud DEUM.

e) Isa. 9, 14.

31. Ecce, [e] nimirum concipies in utero, & paries filium, vocabisque nomen ejus JESUM.

32. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: dabitque [f] Illi Dominus DEUS thronum Davidis patris Ipsius.

f) Isa. 9, 7.

33. Ita ut regnet super domum Jacobi in sæcula, [g] & regni Ipsius non sit finis.

g) Dan. 4, 31. 7, 14. Mich. 4, 7.

34. Maria verò dixit ad Angelum; Quomodo fiet hoc; quoniam virum non cognosco?

35. Cui respondens Angelus dixit; Spiritus Sanctus veniet super te, & virtus Altissimi obumbrabit te: unde etiam, quod nascitur ex te Sanctum, vocabitur Filius DEI.

36. Insuper, ecce, Elisabet cognata tua ipsa etiam concepit in utero: estque mensis sextus illi, quæ vocabatur sterilis.

37. Quia non impossibile est apud DEUM ullum verbum.

38. Dixit ergò Maria; Ecce, servam Domini: fiat mihi juxta verbum tuum. Tum abiit ab illa Angelus.

39. Surgens verò Maria in diebus illis, abiit in montanam (*regionem*) cum festinatione, in urbem Judæ.

40. Et intravit in domum Zachariæ, salutavitque Elisabetam.

41. Factum autem est, cumorimum audivit Elisabeta salutationem Mariæ, exultavit embryo in utero ejus: & Spiritu Sancto impleta est Elisabeta:

42. Ut exclamaverit voce magnâ, dixeritque; Benedicta tu (*es*) inter mulieres, & benedictus fructus uteri tui.

43. Et unde mihi hoc, ut veniat mater Domini mei ad me,

44. Ecce, enim (*quod certum mihi indicium*) cumprimum facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit cum gaudio Embryo in utero meo.

45. Beata itaque est, quæ credidit; quia erit consummatio iis, quæ dicta sunt illi à Domino.

46. Maria etiam dixit (*in Spiritu Sancto:*) Magnificat anima mea Dominum:

47. Et exultavit Spiritus meus super DEO Salvatore meo;

48. Quia respexit ad humiliationem ancillæ suæ: ecce enim à nunc (*temporis*) beatam dicent me omnes generationes.

49. Eò quod fecit mihi magnalia Potentissimus, cujus sanctum Nomen (*est.*)

50. Et misericordia ejus in generationes generationum timentibus ipsum

51. Fecit robur brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

52. Removit Dynastas à throno, & exaltavit humiles.

53. Esurientes implevit bonis, & divites emisit inanes.

h) Psal. 34, 12.

54. Acceptavit Israëlem servum suum, ita ut recordaretur misericordiæ.

55. Quemadmodum [i] locutus est ad patres nostros, Abrahamo & semini ejus in seculum.

56. Mansit autem Maria cum illa (*Elisabet*) menses tres, postea reversa est in domum suam.

57. Cum verò Elisabetæ impleretur tempus, ut pareret illa, peperit filium.

58. Quod ubi audiverunt vicini & cognati illius, quod (*scilicet*) magnam fecisset Dominus misericordiam Suam cum illa, congaviси sunt illi.

59. Factum verò est: in octava die venerunt ad circumcidendum puerum, vocarunique hunc de nomine patris ejus, Zachariam.

60. Sed respondens mater ejus dixit; Non: sed vocabitur Joannes.

61. Dixerunt quidem ad illam; Atqui nemo est in cognatione tua, qui appellatur nomine hoc.

62. Innuerunt tamen patri ejus, de eo, quonam eum vellet appellari.

63. Qui petiit tabellam, scripsitque dicens; Joannes est nomen ejus: quod mirati sunt omnes.

64. Apertum autem est os illius ex tempore, & lingua illius, ut locutus sit benedicens DEO.

65. Unde cecidit super omnes timor circa illos habitantes: & in universo montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc.

66. Posueruntque omnes, qui audiverunt, in corde suo, dicentes; Quid ergò puer hic fiet? Sed & manus Domini erat cum eo.

67. Tum Zacharias pater ejus impletus est Spiritu Sancto, prophetavitque dicens;

68. Benedictus (*esto*) Dominus DEUS Israëlis: quia visitavit, & fecit liberationem populo suo:

69. Dum [k] erexit cornu salutis nobis in domo Davidis, servi Sui.

70. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo (*fuerunt*) prophetarum Suorum.

71. Salutem (*nimirum*) ex hostibus nostris, & è manu omnium odio habentium nos:

72. Ad faciendum misericordiam cum patribus nostris, & ad recordandum [l] fœderis sancti Sui.

73. [m] Juramentum, quod juravit in Abrahamo patri nostro, daturum nobis,

74. Ut sine timore, è manu hostium nostrorum erepti, serviamus Ipsi,

75. In sanctitate & justitia coram Ipso omnibus diebus vitæ nostræ.

76. Tu verò puer propheta Altissimi vocaberis: [n] præibis namque ante faciem Domini, ad parandum vias Ipsius.

77. Ad dandum scientiam salutis populo ipsius in remissione peccatorum illorum.

78. Per viscera misericordiæ DEI nostri, in quibus visitavit nos Ortus ex Alto.

79. Ut appareat iis, qui [o] in tenebris & umbra mortis sedentes, ad dirigendum pedes nostros in viam pacis.

80. Puer autem crevit, & corroboratus est spiritu: erat tamen in desertis usque ad dies apparitionis illius ad Israëlem.

CAP. II.

Partes habet quinq. I. Est Nativitas Christi, Filij DEI, pastoribus annunciata a v. 1. II. Pastores ilet in Bethlehem, & de invento puero revelato a v. 15. III. Purificatio Mariæ cum puero in templo, cantico in brachia suscipientis Simeonis, & prophetia Hannæ nobilitata. a v. 22. IV. (circumcisio pueri Christi. v. 21. V. Ed. xatio pueri in Nazareth, & duodecennis disputatio in templo Hierosolymitano. a v. 40.

FActum autem erat in diebus illis: promulgatum est decretum à Cæsare Augusto, ut describeretur totus orbis.

2. Hæc descriptio prima, (*primum*) facta est, cum præfectus Syriæ esset Cyrenius.

3. Unde iverunt omnes, ut describerentur, quilibet in propriam (*familiæ suæ*) urbem.

4. Ascendit ergò etiam Josephus (*hoc tempore vi decreti istius*) à Galilæa ex urbe Nazareth, in Judæam, in civitatem Davidis, quæ vocatur [a] Bethlehem, propterea quod ille esset ex domo & familia Davidis.

5. Ut describeretur cum Maria desponsata sibi uxore, existente gravida (*patris herede, ideoq; describenda.*)

6. Factum verò est, quum illi ibi essent, ut impleterentur dies, ut illa pareret.

7. Peperit itaque filium suum primogenitum, fasciisque involvit Ipsum, ac inclinavit Ipsum in præsepi; eò quod non esset locus in diversorio.

8. Erant autem pastores in regione eadem vigilantes, & custodientes custodias noctis pro grege suo.

9. Quibus, ecce, Angelus Domini adstitit, & gloria Domini circumfulsit illis: unde timuerunt timorem magnum.

10. Sed dixit illis Angelus; ne timete: ecce, enim, Evangelizo vobis gaudium magnum, quod fiet omni populo.

11. Quia natus est vobis hodiè Salvator, qui est CHRISTUS Dominus, in urbe Davidis.

12. Et hoc (*esto*) vobis signum; invenietis infantem fasciis involutum, jacentem in præsepi.

13. Ac subitò adfuit cum Angelo multitudo exercitus cœlestis, laudantium DEUM, & dicentium;

14. Gloria in Altissimis DEO, & super terra pax, in hominibus beneplacitum (*esto.*)

15. Factum ergò est: cum abiissent ab illis in cœlum Angeli, ut homines pastores dicerent ad se invicem; Pertranseamus omnò usque ad Bethlehem, & videamus verbum hoc, quod factum est, quod Dominus notificavit nobis.

16. Venerunt itaque festinantes, invenerunique tàm Mariam, quam Josephum; inprimis infantem jacentem in præsepi.

17. Quum verò viderunt, divulgarunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.

18. Ac omnes, qui audiverunt, mirati sunt super iis, quæ dicta sunt à pastoribus ad ipsos.

19. Inprimis verò Maria omnia retinuit verba hæc, conferens in corde suo.

20. Postea reversi pastores, glorificantes & laudantes DEUM super omnibus, quæ audiverant & viderant; sicut dictum fuit ad illos.

21. Quum verò impleti sunt dies octo, ut circumcideretur puer; tum vocatum est Nomen Ejus, JESUS: quod vocatum fuerat ab Angelo, antequam Ipse conceperetur in utero.

22. Quum etiam impleti sunt dies purificationis illorum, juxta legem Mosis, deduxerunt Ipsum in Hierosolymam, ut sisterent Domino.

23. Quemadmodum [b] scriptum est in lege Domini, quod omnis masculus, aperiens uterum, sanctum Domino vocandus esset.

24. Et ut darent sacrificium, juxta quod dictum [c] in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columborum.

25. Ecce verò: erat homo in Hierosolyma, cui nomen Simeon: ac homo hic erat justus & religiosus, expectans consolationem Israëlis; eratque Spiritus Sanctus super illo.

26. Erat etiam illi responsum factum a Spiritu Sancto, non visurum mortem, antequam viderer CHRISTUM Domini.

27. Unde venit in spiritu in templum; quum adducerent parentes puerum JESUM, ut facerent juxta consuetum Legis pro Ipso,

28. Tum ille suscepit Ipsum in ulnas suas, benedixitque DEO, ac dixit;

29. Nunc dissolvis servum Tuum, Domine, juxta verbum Tuum, in pace.

30. Quia viderunt oculi mei salutare Tuum:

31. Quod præparasti ante faciem omnium populorum;

32. Lumen in revelationem gentium, & gloriam populi Tui Israëlis.

33. Cumque Josephus & mater essent admirantes super iis, quæ dicebantur de Ipso:

34. Tum benedixit illis Simeon, dixitque ad Mariam matrem Ipsius; Ecce, hic jacet [d] in casum & resurrectionem multorum in Israële, & in signum, cui contradicitur.

35. Tuam verò quoque Ipsius animam penetrabit romphæa, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

36. Erat etiam Anna prophetissa, filia

Phanuelis ex tribu Aseris: hæc provecta in dies multos vixerat annos cum marito septem à virginitate sua:

37. Eademque vidua in annos octoginta quatuor; ita ut non discederet à templo, jejuniis & orationibus serviens nocte dieque.

38. Hæc quoque eadem hora adstans vicissim confitebatur Domino, & loquebatur de Ipso omnibus expectantibus liberationem in Hierosolyma.

39. Denique cùm perfecissent omnia, quæ juxta legem Domini (*facienda,*) reversi sunt in Galilæam, in urbem suam Nazaret.

40. Ubi puer crevit, & corroboratus est Spiritu, impletus sapientia, & gratia Dei erat super Ipso.

41. Cæterùm ibant parentes Ipsius secundum consuetudinem Hierosolymam, festo Paschatos.

42. Quum ergò factus est annorum duodecim, cum ascenderent illi in Hierosolymam, juxta morem festi,

43. Et consummassent dies: dum reversi sunt illi, permansit Jesus puer in Hierosolyma: quod non sciebat Josephus, & mater Ipsius.

44. Arbitrati autem, Ipsum in comitatu esse, venerunt viâ diei, quæsiveruntque Ipsum inter cognatos & inter vicinos.

45. Quumque Ipsum non invenirent (*ibi,*) reversi sunt Hierosolymam, quærentes Ipsum.

46. Factum itaque est: post tres dies invenerunt Ipsum in templo, sedentem in medio doctorum, & audientem illos, & interrogantem illos.

47. Obstupuerunt autem omnes audientes Ipsum, super intelligentia & responsionibus Ipsius.

48. Videntes ergò Ipsum percellebantur, adeo ut ad Ipsum mater Ipsius dixerit; Fili, quare fecisti nobis ita? ecce pater Tuus & ego dolentes quæsivimus Te.

49. Sed dixit ad illos; quid (*est,*) quod quæsivistis Me? annon sciebatis, quod in iis, quæ Patris Mei (*sunt*) oportet Me esse?

50. At illi non intellexerunt verbum, quod locutus est illis.

51. Descendit tamen cum illis, venitque in Nazaret, eratque obediens illis. At mater Ipsius retinuit omnia verba hæc in corde suo.

52. Deinceps Jesus profecit sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.

CAP. III.

Partes habet quinq. I. Est initium prædicationis Joannis Baptistæ, juxta tempus & prophetiam Isaiæ. à v. 1. II. Concio ejus ad populum, publicanos, milites. à v. 7. III. De Christo præsente testimonium. à v. 15. IV. Captivitas ejusdem. à v. 19. V. Baptismus Christi per eundem. à v. 21.

IN anno quartodecimo Regiminis Tiberii Cæsaris, Præfecto Pontio Pilato, Judææ, & Tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, Lysania denique Tetrarcha Abilenes:

2. Sub Sacerdotibus magnis Anna & Kaipha, factum est verbum Dei ad Joannem, Zachariæ filium in deserto.

3. Venit ergò in omnem regionem circa Jordanem, prædicans baptisma pœnitentiæ (*pœnitentibus*) in remissionem peccatorum. a) *Mat. 3, 1. Marc. 1, 4.*

4. Quemadmodum scriptum est in libro verborum [b] Isaiæ prophetæ, dicentis; Vox clamantis in deserto (*est, dicens;*) parate viam Domini, rectas facite semitas Ejus: b) *Esaï. 40, 3. Joh. 1, 23.*

5. Omnis vallis implebitur, & omnis mons collisque humiliabitur, ac erunt obliqua in directum, & asperæ (*viæ*) in vias planas.

6. Et videbit omnis caro salutare Dei.

7. Dixit igitur exeuntibus turbis, ut baptizarentur ab ipso; [c] progenies viperarum, quisnam monstravit vobis effugere à futurâ irâ? c) *Matt. 3, 7.*

8. Facite igitur fructus dignos pœnitentiâ: & ne incipiatis dicere intra vos ipsos, Patrem habemus Abrahamum: dico namque vobis, quod possit Deus ex lapidibus hisce suscitare liberos Abrahamo.

9. Jam-

9. Jamiam verò securis ad radicem arborum jacet. Omnis igitur arbor non faciens fructum bonum, excinditur, & in ignem conjicitur.

10. Tum interrogarunt illum turbæ, dicentes; quid ergò facere debemus?

d) *Joh. 3, 17.* 11. Respondens autem dicit iis; [d] Qui habet duas tunicas, tradat ei, qui non habet, & qui habet cibos, similiter facito.

12. Venerunt verò etiam publicani, ut baptizarentur, dixeruntque ad illum; Magister, quid facere debemus?

13. Ad quos dixit; nihil plus, quàm imperatum est vobis, exigite.

14. Interrogarunt porrò illum etiam militantes, dicentes, Etiam nos quid facere debemus? Ad quos dixit, neminem concutite, neque (*quenquam*) dolosè circumvenite, contentique estote stipendiis vestris.

15. Expectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, num fortè ille esset Christus:

e) *Matt. 3, 11. Marc. 1, 8. Joh. 1, 26. Act. 1, 5.* 16. Respondit Joannes, dicens; [e] Ego aqua baptizo vos: sed venit fortior me, cujus ego non idoneus sum, solvere corrigiam calceorum Ipsius: Ipse vos baptizabit Spiritu Sancto & igne.

2, 2. 11, 16. 17. Cujus ventilabrum in manu Ipsius (*est,*) & purgabit aream suam, ita ut convehat triticum in horreum suum, paleas verò comburat igni inextinguibili.

18. Multa quidem igitur etiam alia admonens Evangelizavit populo.

f) *Matt. 14, 3. Marc. 6, 17.* 19. Sed Herodes [f] Tetrarcha reprehensus ab illo de Herodiade uxore Philippi fratris ejus, & de omnibus, quæ fecit malis Herodes,

20. Addidit etiam hoc super omnia, ut concluserit Joannem in custodia.

21. Cæterum factum est, cùm baptizaretur omnis populus, (*ut*) cùm Jesus baptizaretur & oraret, aperiretur cœlum,

22. Et descenderet Spiritus Sanctus corporali specie quasi columba, & vox è cœlo fieret dicens; Tu es Filius Meus dilectus, in Te complacuit Mihi.

23. Ipse verò Jesus erat tanquam triginta annorum incipiens esse, sicut existimabatur filius Josephi; qui Eli;

24. Qui Matthat; qui Levi; qui Melchi; qui Jannæ; qui Josephi;

25. Qui Matthathii; qui Amos; qui Naumi; qui Eslii; qui Naggæ;

26. Qui Maathi, qui Mattathii, qui Semei, qui Josephi, qui Judæ,

27. Qui Joannæ, qui Rhesæ, qui Zorobabelis, qui Salathielis, qui Neri,

28. Qui Melchi, qui Addi, qui Cosami, qui Elmodami, qui Eris,

29. Qui Josæ, qui Eliezeris, qui Jorimi, qui Matthati, qui Levi,

30. Qui Simeonis, qui Judæ, qui Josephi, qui Jonanis, qui Eliakimi,

31. Qui Meleæ, qui Mainanis, qui Mattathæ, qui Nathanis, qui Davidis,

32. Qui Jessæ, qui Obedis, qui Boozi, qui Salmonis, qui Nahassonis,

33. Qui Aminadabi, qui Arami, qui Esromi, qui Pharesi, qui Judæ,

34. Qui Jacobi, qui Isaaci, qui Abrahami, qui Tharæ, qui Nachoris,

35. Qui Saruchi, qui Ragaui, qui Phaleci, qui Eberis, qui Salæ,

36. Qui Kainan, qui Arphaxadi, qui Semi, qui Noæ, qui Lamechi,

37. Qui Mathusalæ, qui Enochi, qui Jaredis, qui Maleleelis, qui Cainanis,

38. Qui Enosi, qui Sethi, qui Adami, qui Dei.

CAP. IV.

Partes habet quinq. I. Est Christus à diabolo tentatus in deserto, & inde in Galilæam profectus. à v. 1. II. Docens in patria Nazareth, & persecutionem passus. à v. 16. III. Capernaumi, quò ad habitandum concessit, docens in Synagoga & dæmonium ejiciens. à v. 31. IV. In domo Socrum Petri, & adductos ad se multos ægrotos sanans, etiamq. dæmonia expellens. à v. 10. V. In desertum secedens, & mox in scholis Galilææ docens. à v. 42.

CÆterùm Jesus reversus est à Jordane, & [a] ductus in Spiritu in desertum, a) *Matt. 4, 1. Marc. 1, 12.*

2. Quadraginta dies (*ibi*) tentatus à diabolo, ita ut non comederet (*quicquam*) in diebus istis, consummatis autem istis tandem esuriverit.

3. Quare

3. Quare dixit Illi diabolus; Si Filius es DEI, dic lapidi huic, ut fiat panis.

4. Verùm respondit JESUS ad ipsum, a) *Deut. 8, 3.* dicens; [b] Scriptum est, quod non per panem solum victurus sit homo, sed per omne verbum DEI.

5. Tum deducens Ipsum diabolus in montem altum, monstravit Ipsi omnia regna orbis terrarum in momento temporis:

6. Dixitque Ipsi diabolus; Tibi dabo potestatem hanc omnem, & gloriam earum: quia mihi *(hæc omnia)* data est, & cui voluero, do eam.

7. Tu ergò si adoraveris coram me, erunt Tibi omnia.

8. Sed respondens ipsi dixit JESUS; c) *Deut. 6, 13. 10, 12.* Abi post Me, Satana: [c] Scriptum namque est; adorabis Dominum DEUM tuum, & Illi soli servies.

9. Duxit Ipsum etiam in Hierosolymam, & stitit Ipsum super pinnam templi, ac dixit Ipsi; Si Filius Tu es DEI, conjice Te Ipsum hinc deorsum:

d) *Psal. 91, 11.* 10. Scriptum enim est; quia Angelis Suis mandabit super Te, ut custodiant Te.

11. Et super manibus portent Te, ne fortè offendas ad lapidem pedem Tuum.

12. Sed respondens dixit illi JESUS; e) *Deut. 6, 16.* quia dictum est; [e] non tentabis Dominum DEUM tuum.

13. Postquam denique absolvit omnem tentationem diabolus, destitit ab Ipso ad tempus.

14. Inde reversus est JESUS in virtute Spiritus in Galilæam, ac fama exiit per totam circumjacentem *(terram)* de Ipso.

15. Ipse enim docebat in Synagogis illorum, glorificatus ab omnibus.

f) *Matt. 13, 53-54 Marc. 6, 1. Ioh. 4, 43.* 16. [f] Venit etiam in Nazaret, ubi erat enutritus, intravitque juxta quod consuetum Ipsi in die Sabbatorum in Synagogam, surrexitque ad legendum.

17. Tum traditus Ipsi est liber Esaiæ Prophetæ. Revolvit ergò librum, & in- g) *Esa. 61, 1.* venit locum, ubi [g] erat scriptum;

18. Spiritus Domini super Me *(est,)* propter quod unxit Me, ad Evangelizandum pauperibus misit Me, ad sanandum contritos corde,

19. Ad Evangelizandum vinctis dimissionem, & cœcis visum, ad dimittendum sauciatos cum remissione, ad prædicandum annum Domini acceptum.

20. Posteà convolvens librum, dedit ministro, ac consedit. Omnium autem in Synagoga oculi erant intenti in Ipsum.

21. Cœpit verò dicere ad illos; quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris.

22. At omnes testimonium perhibebant Ipsi, & admirati sunt super verbis gratiæ, quæ exibant ex ore Ipsius; dixerunt tamen; [h] nonne hic est filius Josephi? h) *Matt. 13, 55. Marc. 6, 3.*

23. Quare dixit ad illos; Omninò dicetis Mihi parabolam hanc; Medice, cura Teipsum: quæcunque audivimus facta in Kapernaum, fac etiam hic in patria tua.

24. Dixit porrò; Amen dico vobis, i) *Ioh. 4, 44.* quod nullus Propheta acceptus est in patria sua.

25. In veritate autem dico vobis; multæ viduæ erant in diebus [k] Eliæ in Israël, k) *3. Reg. 17, 9.* quum clausum fuit cœlum per annos tres & menses sex, dum fuit fames magna super totam terram: 3½ annis faciunt 1260 dies Apoc 11,6

26. Ad nullam tamen earum missus est Elias, nisi in Sareptam Sidonis, ad mulierem viduam *(ob incredulitatem earum.)*

27. Et multi leprosi erant sub Elisæo Propheta in Israël: nullus tamen eorum mundatus est, nisi [l] Naaman Syrus. l) *2. Reg. 5, 14.*

28. Tum verò impleti sunt omnes ira in Synagoga, cùm audirent hæc;

29. Unde surgentes ejecerunt Ipsum extra urbem, duxeruntque Ipsum usque ad supercilium montis, super quo urbs eorum ædificata erat, ut præcipitarent *(inde)* Ipsum.

30. Ipse verò pertransiit per medium eorum, & abiit.

31. Deinde descendit [m] in Capernaum, urbem Galilææ, eratque docens eos in Sabbatis. m) *Mat. 4, 13. Marc. 1, 21.*

32. Et [n] perculsi sunt super doctrina Ipsius, quia in potestate erat sermo Ipsius. n) *Mat. 7, 28.*

33. Erat autem in Synagoga homo habens

3½ anni faciunt 1260 dies Apoc 11,3

bens spiritum dæmonii immundi, qui exclamavit voce magna,

34. Dicens; Ah, quid nobis & Tibi JESU Nazarene? venistine ad perdendum nos? Novi Te, quis sis, Sanctus DEI.

35. At objurgavit eum JESUS dicens; Obmutesce, & exi ex illo. Tum projiciens illum dæmonium in medium, exivit ab illo, nihil nocens illi.

36. Propterea facta est admiratio super omnes, ut collocuti sint inter se invicem, dicentes; Quod Verbum hoc? quia cum potestate & potentia præcipit immundis spiritibus, & exeunt.

37. Et exivit rumor Ipsius in omnem locum circumjacentis *(terræ.)*

38. Postquam autem surrexit è Synagoga, [o] intravit in domum Simonis: o) *Mat. 8, 14. Marc. 1, 29.* socrus autem Simonis erat comprehensa à febri magna; unde rogarunt Ipsum pro illa.

39. Ideò adstitens super illa, increpavit febrim: quæ reliquit illam ex tempore, ita ut surgens ministraret illis.

40. Cum verò occideret Sol, omnes, qui habebant ægrotantes morbis variis adduxerunt eos ad Ipsum: Ipse autem uni- p) *Mat. 8, 16. Marc. 1, 14.* cuique eorum [p] manus imponens, sanavit eos.

41. Exiverunt insuper etiam dæmonia à multis clamantia & dicentia; quia Tu es CHRISTUS, Filius DEI. Sed increpans non permisit illa loqui, quod nossent, CHRISTUM Ipsum esse.

42. Quando verò facta est dies exiens abiit in desertum locum: sed turbæ quærebant Ipsum, veneruntque usque ad Ipsum, ac detinuerunt Ipsum, ut non discederet ab illis.

q) *Mar. 1, 38.* 43. Qui verò dixit ad illos; quia, etiam aliis urbibus Evangelizare Me oportet regnum DEI: quoniam ad hoc missus sum.

44. Erat itaque prædicans in Synagogis Galilææ.

CAP. V.

Tertes habet quinq. In I. Christus docet è navi, & Petro dat ingentem piscium capturam. à v. 1. In II. sanat lepresum, quem ad sacerdotem mittit à v. 12. In III. docet præsentibus Pharisæis; paralyticumque sanat cum remissione peccatorum, quod contra eos defendit. à v. 17. In IV. jubet Levi seu Matthæum publicanum se sequi, & ab eo convivio excepta cum publicanis comedit; quod contra Pharisæos defendit. à v. 27. In V. quare discipuli sui non faciat jejunare, docet. à v. 33.

DEinde factum est, [a] quum populus a) *Matt. 4, 18. Marc. 1, 6.* urgeret Ipsum, ad audiendum Verbum DEI, & Ipse esset stans ad lacum Genesaret;

2. Ut videret duo navigia stantia ad lacum; quorum piscatores descenderant ab illis, & abluebant retia.

3. Tum ingressus in unum navigiorum, quod Simonis erat, rogavit illum, ut à terra abduceret paululum: Ita cum consedisset, docebat è navigio turbam.

4. Quum autem cessavit loqui, dixit ad Simonem; Provehe in profundum *(navim,)* & demittite retia vestra in captum.

5. Cui respondens Simon dixit; Magister, per totam noctem laboravimus, & nihil cepimus; sed ad verbum Tuum demittam rete.

6. Hoc ergò facientes, concluserunt piscium multitudinem ingentem: rete verò illorum dirumpebatur.

7. Unde annuerunt sociis *(suis,)* qui in altero navigio, ut venientes adjuvarent ipsos. Et venerunt, & implerunt ambo navigia, ut minarentur mergi.

8. Videns verò Simon Petrus accidit ad genua JESU, dicens; Exi à me, quia vir peccator sum, Domine.

9. Stupor enim apprehendit illum, & omnes, qui cum illo, super captura piscium, quam ceperant.

10. Similiter verò etiam Jacobum & Joannem filios Zebedæi, qui erant participes cum Simone. Sed dixit ad Simonem JESUS; ne timeto: ex nunc homines eris capiens.

11. Deducentes igitur navigia ad terram, reliquerunt omnia, & secuti sunt Ipsum.

12. Cæterùm factum est, quum Ipse esset in una urbium, &, ecce, [b] vir b) *Mat. 8, 2. Marc. 1, 40.* plenus lepra, tum videns JESUM cadens super faciem, deprecatus est Ipsum, dicens;

dicens; Domine, ſi vis, potes me mundare.

13. Quare extendens manum tetigit illum, dicens; Volo, mundatus eſto. Tum ſtatim lepra abiit ab illo.

14. Sed Ipſe mandavit illi, ut nemini diceret: verùm (*inquit*) abiens oſtendo teipſum ſacerdoti, & offer pro mundatione tuâ, ſicut præcepit [c] Moſes, in teſtimonium illis.

c) *Lev. 14, 10. 32*

15. Penetravit autem magis verbum de Ipſo, & convenerunt turbæ multæ ad audiendum, & ut ſanarentur ab Ipſo ab infirmitatibus ſuis.

16. Sed Ipſe ſecedens erat in deſertis, & orans.

17. Factum deinde eſt in unâ dierum, cùm Ipſe eſſet docens, eſſentque ſedentes Phariſæi & legis periti, qui fuerant venientes ex omni pago Galilææ & Judææ, & Hieroſolyma, virtuſque Domini eſſet (*operoſa*) ad ſanandum illos:

d) *Mat. 9, 2. Marc. 2, 3.*

18. Ecce, [d] viri ferentes ſuper lecto hominem, qui erat Paralyticus, qui quærebant illum intrò ferre, & ponere ante Ipſum.

19. Cum verò non invenirent, per quas (*vias*) intrò ferrent illum, propter turbam: aſcendentes ſupra tectum, per tegulas demiſerunt illum cum lectulo in medio ante JESUM.

20. Qui videns fidem eorum dixit illi; Homo, remiſſa ſunt tibi peccata tua.

21. Tum ceperunt cogitare Scribæ & Phariſæi, dicentes; Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus DEUS?

22. Cognoſcens autem JESUS cogitationes eorum reſpondens dixit ad eos; quid cogitatis in cordibus veſtris?

23. Quid eſt facilius, dicere, remiſſa ſunt peccata tua; an dicere, ſurge & ambula?

24. Ut ergò ſciatis, quod poteſtatem habeat Filius Hominis ſuper terra, remittendi peccata, [dixit Paralytico] tibi dico, Surge, & tollens lectulum tuum, abi in domum tuam.

25. Ex tempore itaque ſurgens coram illis, tollens ſuper quo jacebat, ablit in domum ſuam, glorificans DEUM.

26. Unde Stupor invaſit omnes, glorificabantque DEUM, ac impleti ſunt timore, dicentes; quia vidimus paradoxa hodiè.

27. Poſt hæc porrò exivit, & [e] vidit publicanum nomine Levin, ſedentem apud telonium; cui dixit, ſequere Me.

e) *Matt. 9, 9. Marc. 2, 14.*

28. Relinquens itaque omnia, ſurrexit & ſecutus eſt Ipſum.

29. Fecit deinde convivium magnum Levis Ipſi in domo ſua: Ubi erat turba publicanorum multa, aliorumque, qui erant cum illis accumbentes.

30. Quare murmurarunt Scribæ eorum & Phariſæi contra diſcipulos Ipſius, dicentes; Propter quid cum publicanis & peccatoribus comeditis & bibitis?

31. Sed reſpondens JESUS dixit ad illos; Non opus habent ſani medico, ſed malè habentes:

32. (*Sic*) non veni ad vocandum juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

33. Alii præterea dixerunt ad Ipſum; [f] propter quid diſcipuli Joannis jejunant crebrò, & preces faciunt, ſic etiam Phariſæorum; tui autem comedunt & bibunt.

f) *Matt. 9, 14. Marc. 2, 18.*

34. Ipſe verò dixit ad illos: num poteſtis filios nuptiarum, dum ſponſus cum Ipſis eſt, facere jejunare?

35. Venient autem dies, & quando auferetur ab illis ſponſus; tum jejunabunt in diebus iſtis.

36. Dixit porrò etiam parabolam ad illos; quia nemo [g] immiſſuram panni novi immittit ſuper veſtem veterem. Quod ſi nihilominùs (*facit,*) tum novum (*pannum*) reſecat, tum veteri (*veſti*) non concordat immiſſura, quæ de novo (*ſumta eſt.*)

g) *Matt. 9, 16. Marc. 2, 21.*

37. Neque quiſquam mittit vinum novum in utres vetuſtos. Quod ſi nihilominus (*fuit:*) rumpit vinum novum utres, & illud effunditur, utreſque pereunt.

38. Sed vinum novum in utres novos mittendum eſt, ut utraq; una conſerventur.

39. Nemo etiam bibens vetuſtum (*vinum*) ſtatim vult novum: dicit enim; vetuſtum utilius (*ſuaviùs*) eſt.

CAP.

CAP. VI.

Partes habet quinq;. In I. Chriſtus diſcipulos Sabbatho ſpicas evellentes contra Phariſæos defendit, à v. 1. In II. aridam hominis manum Sabbatho ſanat. à v. 6. In III. duodecim Apoſtolos eligit. à v. 12. In IV. populi magni ad ipſum à multis locis venientis ægros & dæmoniacos ſanat. à v. 17. In V. ad eundem populum & diſcipulos ſuos longam concionem habet. à v. 20.

a) *Matt. 12, 1. Marc. 2, 23.*

CÆterùm [a] factum eſt in Sabbatho ſecundo-primo, ut Ipſe pertranſiret per ſata, & evellerent diſcipuli Ipſius ſpicas, comederentque conterentes manibus.

2. Quidam autem Phariſæorum dixerunt illis; Cur facitis, quod non licet facere, in Sabbatis?

b) *1. Sam. 21, 6.*

3. Sed reſpondens dixit ad eos JESUS; Neque hoc [b] legiſtis, quod fecit David, cum eſurivit ipſe, & qui cum ipſo erant.

c) *Exod. 29, 33. Lev. 24, 9.*

4. Quomodo introivit in domum DEI, & panes propoſitionis accepit & comedit, deditque etiam iis, qui cum ipſo? quos non licet [c] comedere niſi ſolis Sacerdotibus.

5. Inſuper dixit iis; quia Dominus eſt Filius Hominis etiam Sabbati.

d) *Matt. 12, 9. Marc. 3, 1.*

6. Factum [d] verò etiam eſt in alio Sabbato, ut intraret in Synagogam, & doceret: ubi erat homo, cujus manus dextra erat arida.

7. Obſervarunt autem Ipſum Scribæ & Phariſæi, num in Sabbato ſanaturus eſſet; ut invenirent accuſationem Ipſius.

8. Verùm Ipſe videbat cogitationes eorum; ideoque dixit homini, qui aridam habebat manum; ſurge, & ſta in medio: qui ſurrexit, & ſtetit in medio.

9. Dixit ergò JESUS ad eos; Interrogabo vos: quid licet Sabbatis, benefacere, an malefacere? Animam ſervare, an perdere?

10. Ac circumſpiciens omnes Illos, dixit homini; Extende manum tuam: hic verò fecit ita. Tum reſtituta eſt manus ejus ſana (*factæ*) ſicut altera.

11. Iſti verò impleti ſunt dementia, & collocuti ſunt inter ſe invicem, quidnam facerent JESU.

12. Factum præterea eſt in diebus iſtis; ut exiverit in montem ad orandum, fuerit-que pernoctans in precibus Suis.

e) *Matt. 10, 1. Marc 3, 13.*

13. Quando autem facta eſt dies, [e] vocavit ad Se diſcipulos Suos, & eligens ex illis duodecim [quos etiam Apoſtolos nominavit,]

14. Simonem, quem etiam nominaverat Petrum, & Andream, fratrem ejus; Jacobum & Joannem, Philippum & Bartholomæum;

15. Matthæum, & Thomam, Jacobum Alphæi, & Simona, vocatum Zeloten;

16. Judam Jacobi, & Judam Iſcariotem, qui etiam factus eſt proditor;

17. Et deſcendens cum illis, ſtetit ſuper loco campeſtri, turba autem (*reliquorum*) diſcipulorum Ipſius, & multitudo ingens populi de univerſa Judæa, & Jeruſalem, maritima (*parte*) Tyri & Sidonis, qui venerunt ad audiendum Ipſum, & ut ſanarentur à morbis ſuis;

18. Etiam qui vexabantur à ſpiritibus immundis: ſanabantur namque.

19. Quin univerſa turba quærebat attingere Ipſum: quia virtus ab Ipſo exibat, & ſanavit omnes.

20. Deinde Ipſe tollens oculos Suos ſuper diſcipulos Suos, dixit; [f] Beati pauperes: quoniam veſtrum eſt regnum DEI.

f) *Matt. 5, 3.*

21. Beati eſurientes nunc: quoniam ſaturabimini. [g] Beati flentes nunc: quoniam ridebitis.

g) *Pſal. 126, 3. 6. Eſa. 61, 2.*

22. Beati eſtis, quando odio habebunt vos homines, & quando ſeparabunt, & calumniabuntur, & ejicient nomen veſtrum, quaſi malum, propter Filium Hominis.

23. Gaudete in iſta die & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo. Secundum hæc faciebant Prophetis patres eorum.

24. Verumtamen Væ vobis divitibus: quoniam percepiſtis ſolatium veſtrum.

h) *Eſa. 65, 13. 14.*

25. [h] Væ vobis, qui impleti eſtis; quoniam eſurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis.

26. Væ vobis, quando benè de vobis loquentur omnes homines: juxta hæc nam-

namque faciebant falsis prophetis patres eorum.

27. Vobis porrò dico, qui auditis
i) *Matt.* 5,44. (*omnibus,*) diligite inimicos vestros: [i] benè facite odio habentibus vos:

28. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro iis, qui infestant vos.

29. Percutienti super maxillam, præbe etiam alteram: & ab auferente vestimentum tuum, etiam tunicam non prohibeas.

30. Omni petenti jà te da; & ab eo, qui aufert tua, ne repete (*ea.*)

k) *Matt.* 7,12. 31. Et quemadmodum [k] vultis, ut faciant vobis homines, etiam vos facite illis similiter.

l) *Deut.* 15,8. *Matt.* 5, 42. 32. Si enim (*tantum*) [l] diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis gratia est? nam etiam peccatores eos, qui illos diligunt, diligunt.

33. Et si benefacitis (*tantùm*) iis, qui benefaciunt vobis, quæ vobis gratia est? nam etiam peccatores idem faciunt.

34. Et si mutuo datis iis, à quibus sperâtis recipere, quæ vobis gratia est? nam etiam peccatores peccatoribus mutuò dant, ut recipiant æqualia.

35. Potiùs diligite inimicos vestros, & benefacite, atque mutuo date nihil inde sperantes: tunc erit merces vestra multa, eritisque filii Altissimi: quia Ille benignus est super ingratos & malos.

36. Estote itaque misericordes; quemadmodum etiam Pater vester misericors est.

37. Et non judicate, ut non judicemini: ne condemnate, ut non condemnemini: remittite, ut remittatur vobis.

38. Date, & dabitur vobis; mensuram bonam, pressam, agitatam & superfluentem dabunt in sinum vestrum: [m] qua
m) *Mat.* 7, 1. *Marc.* 4, 24. enim mensura metiemini, remetientur vobis.

39. Dixit præterea parabolam illis; n) *Mat.* 15, 14. Numquid potest [n] cœcus cœcum ducere? nonne ambo in foveam cadent?

o) *Mat.* 10, 24. *Joh.* 13, 16. 40. Non est [o] discipulus supra magistrum suum: perfectus autem quisque erit sicut magister illius.

p) *Mat.* 7, 3. 41. [p] Quid itaque vides festucam in oculo fratris tui; trabem autem, quæ in oculo tuo, non intelligis (*discipulus corrigens magistrum?*)

42. Aut quomodo poteris dicere fratri tuo (*cùm talis fueris;*) Frater, sine, ejiciam festucam, quæ in oculo tuo, ipse trabem, quæ in oculo tuo non vides? Hypocrita, ejice prius trabem, ex oculo tuo; deinde verò dispice ejicere festucam, quæ in oculo fratris tui.

43. Non est (*etiam*) [q] arbor bona q) *Mat.* 7, 17. 12, 33. faciens fructum putidum: neque arbor putida faciens fructum bonum.

44. Omnis enim arbor ex proprio fructu cognoscitur. Non enim (*ex. gr.*) ex spinis colligunt ficus, neque ex rubo vindemiant uvam.

45. [r] Bonus (*similiter*) homo è bono r) *Matt.* 12, 35. thesauro cordis sui profert bonum: at pravus homo è pravo thesauro cordis sui profert pravum: nam ex abundantia cordis loquitur os illius.

46. Quid verò [s] Me vocatis, Domi- s) *Matt.* 7, 21. ne, Domine, & non facitis, quæ dico?

47. Omnis, qui venit ad Me, & audit sermones Meos, facitque eos: monstrabo vobis, cui similis sit.

48. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit, & in profundum penetravit, posuitque (*ita*) fundamentum super petram: unde inundatione facta, illisum (*quidem*) flumen domui isti, sed non valuit dimovere eam: quoniam fundata erat super petra.

49. Qui verò audit, nec facit, similis est homini ædificanti domum super humum sine fundamento: cui illisit flumen, statimque concidit, ac facta est ruina domus istius magna.

CAP. VII.

Partes habet quinq. In I. Christus servum Centurionis Capernaitici egregiè commendati paralyticum sanat absens. à v. 1. In II. adolescentem Naimiticum mortuum resuscitat. à v. 11. In III. Joannes discipulos ad Christum mittit. à v. 18. In IV. Christus Joannem verâ laude magnat. à v. 24. Et de contemtoribus Pharisæis conqueritur. à v. 30. In V. Mulierem peccatricem in domo Simonis Pharisæi absolvit. à v. 36.

Quum

Quum verò absolvisset omnia verba Sua in auribus populi, intravit in Capernaum:

a) *Matt.* 8, 5. 2. [a] Ubi Centurionis cujusdam servus malè habens erat moribundus, qui (*verò*) illi erat in pretio.

3. Audiens itaque de Jesu misit ad Ipsum presbyteros Judæorum, rogans Ipsum, ut veniens servaret servum suum.

4. Isti ergò cum venissent ad Jesum, rogarunt Ipsum diligenter, dicentes; dignus est, cui præstes hoc.

5. Diligit enim gentem nostram, & Synagogam ille ædificavit nobis.

6. Jesus ergò abivit cum illis. Cùm verò jam non procul abesset à domo, misit ad Ipsum Centurio amicos, dicens Ipsi (*per eos;*) Domine, ne molestiam Tibi crea: non enim dignus sum, ut sub tectum meum ingrediaris.

7. Ideò neque meipsum dignum judicavi, ut ad Te venirem. Sed dic (*unum tantùm*) verbum: ita sanabitur servus meus.

8. Namque etiam ego homo sum sub potestate ordinatus, habens (*quidem*) sub me ipso milites: nihilominus dico huic, abi, tum abit; & alii, veni, & venit: & servo meo, fac hoc, tum facit.

9. Audiens verò hæc Jesus, miratus est illum: & conversus dixit insequenti Ipsum turbæ; Dico vobis; Neque in Israële tantam fidem inveni.

10. Quum ergò reversi sunt, qui missi erant, in domum, invenerunt ægrotantem servum sanum.

11. Deinde factum est posterâ die: abiit in urbem dictam Nam, unâ autem iverunt cum Ipso discipuli Ipsius multi, & turba multa.

12. Cum verò propè fuit portæ urbis: tum, ecce, efferebatur mortuus, filius unigenitus matri suæ, quæ erat vidua; cumque eâ turba urbis magna.

13. Videns ergò eam Dominus, visceribus motus est super eâ, dixitque ei; ne flero.

14. Deinde accedens attigit loculum: ideò portantes constiterunt: tum dixit; adolescens, tibi dico, Surge.

15. Resedit ergò mortuus, & cepit loqui. Quare dedit eum matri suæ.

16. Cepit verò timor omnes, glorificarunt que Deum, dicentes; quia Propheta magnus suscitatus est inter nos; & quia visitavit Deus populum Suum.

17. Verbum autem hoc exivit in universam Judæam de hoc, & in omnem circumjacentem (*regionem.*)

18. Unde [b] renunciarunt Joanni b) *Mat.* 11, 2. *seq.* (*Baptistæ*) discipuli illius de omnibus his: ideò vocavit ad se duos quosdam discipulorum suorum Joannes,

19. Misitque ad Jesum, dicens; Tune es is, qui venire debet? an alium expectare debemus?

20. Accedentes itaque ad Ipsum viri dixerunt; Joannes Baptista misit nos ad Te, dicens (*per nos;*) Tune es is, qui venire debet? an alium expectare debemus?

21. Eadem autem hora sanavit multos à morbis & plagis spirituum malorum, & cœcis multis donavit videre.

22. Respondens itaque Jesus dixit illis; Euntes renunciate Joanni, quæ viderîtis, & quæ audiveritis: (*scil.*) quod cœci viderint, claudi ambulent, [c] lepræsi c) *Es.* 35, mundentur, surdi audiant, mortui resurgant, pauperibus Evangelium prædicetur.

23. Beatus verò est, quisquis non scandalizatur in Me.

24. Postquam autem abiverunt nuncii Joannis; cepit (*Jesus*) loqui ad turbas de Joanne: quid existis in desertum videre? calamumne à vento motitatum? (*Non certè.*)

25. Aut quid existis videre? hominemne in mollibus vestimentis vestitum? (*At*) ecce, qui in vestitu splendido & deliciis sunt, in aulis sunt. (*Ergò nec talem.*)

26. Aut quid existis videre? Prophetamne? Næ, dico vobis; Etiam, qui plus est Prophetâ.

27. Hic est, de quo [d] scriptum est; d) *Mal.* 3, 1. Ecce, Ego mitto Angelum Meum ante faciem Tuam, qui præparabit viam Tuam coram Te.

28. Dico namque vobis; major inter natos mulierum propheta Joanne Baptista nul-

nullus est: minor tamen in Regno DEI major illo est.

29. Omnis verò populus, qui audivit, & publicani justificaverunt DEUM, qui (*quidem*) baptizati fuerunt baptismate Joannis.

30. Pharisæi verò & Legisperiti voluntatem DEI rejecerunt contra seipsos, dum non baptizati sunt ab illo.

d) Mat. 11, 16. 31. Dixit itaque Dominus; [c] Cui ergò comparaverim homines generationis hujus? & cui sunt similes?

32. Similes sunt pueris in foro sedentibus, & acclamantibus sibi invicem, ac dicentibus; Tibiis cecinimus vobis, nec tamen saltastis: Lamentati sumus vobis, nec tamen ploraſtis.

33. Venit namque Joannes Baptista, neque panem edens, neque vinum bibens: sed dicitis; dæmonium habet.

34. Venit Filius Hominis, comedens & bibens, sed dicitis; Ecce, homo vorax & vini-potor, publicanorum amicus & peccatorum.

35. Sic justificata est Sapientia à filiis Suis omnibus.

36. Rogavit posteà aliquis Ipsum Pharisæorum, ut comederet cum illo. Ingressus itaque in domum Pharisæi accubuit.

37. Sed, ecce, fœmina in urbe, quæ erat peccatrix, cum cognovisset, quod accumberet in domo Pharisæi, portans alabastrum unguenti,

38. Et stans ad pedes Ipsius postliminiò plorans, cepit madefacere pedes Ipsius lachrymis, & capillis capitis sui abstersit; quin osculata est pedes Ipsius, quos etiam unxit unguento.

39. Videns verò Pharisæus, qui vocaverat Ipsum, dixit intra seipsum; Hic si esset Propheta, cognovisset, quæ & qualis mulier (*sit*,) quæ tangit Ipsum, peccatrix enim est.

40. Respondens itaque JESUS dixit ad ipsum; Simon, habeo, quod tibi dicam, aliquid: ille verò dixit; Magister, dic.

41. Duo (*inquit JESUS*) debitores erant cuidam creditori: unus debebat denarios quingentos; alter verò (*tantùm*) quinquaginta.

42. Cum autem illi non haberent, ut redderent: ambobus condonavit. Uter ergò eorum, magis ipsum diliget?

43. Respondens itaque Simon dixit; Præsumo, quod is, cui plus condonavit. Dixit verò JESUS; rectè judicasti.

44. Et conversus ad mulierem, Simoni dixit; Videsne hanc mulierem? Ingressus sum in domum tuam: aquas super pedes Meos non dedisti, hæc verò lachrymis madefecit pedes Meos, & capillis capitis sui abstersit.

45. Osculum Mihi non dedisti; hæc vero, ex quo ingressa est, non omisit osculari pedes Meos.

46. Oleo caput Meum non unxisti; hæc verò unguento unxit pedes Meos.

47. Propterea dico tibi, remissa sunt illi peccata multa, quia amavit multum: cui verò parùm remittitur, parum amat.

48. Tum dixit illi; remissa sunt peccata Tua.

49. Verum unà accumbentes cepérunt dicere intra seipsos; Quis hic est, qui etiam peccata remittit?

50. At (*JESUS*) dixit ad mulierem; Fides tua te salvam fecit: abi in pacem.

CAP. IIX.

Pares habet septem. In I. est latus mulierum Christo ministrantium. à v. 1. In II. Parabola Seminantis semen in diversam terram. à v. 4. In III. modus prædicandi & audiendi verbum DEI. à v. 16. In IV. Mater & fratres Christi quinam? a v. 19. In V. Tempestas maris sedata. a v. 22. In VI. dæmoniacus Gadarenorum. à v. 26. In VII. Iairi filia à mortuis resuscitata. à v. 40.

FActum deinde est insequenti tempore, ut Ipse iter faceret secundum urbes & pagos, prædicans & Evangelizans regnum DEI, & duodecim cum Ipso:

2. Et mulieres quædam, quæ fuerant sanatæ à spiritibus malis & infirmitatibus, Maria (*inprimis*) quæ vocabatur Magdalena, à qua dæmonia septem exiverant,

3. Et Joanna uxor Chuzæ, Procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ; quæ subministrarunt Ipsi de facultatibus suis.

4. Quum conveniret verò turba multa & ii, qui singulis in urbibus (*erant*,) supervenirent

a) Matt. 13, 3. Mar. 4, 2. venirent ad Ipsum, dixit [a] per parabolam.

5. Exivit seminans ad seminandum semen suum. Et dum seminabat ille, aliud quidem cecidit super viam; quod conculcatum est, aut volatilia cœli comederunt illud.

6. Aliud autem cecidit super petram, sed cum crescceret, exaresactum est: propterea quod non haberet humorem.

7. At aliud cecidit in medium spinarum; & simul enatæ spinæ suffocarunt illud.

8. Aliud tandem cecidit super terram bonam, & enatum fecit fructum centuplum. Cum hæc dixisset, exclamabat; qui habet aures ad audiendum, audito.

9. Interrogarunt autem Ipsum discipuli Ipsius, dicentes, quænam esset parabola hæc?

10. Ipse verò dixit; vobis datum est cognoscere mysteria regni DEI: reliquis verò in parabolis, ut [b] videntes non videant, & audientes non audiant.

b) Esa. 6, 10. Matth. 13, 14. Mar. 4, 12.

11. Est autem hæc parabola. Semen est Verbum DEI.

12. Qui verò super via sunt, qui sunt audientes, (*sed*) posteà venit diabolus, & aufert verbum à corde eorum, ut non credant, & salventur.

Ioh. 12, 40. Act. 28, 26. Rom. 11, 8.

13. Qui deinde super petra, (*sunt*,) qui, quando audiverint, cum gaudio suscipiunt verbum; sed hi radicem non habent; (*tanquam*) qui ad tempus credunt, verùm in tempore tentationis deficiunt.

14. Quod porrò inter spinas cecidit, hi sunt, qui sunt audientes, sed præ curis, & divitiis, & voluptatibus vitæ abeunt, & suffocantur, neque fructum faciunt.

15. Quod tandem in terra bona, hi sunt, qui in corde simplici & bono audiunt verbum, retinent, & fructum faciunt in patientia (*constantia.*)

c) Matt. 5, 15. Mar. 4, 21. Luc. 11, 33.

16. Nemo tamen [c] candelam accendens abscondit eam vase, aut sub lectum ponit: sed super candelabrum proponit, ut ingredientes videant lumen.

d) Mat. 10, 26. Mar. 4, 22. Luc. 12, 2

17. [d] Non enim est occultum, quod non manifestum fiat; neque absconditum, quod non cognoscatur, & in manifestum veniat.

18. Quate videte, quomodo audiatis. Quisquis enim [e] habet, dabitur illi; qui verò non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab eo.

e) Matt. 13, 12. 25, 29. Mar. 4, 25.

19. Accesserunt autem ad Ipsum [f] mater & fratres Ipsius, neque poterant convenire Ipsum propter turbam.

f) Matt. 12, 46. Marc. 3, 31.

20. Nuntiatum itaque Ipsi est à discentibus; Mater Tua & fratres Tui stant foris, & videre Te volunt.

21. Ipse verò respondens dixit ad illos; Mater Mea & fratres Mei hi sunt, qui audiunt verbum DEI & faciunt illud.

22. Factum porrò est in aliqua dierum, ut Ipse [g] conscenderet in navigium, & discipuli Ipsius: dixit enim ad eos; transeamus in (*terram*) trans lacum. Et provecti sunt.

g) Mat. 8, 23. Mar. 4, 34.

23. Quum autem navigarent, obdormivit: cum invasit procella venti lacum, ità ut eo implerentur, & periclitarentur.

24. Accedentes itaque expergefecerunt Ipsum, dicentes; Magister, Magister, perimus. Ipse verò expergefactus, increpavit ventum, & fluctum maris; qui cessarunt, & facta est malacia.

25. Dixit autem illis; Ubi est fides vestra? At territi admirati sunt, dicentes ad se invicem; Quis ergò hic est, quod etiam ventis imperet & aquæ, ita ut obediant Ipsi?

26. Navigarunt itaque in [h] regionem Gadarenorum, quæ est è regione Galilææ.

h) Mat. 8, 28. Marc. 5, 1.

27. Egresso autem Ipsi super terram, occurrit vir aliquis ex urbe, qui habebat dæmonia ex temporibus longis, & vestimento non induebatur, neque in domo mansit, sed in monumentis.

28. Videns verò JESUM, & exclamans accidit Ipsi, & voce magna dixit; Quid mihi & Tibi, JESU Fili DEI Altissimi? rogo Te, ne me torqueas.

29. Mandabat namque spiritui immundo, ut exiret ab homine. Multis enim temporibus corripuit eum, ut vinctu fuerit catenis & compedibus, sed disruperit vincula, expulsus à dæmone in deserta.

30. Interrogavit verò illum JESUS, dicens;

cens; quodnam tibi nomen eſt? qui autem dixit, Legio: quia dæmonia multa ingreſſa erant in illum.

31. Rogavit, inquam, Ipſum, ut non mandaret illis in abyſſum abire.

32. Erat autem grex porcorum multorum, paſcentium in monte. Rogarunt itaque Ipſum, ut permitteret illis, in eos ingredi; quod permiſit illis.

33. Quum ergò exirent dæmonia ab homine, ingreſſa ſunt in porcos; ita ut præcipitaret ſe grex de præcipitio in lacum, & ſuffocarentur.

34. Videntes verò qui paſcebant, quod factum, fugerunt, & abeuntes renunciarunt in urbe, & in agris.

35. Unde exiverunt ad videndum, quod factum, veneruntque ad JESUM, & invenerunt ſedentem hominem, à quo dæmonia exiverant, indutum prudentetque ſe gerentem, ad pedes JESU, & territi ſunt.

36. Annunciarunt autem etiam illis, qui viderant, quomodo ſervatus eſſet dæmoniacus.

37. Rogarunt tamen Ipſum omnis multitudo circumjacentis terræ Gadarenorum, ut abiret ab illis: quia terrore magno apprehenſi ſunt: unde Ipſe ingreſſus in navigium, reverſus eſt.

38. Oravit verò Ipſum vir, à quo exiverant; ut eſſet cum Ipſo: ſed dimiſit illum JESUS, dicens;

39. Revertere in domum tuam, & indica, quanta tibi DEUS fecerit. Abivit ergò per totam urbem prædicans; quanta faciſſet ſibi JESUS.

40. Factum contrà eſt: quum reverteretur JESUS, ſuſcepit Ipſum turba: erant enim omnes expectantes Ipſum:

i) *Matt. 9, 18. Marc. 5, 22.* 41. Sed, ecce, venit [i] vir, cui nomen Jairus, eratque is princeps Synagogæ; qui procidens ad pedes JESU orabat Ipſum, ut ingrederetur in domum ſuam.

42. Quia filia unigenita erat illi, tanquam annorum duodecim, quæ verò demortua erat. Dum autem abivit Ipſe, k) *Matt. 9, 20. Marc. 5, 25.* turba compreſſit Ipſum.

43. [k] Mulier ergò, quæ erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos impenderat omnem victum, nec valuit ab ullo ſanari:

44. Accedens à tergo attigit fimbriam veſtimenti Ipſius; cùm ex tempore ſtetit fluxus ſanguinis illius.

45. Sed dixit JESUS; quis eſt, qui tetigit Me? quum autem negarent omnes, dixit Petrus & qui cum Ipſo; Magiſter, turbæ premunt Te, & affligunt; dicis ergò, quis eſt, qui attigit Me?

46. JESUS tamen dixit; attigit Me aliquis: Ego enim cognovi virtutem egreſſam à Me.

47. Videns itaque mulier, quod non lateret, tremens venit, & accidens illi, propter quam cauſam tetigiſſet Ipſum, enuntiavit Ipſi coram omni populo, & quomodo ſanata eſſet ex tempore.

48. JESUS autem dixit illi; confide filia; Fides tua ſervavit te, abi in pacem.

49. Cum Ipſe adhuc loqueretur, venit aliquis ad Archiſynagogum, dicens illi, quia mortua eſt filia tua, ne fatiga Magiſtrum.

50. Sed JESUS audiens reſpondit illi, dicens; ne timeto, crede modò, tum ſervabitur.

51. Ingreſſus autem in domum, non permiſit ingredi quenquam, niſi Petrum, & Jacobum, & Joannem, & patrem puellæ ac mattem.

52. Ploraverunt enim omnes, & deflerunt eam, verùm Ipſe dixit; ne flete; non mortua eſt, ſed dormit.

53. Deriſerunt tum Ipſum; ſcientes, quod mortua eſſet.

54. Ideò Ipſe ejecerat foràs omnes. Tumque apprehendens manum illius, vocavit, dicens; Puella ſurge.

55. Reverſus itaque eſt ſpiritus ejus, ſurrexitque extemplo: tum præcepit, dari ei, quod comederet.

56. Unde obſtupuerunt parentes ejus. Ipſe verò mandavit illis, ut nemini dicerent, quid factum (*eſſet.*)

CAP.

CAP. IX.

Partes habet novem. In I. duodecim Apoſtoli emittuntur in Iudæam ad prædicandum. à v.1. In II. eſt Herodis de Chriſto opinio. à v.6. In III. docentur 5000. hominum quinque panibus. à v.10. In IV. Apoſtoli per Petrum confitentur Chriſtum. à v.16. In V. glorificatur Chriſtus coram diſcipulis. à v.27. In VI. Puer lunaticus ſanatur. à v.37. In VII. diſcipuli de præcellentia contendentes ad humilitatem admonentur. à v.46. In IIX. Chriſtus per Samariam profiſciſcitur manſuetus. à v.51. IX. Tres viri Chriſtum volunt ſequi. à v.57.

a) *Matt. 10, 1. Marc. 3, 13. 6, 7.* [a] CONvocans poſteà duodecim diſcipulos ſuos dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & ut morbos ſanarent.

2. Miſitque illos ad prædicandum regnum DEI, & ſanandum ægrotos.

b) *Mat. 10, 9. Marc. 6, 8.* 3. Dixit autem ad illos; [b] nihil ſumite in viam, neque baculos, neque peram, neque panem, neque argentum; neque ut ſinguli duas tunicas haberent.

4. Sed in quam (*ajebat*) domum intraveriris, ibi manete, & inde exite.

5. Quicunque autem non ſuſceperint c) *Act. 13, 51.* vos, egredientes ab urbe iſtâ, etiam [c] pulverem à pedibus veſtris excutite, in teſtimonium ſuper illos.

6. Egreſſi itaque peragratunt ſingulos pagos, Evangelizantes & ſanantes ubique.

d) *Mat. 14, 1. Marc. 6, 16.* 7. [d] Audivit verò Herodes Tetrarcha, quæ fiebant ab Ipſo omnia, & dubitavit (*quis eſſet,*) propterea quod diceretur à nonnullis, quod Joannes exſuſcitatus eſſet ex mortuis:

8. A nonnullis verò, quod Elias apparuiſſet: (*ab*) aliis, quod Propheta aliquis veterum ſurrexiſſet.

9. Dixit itaque Herodes; Joannem ego decollavi: quis verò eſt Hic, de quo ego audio talia? unde quæſivit videre Ipſum.

10. Cæterum reverſi Apoſtoli enarratunt Ipſi, quanta feciſſent: qui aſſumens e) *Matt. 14, 13. Marc. 6, 32* illos, [e] receſſit ſeorſim in locum deſertum urbis, quæ vocatur Bethſaida.

11. Verum turbæ animadvertentes ſecutæ ſunt Ipſum: quos admittens, locutus eſt illis de regno DEI, & eos, qui opus habebant, ſanatione ſanabat.

12. Dies verò incipiebat inclinare: quare [f] accedentes Duodecim dixerunt f) *Matt. 14, 15. Marc. 6, 35. Joh. 6, 5.* Ipſi; dimitte turbam, ut abeuntes in, qui in circuitu, pagos & agros diverſant, inveniantque cibum: quia hic in deſerto loco ſumus.

13. Sed dixit ad illos; date illis vos, quod comedant: At illi dixerunt; Non ſunt nobis plures, quàm quinque panes, & duo piſces; niſi abeuntes nos emamus pro omni populo hoc cibos.

14. Erant namque viri quaſi quinquies mille. Nihilominus dixit ad diſcipulos ſuos; diſcumbere facite eos in diſcubitus quinquagenos.

15. Fecerunt ergò ſic, ita ut diſcumbere fecerint omnes.

16. Accipiens deinde quinque panes, & duos piſces, ſuſpexit in cœlum, & benedixit iis, fregitque, ac dedit diſcipulis, ut apponerent turbæ.

17. Comederunt ergò & ſaturati ſunt omnes: ſublatumque eſt, quod ſuperfuit illis fragmentorum, cophini duodecim.

18. Factum porrò eſt: cùm Ipſe eſſet orans ſeorſim, cum Ipſo erant diſcipuli Ipſius: quos interrogavit, dicens; [g] g) *Mat. 14, 13.* quem Me dicunt turbæ eſſe?

19. Iſti verò reſpondentes dixerunt; *Marc. 6, 27.* (*Quidam*) Joannem Baptiſtam: Alii verò, Eliam; alii verò, quod Propheta aliquis *Luc 9, 18* veterum reſurrexerit.

20. Tum verò dixit illis; Vos verò quem Me dicitis eſſe? Reſpondens ergò Petrus dixit; Chriſtus DEI.

21. At Ipſe interminatus illis præcepit, ut nemini dicerent hoc;

22. Dicens; [h] quia oportet Filium h) *Mat. 17, 22, 23* Hominis multa pati, & reprobari à Se- *20, 18, 19. Luc. 18, 12, 13.* nioribus, & principibus Sacerdotum, & Scribis, ac occidi, tertia tamen die reſurgere.

23. Dixit verò ad omnes; [i] Si quis i) *Matt. 10, 38. 16, 24. Marc 8, 34.* voluerit poſt Me venire, abnegato ſeipſum, & rollito crucem ſuam quotidie, ſequitorque Me.

24. Quiſquis enim voluerit animam ſuam ſervare, perdet eam: quiſquis verò

perdiderit animam ſuam propter Me, hic inveniet eam.

25. Quid namque proderit homini, ſi lucratus fuerit mundum totum, ſe autem ipſum perdiderit, aut damnum patietur (*æternum?*)

k) *Mat. 10,33. Marc.8, 38. Luc. 12, 9. 2.Tim. 2, 12.*

26. [k] Quemcunque enim pudebit Mei, & Meorum verborum, illius Filium Hominis pudebit, quando venerit in gloria Sua, & Patris, & ſanctorum Angelorum.

27. Dico autem vobis verò; ſunt quidam hic ſtantium, qui non guſtabunt mortem, donec viderint regnum DEI.

l) *Matt. 17, 1. Marc.9, 2.*

28. [l] Factum itaque eſt poſt verba hæc quaſi diebus octo, cùm aſſumens Petrum & Joannem & Jacobum, aſcendit in montem ad orandum:

29. Tum facta eſt, cùm Ipſe oraret, ſpecies faciei Ipſius alia, & veſtimentum Ipſius album fulgurans.

30. Et, ecce, viri duo collocuti ſunt cum Ipſo, qui erant Moſes & Elias:

31. Qui viſi in gloria, locuti ſunt de exitu, quem impleturus eſſet in Hieroſolyma.

32. Petrus autem, & qui cum illo erant, erant gravati ſomno.

33. Factum itaque eſt: cùm diſcederent illi ab Ipſo, dixit Petrus ad JESUM; Magiſter, bonum eſt, nos hic eſſe: faciamus itaque tentoria tria; unum Tibi, & Moſi unum, unumque Eliæ: neſcius, quid diceret.

34. Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes, & obumbravit illos: unde territi ſunt, dum ingreſſi ſunt in nubem.

35. Sed vox facta eſt ex nube, dicens; Hic eſt Filius Meus dilectus; hunc audite.

36. Cum autem facta eſſet vox, inventus eſt JESUS ſolus. Illi tamen tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus, quicquam eorum, quæ viderunt.

37. Factum deinde eſt poſtero tempore, cùm deſcenderent de monte illi, [m] occurrit Ipſi turba multa.

m) *Mat. 17, 14. Marc.9, 14.*

38. Et, ecce, vir de turba exclamavit, dicens; Magiſter, rogo Te, reſpice ſuper filium meum! quia unigenitus eſt mihi.

39. Sed, ecce, ſpiritus arripit illum, ut ſubitò exclamet; & convellit eum cum ſpuma, ac ægrè diſcedit ab eo, poſtquam contrivit eum.

40. Rogavi quidem diſcipulos Tuos, ut ejicerent illum: ſed non potuerunt,

41. Reſpondens verò JESUS dixit; ô generatio incredula & perverſa! quouſque ero apud vos, & tolerabo vos: adduc huc filium tuum.

42. Quum ergò adhuc accederet ille, diſrupit illum dæmonium, ſimulque convulſit: ſed JESUS increpavit ſpiritum immundum, & ſanavit puerum, quem dedit patri ejus.

43. Obſtupuerunt ergò omnes ſuper magnificentia DEI. Cum verò omnes admirarentur ſuper omnibus, quæ fecerat JESUS, dixit JESUS ad diſcipulos;

44. Ponite vos in autes veſtras verba hæc: nimirum, Filius Hominis tradetur in manus hominum.

45. At illi ignoraverunt verbum hoc, eratque abſconditum ab illis, ut non intelligerent illud; timueruntque interrogare Ipſum de verbo hoc.

n) *Mat. 18, 1. Marc.9, 34.*

46. [n] Invaſit porrò cogitatio illos de eo, quiſnam eſſet maximus illorum?

47. JESUS autem videns cogitationem cordis illorum, accipiens puerum, ſtitit eum juxta Se;

48. Dixitque illis; qui ſuſceperit hunc puerum in Nomine Meo, Me ſuſcipit, qui autem Me ſuſcipit, ſuſcipit Eum, qui miſit Me. Quicunque minimus inter omnes vos exiſtit, hic erit magnus.

o) *Mar. 9, 38,*

49. Tum [o] reſpondens Joannes dixit; Magiſter, vidimus aliquem in Nomine Tuo ejicientem dæmonia: ideò prohibuimus illi, quia nos non ſequitur.

50. Sed dixit ad illum JESUS; ne prohibete; quiſquis enim non eſt contra nos, pro nobis eſt.

51. Factum autem eſt, quum implerentur dies aſſumtionis Ipſius: tum Ipſe faciem Suam confirmavit ad eundum in Hieroſolymam.

52. Miſit itaque nuntios ante faciem Suam: qui euntes ingreſſi ſunt in pagum Samaritanorum, ut Ipſi præpararent.

53. Sed

53. Sed non admiſerunt Ipſum; propterea, quod facies Ipſius erat abiens in Hieroſolymam.

54. Videntes ergò diſcipuli Ipſius, Jacobus & Joannes, dixerunt; Domine, Vis ne, dicamus, ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat eos? ſicut etiam [p] Elias fecit.

p) *2. Regum 1, 10. 11.*

55. Sed converſus increpavit illos, dixitque; annon ſcitis, cujus Spiritus ſitis vos?

56. Filius enim Hominis non venit ad perdendum animas hominum ſed ad ſervandum. Quare abiverunt in alium pagum.

q) *Mat. 8, 19.*

57. Factum cæterum eſt, euntibus illis in viâ, dixit [q] quidam ad Ipſum; Sequar te, quocunque abiveris, Domine.

58. Sed dixit illi JESUS; Vulpes foveas habent, & volatilia cœli habitationes; Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.

r) *Mat. 8, 19.*

59. Dixit porrò ad alium; Sequere Me: ille verò [r] dixit; Domine, Permitte mihi, ut abeam prius ad ſepeliendum patrem meum.

60. Sed dixit illi JESUS, Sine, mortuos ſepelire ſuos mortuos; tu verò abiens annuntia regnum DEI.

61. Dixit verò etiam alius; Sequar Te, Domine; prius tamen permitte mihi, ut diſponam iis, qui in domo meâ.

62. Verùm dixit ad eum JESUS; Nemo injiciens manum ſuam in aratrum, ſed videns retrorſum, diſpoſitus (*riſè*) eſt ad regnum DEI.

CAP. X.

Partes habet quinq. In I. à Chriſto emittuntur ſeptuaginta diſcipuli cum inſtructione à v. 1. In II. illis reductibus Chriſtus majus gaudium ex nominibus in cœlo inſcriptis oſtendit. à v. 17. In III. Chriſtus DEO Patri gratias agit pro diſcipulis: hoſq; beatos pradicat. à v. 21. In IV. à Legiſperito tentatus, parabola Samaritani qui proximus ſit docet. à v. 25. In V. à Martha convivio excipitur. à v. 38.

POſt verò hæc deſignavit Dominus etiam, alios Septuaginta, & miſit eos binos ante faciem Suam in omnem urbem & locum, quo Ipſe venturus erat.

2. Dixit ergò ad illos; [a] Meſſis quidem magna eſt, operarii autem pauci. Rogate igitur Dominum meſſis, ut emittat operarios in meſſem ſuam. Abite.

a) *Mat. 9, 37.*

3. Ecce, Ego mitto vos ſicut agnos in medium luporum.

4. [b] Ne portate crumenam aut peram, neque calceos; & neminem in viâ ſalutate.

b) *Mat. 10, 9. Marc 6 8.*

5. In quam verò domum intraveritis, primò dicite; Pax (*ſit*) domui huic.

6. Et ſi quidem fuerit ibi filius pacis, requieſcet ſuper illo pax veſtra: ſi verò non, ſuper vos reverteretur.

7. In eadem verò domo manete, edite & bibite, quæ apud eos. [c] Dignus enim eſt operarius mercede ſuâ. Ne tranſite è domo in domum.

c) *Deut. 24, 14. Matth. 10, 10. 1. Tim. 5, 18.*

8. Item, [d] in quam urbem ingrediemini, ſi ſuſceperint vos, comedite, quæ apponentur vobis.

d) *Mat. 10, 11.*

9. Et ſanate, qui in eâ, infirmos: ac dicite; appropinquavit ad vos regnum DEI.

10. In quam verò urbem ingrediemini, ſed non ſuſceperint vos: egredientes in plateas ejus, dicite;

11. Etiam pulverem adhærentem nobis ex urbe veſtrâ, excutimus vobis: hoc tamen cognoſcite, quod appropinquaverit ad vos regnum DEI.

12. Dico autem vobis, quod Sodomis in die illâ tolerabilius futurum ſit, quàm urbi iſti.

13. Væ [e] tibi Chorazin! væ tibi Bethſaida! quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in ſacco & cinere ſedentes pœnitentiam egiſſent.

e) *Matt. 11, 21.*

14. Veruntamen Tyro & Sidoni tolerabilius erit, quàm vobis, in die judicii.

15. Et tu Capernaum, quæ uſque ad cœlum exaltata (*es,*) uſque ad infernum dejicieris.

f) *Matt. 10, 40.*

16. [f] Qui audit vos, Me audit: ſed qui repudiat vos, Me repudiat: qui verò Me repudiat, repudiat Eum, qui miſit Me.

Joh. 13, 20.

17. Reverſi verò ſunt ſeptuaginta (*illi*) cum gaudio dicentes; Domine, etiam

dæmonia obediunt nobis in Nomine Tuo.

18. Dixit ergò illis; Vidi (*quidem*) Satanam ſicut fulmen è cœlo cadentem.

19. Ecce, do etiam vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpios, & ſuper omnem poteſtatem inimici; ut nihil tamen vobis quicquam noceat.

20. Verumenimverò in hoc ne gaudete, quod ſpiritus vobis obediunt: ſed gaudere potiùs, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo.

g) *Mat. 21,25.* 21. In eadem hora, [g] exultavit Spiritu Jesus, dixitque; Confiteor Tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quod occultaſti talia à ſapientibus & intelligentibus; revelaſti autem ea infantibus. Næ, Pater: quia ita fuit beneplacitum coram Te.

(*Mox converſus ad diſcipulos, dixit;*)

h) *Pſal. 8,7. Matth. 28,18 Ioh. 3,18.* 22. [h] Omnia tradita ſunt Mihi à Patre Meo. Unde nemo cognoſcit, quis ſit Filius, niſi Pater: aut quis ſit Pater, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.

i) *Matt. 13,16.* 23. Rurſum converſus ad diſcipulos ſeorſim, dixit; Beati oculi, qui vident, quæ videtis.

24. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Reges voluerint videre, quæ vos videtis, ſed non viderunt: & audire quæ auditis, ſed non audiverunt.

25. Ecce verò, Legiſpericus quidam ſurrexit, tentans Ipſum, & dicens; Magiſter, quidnam faciens vitam æternam in hereditatem accepturus ſum.

26. Ipſe autem dixit ad illum; In Lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?

k) *Deut. 6,5.* 27. Tum ille reſpondens dixit; [k] Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex toto robore tuo, & ex tota mente tuâ; & proximum tuum ſicut teipſum.

28. Ipſe verò dixit; Rectè reſpondiſti: hoc fac, & vives, (*nam hactenus non feciſti.*)

29. Hic tamen volens ſeipſum juſtificare, dixit ad Jesum, Quis ergò eſt meus proximus?

30. Sed excipiens Jesus dixit; Homo quis deſcendit ab Hieroſolyma in Jerichuntem, ſed latronibus circumdatus eſt, qui etiam exuentes ipſum, & plagas infligentes abiverunt, relinquentes eum, cum ſemimortuus eſſet.

31. Per caſum fortuitum autem Sacerdos quis deſcendit in eadem via; ſed videns cum præteriit.

32. Similiter verò etiam Levita cùm eſſet apud locum, veniens & videns præteriit.

33. Samarita autem quidam iter faciens venit ad eum, & videns eum viſceribus commotus eſt.

34. Quare accedens obligavit vulnera ejus, infudit oleum & vinum; deindè tollens eum ſuper proprium (*ſuper quo equitaverat*) jumentum, duxit in diverſorium, & curam ejus habuit.

35. Inſuper in craſtina (*die*) exiens, extraxit duos denarios, deditque hoſpiti, ac dixit illi; Curam ejus habe; nam quodcunque interim inſumſeris, ego, quando reverſus fuero, reſtituam tibi.

36. Quis ergò horum trium videtur tibi proximus fuiſſe ejus, qui inciderat in latrones?

37. Hic verò dixit; Qui fecit miſericordiam cum illo. Dixit ergò illi Jesus; Abi, tu quoque fac ſimiliter.

38. Factum porrò eſt: quum progrederentur illi, Ipſe etiam ingreſſus eſt in pagum quendam. Ubi mulier quædam, nomine Martha, ſuſcepit Ipſum in domum ſuam.

39. Cui etiam erat ſoror, quæ vocabatur Maria; quæ etiam aſſidens ad pedes Jesu, audivit verbum Ipſius.

40. Martha ergò diſtracta circum multum miniſterium, adſiſtens dixit; Domine, an non curæ Tibi eſt, quod ſoror mea ſolam me reliquit miniſtrare? dic ergò ei, ut me adjuvet.

41. Sed reſpondens dixit illi Jesus; Martha, Martha, curas & perturbas te multum.

42. Unum verò neceſſarium eſt. Maria bonam partem elegit, quæ non auferetur ab illa.

CAP.

CAP. XI.

Pater habet quinq. In I. Chriſtus orat, & diſcipulos docet orare: à v. 1. In II. dæmonem ejiciens à Phariſæis blaſphematur: à v. 14. III. Signum petentes redarguit, cum blaſphemantibus. à v. 17. In IV. à tenebris ſpiritualibus dehortatur. à v. 33 In V. a Phariſæo ad convivium invitatus, tàm Phariſæorum, quam Scribarum hypocriſin accuſat, & Vatibi dicit. à v. 37.

CÆterum factùm eſt: cum ipſe eſſet in loco aliquo orans, ubi deſiit, dixit aliquis diſcipulorum Ipſius ad Ipſum, Domine, doce nos orare, quemadmodum etiam Joannes docuit diſcipulos ſuos.

a) *Matth. 6,9.* 2. Dixit ergo illis, quum oraveritis, [a] dicite; Paternoſter, qui (*es*) in cœlis, ſanctificetur Nomen Tuum, veniat regnum Tuum, fiat voluntas Tua, ſicut in cœlo, etiam in terra.

3. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis quotidie.

4. Et remitte nobis peccata noſtra; nam etiam nos remittimus omni debenti nobis; & ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos a malo.

5. Præterea dixit ad illos; Quis ex vobis habebit amicum, & abibit ad ipſum mediâ nocte, dicetque ipſi; amice, mutuo mini da tres panes,

6. Quoniam amicus meus advenit ex itinere, nec habeo, quod apponam illi.

7. Ille verò intus reſpondens dicat; ne mihi moleſtiam præbe; quoniam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum in cubiculo ſunt; non poſſum ſurgere ad dandum tibi.

8. Dico vobis, ſi utique non dederit illi ſurgens (*ultrò;*) propterea quod amicus ejus ſit, propter tamen impudentiam ejus (*inſtantem tandem*) excitatus dabit ei, quanti indiget.

b) *Mat. 7,7. Marc. 11,24. Ioh. 16, 23,24.* 9. Ideò Ego etiam dico; Petite, & dabitur vobis; [b] quærite, & invenietis; pulſate, & aperietur vobis.

10. Nam omnis petens accipit; & omnis quærens invenit, & pulſanti aperietur.

11. Quem autem veſtrûm patrem petet filius panem, num lapidem præbebit illi? ſi etiam piſcem, num pro piſce ſerpentem præbebit illi?

12. Aut etiam ſi pericris ovum, num præbebit illi ſcorpionem?

13. Si ergò vos pravi exiſtentes ſcitis bona dona dare liberis veſtris: quanto magis Pater, qui ex cœlo, dabit Spiritum Sanctum petentibus Ipſum.

14. Poſteà erat ejiciens dæmonium, quod erat mutum; factum verò eſt; dæmonio egreſſo, locutus eſt mutus: quare miratæ ſunt turbæ.

c) *Matt. 9,34. 12,22,24 Marc.3, 22.* 15. Quidam verò ex illis dixerunt; [c] per Beelzebulem principem dæmoniorum ejicit dæmonia.

16. Alii autem tentantes, ſignum ab Ipſo quæſiverunt è cœlo.

17. Ipſe verò videns illorum cogitationes, dixit illis; Omne regnum contra ſeipſum diviſum vaſtatur, & domus ſuper domum cadit, quoniam dicitis, per Beelzebulem ejicere Me dæmonia.

18. Si verò etiam Satanas contra ſeipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus?

19. Quod ſi Ego per Beelzebulem ejicio dæmonia: filii veſtri per quem ejiciunt? propterea judices veſtri illi erunt.

20. Si verò per digitum Dei ejicio dæmonia; utique pervenit ad vos regnum Dei.

21. Quando fortis armatus cuſtodit aulam ſuam, in pace manent facultates ejus.

22. Quando autem fortior illo ſuperveniens viceric illum, armaturam illius aufert, ſuper qua confiſus erat, & ſpolia illius diſtribuit.

23. Qui non eſt Mecum, contra Me eſt: & qui non (*eſt*) congregans Mecum, diſpergit.

24. Quando immundus ſpiritus exiverit ex homine, peragrat per ſicca loca, quærens requiem: quam ſi non invenit, dicit, revertar in domum meam, unde egreſſus ſum.

25. Quam ſi veniens invenit ſcopis purgatam & ornatam:

26. Tunc abit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſeipſo pejores & ingreſſi habitant ibi:

ibi : fiuntque extrema hominis istius pejora primis.

27. Factum verò est : cum diceret Ipse hæc, tollens quædam mulier vocem ex populo, dixit Ipsi ; Beatus venter, qui gestavit Te, & ubera, quæ suxisti.

28. At Ipse dixit ; Veruntamen beati, qui audiunt Verbum DEI, & custodiunt illud.

29. Quum autem turbæ condensarentur, cepit dicere, [d] Generatio hæc prava est, (*ideò*) signum quærit : sed signum non dabitur illi, nisi [e] signum Jonæ Prophetæ.

30. Quemadmodum enim fuit Jonas signum Ninevitis : sic erit etiam Filius hominis generationi huic.

31. [f] Regina Meridiei surget in die judicii cum viris generationis hujus, & condemnabit eos : quia venit à finibus terræ ad audiendum sapientiam Salomonis. At, ecce plus Salomone hic (*est.*)

32. Viri Nineve surgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam : quia [g] pœnitentiam egerunt ad concionem Jonæ. At, ecce, plus Jona hic est.

33. Nemo verò [h] candelam accendens, in occultum ponit, aut sub modium ; sed supra candelabrum, ut ingredientes splendorem videant.

34. Candela corporis est oculus : quando ergò oculus tuus simplex erit, etiam totum corpus tuum lucidum erit : quando verò malus erit, etiam corpus tuum tenebricosum (*erit.*)

35. Dispice ergò, ne lux, quæ in te, tenebræ sit.

36. Si ergò corpus tuum totum lucidum, non habens partem tenebrosam, erit lucidum totum, ficut quando candela splendore illuminat te.

37. Dum autem loqueretur, rogavit Ipsum Pharisæus quidam, ut pranderet apud se ; ingressus itaque accubuit (*stratim.*)

38. Pharisæus autem videns, miratus est, quod non prius lavisset se ante prandium.

39. Sed dixit Dominus ad Ipsum ; Utique [i] vos Pharisæi externum poculi & paropsidis purgatis, internum verò vestrum plenum est rapinæ & malitiæ.

40. Insipientes ! nonne qui fecit externum, etiam internum fecit ?

41. Imò verò, quæ insunt, date eleemosynam ; tum ecce, omnia munda vobis erunt.

42. Verùm væ vobis Pharisæis ? quia [k] decimatis (*quidem*) mentham & rutam, & omne olus : sed præteritis judicium, & amorem DEI : hæc oportebat facere, & illa non omittere.

43. Væ vobis Pharisæis ! quia [l] amatis primas sedes in Synagogis, & salutationes in foris.

44. Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ ! quia estis sicut [m] monumenta non apparentia, ut homines, qui ambulant supernè, non sciant.

45. Tum respondens aliquis legisperitorum dicit : Magister, hæc dicens etiam nos opprobrio notas.

46. At ipse dixit ; Etiam vobis legisperitis Væ ! [n] quia oneratis homines oneribus importabilibus ; at ipsi uno digitorum vestrorum, non attingitis onera (*simul.*)

47. Væ vobis ! quia [o] ædificatis monumenta prophetarum : patres autem vestri occiderunt eos.

48. Quare testamini, & comprobatis opera patrum vestrorum ; quia illi quidem occiderunt eos, vos verò ædificatis illorum monumenta.

49. Propterea etiam Sapientia DEI dixit ; Mittam ad illos Prophetas & Apostolos ; sed ex iis occident & persequentur.

50 Ut requiratur sanguis omnium prophetarum, effusus à fundatione mundi à generatione hâc ;

51. [p] A sanguine Abelis usque ad sanguinem [q] Zachariæ interfecti inter altare & domum. Næ ! dico vobis ; requiretur à generatione hac.

52. Væ vobis Legisperitis ! quia portatis claves cœli : Ipsi non ingredimini, & ingredientes prohibuistis.

53. Quum autem Ipse diceret hæc ad illos, inceperunt Scribæ & Pharisæi vehementer instare, & os obstruere Ipsi circa multa ; (*ipsissent. Vel : obruere quæstionibus circa multa.*)

54. Insidiantes Ipsi, & quærentes venari aliquid ex ore Ipsius, ut accusarent Ipsum.

d) Mat. 12,39.
e) Jon. 2, 1,2.
f) 3 Reg. 10, 1. 2. Par. 9, 1.
g) Jon. 3, 5.
h) Mat. 5, 15. Marc. 4, 21. Luc. 8, 16
i) Matt. 23, 25.
k) Mat. 23, 23.
l) Matt. 23, 6. 7.
m) Mat. 23, 27.
n) Mat. 23, 4.
o) Mat 23, 29
p) Gen. 4, 8.
q) 2. Par. 24 21

CAP. XII.

Partes habet quatuor. In I. Christus dehortatur à fermento Pharisæorum, hypocrisi, sine timore ; & cum constantia in confessione veritatis. à v. 1. In II. detrectat dividere hereditatem, & dehortatur ab avaritia parabola rustici divitis. à v. 13. Quia in III. dehortatur ab omni nimia cura terrenorum : & hortatur ad quærendos thesauros cœlestes. à v. 22. In IV. hortatur ad vigilantiam, & expectationem adventus domini. à v. 35.

IN quibus (*temporibus*) congregatis myriadibus populi, ita ut conculcarent se invicem, incepit dicere discipulis Suis ; Primò (*præcipuè*) [a] cavete vobis ipsis à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.

2. Nihil verò [b] occultatum est, quod non revelabitur : aut absconditum, quod non cognoscetur.

3. Ideò quæcunque in tenebris dixeritis, in luce audientur : & quod in aurem locuti fueritis in cubiculis, prædicabitur super tectis.

4. Dico autem vobis amicis Meis, [c] ne timete vobis ab iis, qui occidunt corpus, postea autem non habent amplius quid facere.

5. Monstrabo autem vobis, quem timere debeatis : timete eum, qui postquam occidit (*corpus,*) potestatem habet injiciendi in gehennam. Næ ! dico vobis, hunc timete.

6. Nonne quinque passeres venduntur assariis duobus ; unus tamen ex illis non est oblivioni datus coram DEO ?

7. Jam verò etiam pili capitis vestri omnes numerati sunt : ideò ne timete, multis passeribus præstatis.

8. Dico porrò vobis ; [d] quisquis confessus fuerit Me, coram hominibus, etiam Filius Hominis confitebitur illum coram Angelis DEI.

9. Qui verò abnegaverit Me coram hominibus, abnegabitur coram Angelis DEI.

10. Omnis etiam, [e] qui dixerit verbum contra Filium Hominis, remittetur illi : ei verò, qui Spiritum Sanctum blasphemaverit, non remittetur.

11. Quando verò [f] tradiderint vos Synagogis, & principatibus, & potestatibus, ne soliciti estote, quomodo aut quo defensuri vos sitis, aut quid dicturi :

12. Sanctus namque Spiritus docebit vos in eadem hora, quæ oporteat dicere.

13. Dixit autem aliquis Ipsi è turba ; Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum hereditatem.

14. At Ipse dixit illi ; Homo, quis Me constituit Judicem aut divisorem super vos ?

15. Dixit prætereà ad illos ; videte, & servate vos ab avaritia : non enim in eo, quod abundat alicui, vita illius est ex facultatibus illius.

16. Dixit insuper parabolam ad illos, dicens ; Hominis alicujus divitis multum tulit prædium.

17. Unde cogitavit apud seipsum, dicens ; Quid faciam ? quia non habeo, ubi congregem fructus meos.

18. Dixit itaque ; Hoc faciam : destruam horrea, & majora extruam, ac colligam ibi omnia, quæ nata mihi (*sunt,*) & bona mea.

19. Deinde dicam animæ meæ ; Anima, habes multa bona reposita in annos multos ; feriare, æde, bibe, bono esto animo.

20. Sed dixit illi DEUS ; Insipiens, hac nocte animam tuam requirent à te : quæ ergò præparasti, cui erunt ?

21. Sic se habet, qui thesauros reponit sibi ipsi, & in DEO non sit dives.

22. Dixit porrò ad discipulos Suos ; Propterea vobis dico ; [g] Ne soliciti estote pro anima vestra, quid comesturi sitis ; neque pro corpore, quid induturi sitis ?

23. Anima plus est cibo, & corpus indumento.

24. Attendite ad corvos : quia non serunt, neque metunt ; quibus (*etiam*) non est

a) Matt. 16, 6. Marc. 8, 15.
b) Mat. 10, 26. Marc. 4, 22. Luc. 8, 17.
c) Matt. 10, 28.
d) Mat. XII. 32.
e) Matt. 12, 31. Marc 3, 28. 1. Joh. 5, 16.
f) Marc 10, 19 Matt. 24, 11.
g) Matt. 6, 25, 31. 1. Pet. 5, 7.

est cella & horreum: DEUS tamen nutrit eos. Quanto verò magis vos præstatis volatilibus?

25. Quis præterea ex vobis solicitus, potest apponere ad staturam suam cubitum?

26. Si ergò ne minimum quidem potestis, cur de reliquis soliciti estis?

27. Attendite (*etiam*) ad lilia, quomodo crescant: non laborant, neque nent. Dico autem vobis; neque Salomo in omni gloria sua indutus fuit, sicut unum horum.

28. Quod si gramen in agro, quod hodiè est, cras autem in clibanum injicitur, DEUS ita vestit, quanto magis vos, ô parvæ fider homines!

29. Vos itaque ne quærite, quid comesturi, aut quid bibituri sitis, neque animo suspendimini.

30. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt: vester verò Pater scit, quod indigeatis hisce.

31. Potiùs quærite regnum DEI: tum hæc omnia addentur vobis.

32. Ne time tibi, ô parve grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.

33. Vendite facultates vestras, & date eleemosynam: facite vobis ipsis crumenas non veterascentes, [h] thesaurum non
h) *Mat.* 6 19. deficientem in cœlis, quo fur non pervenit, neque tinea corrumpit.

34. Ubi enim est thesaurus vester, ibi etiam cor vestrum erit.

35. Sunto lumbi vestri cincti, & candelæ lucentes.

36. Vosque similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reversurus sit à nuptiis, ut, quum venerit & pulsaverit, statim aperiant illi.

37. Beati servi hi, quos veniens Dominus invenerit vigilantes. Amen, dico vobis, quod cincturus sit se & accumbere facturus eos, ipseque accedens ministraturus illis.

38. Sive venerit in secunda vigilia, aut in tertia vigilia venerit, inveneritque sic, beati servi hi.

i) *Matt* 24,45. 39. Hoc autem scitote, [i] quod si nosset Paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaturus utique esset, & non permissurus perfodi domum suam.

40. Vos itaque etiam estote parati, quia (*aliàs*) qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

41. Tum verò dixit Ipsi Petrus; Domine, ad nos ne parabolam hanc dicis, an etiam ad omnes?

k) *Mat.* 24,45. 42. Dixit autem Dominus; [k] Quis igitur est fidelis Oeconomus & prudens, quem constituerit Dominus super familia sua, ut det in tempore cibum demensum?

43. Beatus servus hic, quem veniens Dominus illius invenerit facientem ita.

44. Verè dico vobis, quod super omnes facultates suas constituturus sit illum.

45. Quod si dixerit servus hic in corde suo; moratur Dominus meus venire, ceperitque verberare servos & servas, edere etiam & bibere, & inebriari.

46. Veniet Dominus servi hujus in die quo non expectat, & in hora, quam non novit, & dissecabit illum, partemque illius cum infidelibus ponet.

47. Cæterum ille servus, qui scit voluntatem Domini, sed neque parat se, neque facit voluntatem ejus, percutietur multis:

48. Qui verò non novit, licet faciat digna plagis, percutietur paucis (*verberibus.*) Ab omni nimirum, cui multum datum est, multum requiretur ab illo; & cui depositum est multum, amplius repetetur ab illo.

49. Ignem veni emittere in terram: & quid velim, si jam accensus esset?

50. Baptismate verò (*quidem*) habeo baptizari: at quàm coarctor, donec perficiatur.

51. Putatisne, [l] quòd ad pacem advenerim dandam in terra? Non; dico vobis: sed divisionem.

52. Erunt namque ex nunc quinque in domo una divisi; tres contra duos, & duo contra tres.

53. Dividetur pater contra filium, & filius contra patrem; mater contra filiam, & filia,

l) *Matt.* 10,34. *parv*

& filia contra matrem; socrus contra nurum suam, & nurus contra socrum suam.

m) *Mat.* 16,2. 54. Dixit porrò etiam turbis; quando [m] videritis nubem orientem ab occasibus, statim dicitis, imber venit: & fit ita.

55. Et quando (*videritis*) austrum spirantem, dicitis, quia æstus erit: & fit.

56. Hypocritæ, faciem terræ & cœli scitis probare: tempus ergo hoc quomodo non probatis?

57. Quare verò de vobis ipsis (*etiam*) non judicatis, quod justum (*est?*)

n) *Mat.* 5,25. 58. Quando enim abis [n] cum adversario tuo ad principem, in via da operam, ut reconcilieris illi; ne fortè trahat te ad judicem, & judex te tradat executori, & executor te conjiciat in custodiam.

59. Dico tibi, non exibis inde, donec etiam ultimum minutum reddideris.

CAP. XIII.

Partes habet quinq. I. Galilæi sacrificantes à Pilato occisi; & inde concio Christi contra impœnitentiam cum parabola ficus infrugiferæ. à v. 1. II. Mulier obstipa à Christo in Sabbatho sanata. a v. 10. III. Parabola Christi de grano sinapis & fermento. à v. 18. IV. Qu. An pauci salvi fiant? a v. 22. V. Herodis vulpinum à Christo notatio, a v. 31.

ADerant verò quidam eodem tempore, renunciantes Ipsi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificiis eorum.

2. Verum respondens JESUS dixit illis; putatisne, quod Galilæi hi peccatores præ omnibus Galilæis fuerint, eò quòd talia passi sint?

3. Non: dico vobis; imò verò, nisi pœnitentiam egeritis; omnes similiter peribitis.

4. Aut octodecim illi, super quos cecidit turris in Siloam, & occidit illos, putatisne, quod hi debitores fuerint præ omnibus hominibus habitantibus in Hierosolyma?

5 Non, dico vobis: imò verò, nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

6. Dicebat autem (*etiam*) hanc parabolam; Ficum habebat aliquis in vinea sua plantatam: venit ergò, fructum quærens in eâ; sed non invenit.

7. Dixit itaque ad vinitorem; ecce, tres annos venio (*jam*) quærens fructum in ficu hac, non autem invenio: excinde illam; ut quid etiam terram infrugiferam facit?

8. Hic verò respondens dixit; Domine, relinque illam etiam hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & adjiciam stercus:

9. Si quidem fecerit fructum: Sin minus, in futurum excindes illam.

10. Cæterum erat docens in aliquâ Synogogarum in Sabbatis,

11. Cùm ecce, mulier (*ibi*) esset, spiritum habens infirmitatis annos decem & octo, ita ut esset incurva prorsus.

12. Videns vero illam JESUS, vocavit ad Se, & dixit illi; Mulier, soluta esto ab infirmitate tuâ,

13. Et imposuit illi manus. Unde extemplo erecta facta est & glorificavit DEUM:

14. Respondens autem Archisynagogus, indignatus, quod Sabbatho sanasset JESUS, dicebat populo, sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergò venientes sanamini; non autem die Sabbati.

15. Respondit verò illi Dominus JESUS, dixitque; Hypocrita, quilibet vestrum nonne Sabbato solvit bovem suum aut asinum a præsepi, & abducens potat,

16. Hanc autem filiam Abrahami existentem, quam ligaverat Satanas, ecce, decem & octo annos, non oportebat solvi à vinculo hoc in die Sabbati?

17. Cumque hæc Ipse diceret, pudefacti sunt omnes adversantes Ipsi: omnis autem turba gavisa super omnibus gloriosis, quæ facta sunt ab Ipso.

18. Dixit porrò; Cui simile est regnum DEI? & cui comparaverim illud.

19. [a] Simile est grano sinapis, quod accipiens homo projecit in hortum suum: crevitque, & factum est in arborem magnam, ut volatilia cœli habitaverint in ramis ejus. a) *Matt.* 13,31. *Marc.* 4, 31.

20. Iterumque dixit; Cui comparaverim regnum DEI.

b) *Gen. 18, 6.* 21. [b] Simile eſt fermento, quod accipiens mulier abſcondidit in farinæ ſatis tria, donec fermentata eſt tota.

22. Deinde perttanſiit per urbes & pagos docens, & iter fecit Hieroſolymam.

23. Dixit autem Ipſi aliquis; Domine, num pauci ſunt, qui ſalvantur? Ipſe verò dixit ad illos;

c) *Matt. 7, 13.* 24. [c] Certate intrare per anguſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, ſed non poterunt.

25. Ex quo (*nimirum*) ſurrexerit Paterfamilias, & occluſerit januam; tum incipietis foris ſtare, & pulſare januam, dicentes; Domine, Domine, aperi nobis. Sed reſpondens dicet vobis; non novi vos, unde ſitis.

26. Tunc (*quidem*) incipietis dicere; edimus coram Te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti.

d) *Pſal. 6, 9. Matt. 7, 23.* 27. Sed dicet (*tamen;*) [d] Dico vobis; non novi vos, unde ſitis; diſcedite (*ergò*) à Me omnes, operarii iniquitatis.

28. Ibi erit ploratus & ſtridor dentium, quando videbitis Abrahamum, & Iſaacum, & Jacobum, & omnes Prophetas in regno DEI, vos verò ejectos foràs.

e) *Matt. 8, 11.* 29. Contrà [e] venient ab ortibus & occaſibus, & à ſeptentrione & meridie accumbentes in regno DEI.

f) *Matt. 19, 30. 20, 16. Marc. 10, 31.* 30. Et ecce, ſunt [f] extremi, qui erunt primi: & ſunt primi, qui erunt ultimi

31. In eadem die acceſſerunt quidam Phariſæi, dicentes Ipſi; Exi, & abi hinc, quia Herodes vult Te occidere.

32. Quibus dixit; Euntes dicite vulpi huic, Ecce, ejicio dæmonia, & ſanationes perficio hodie & cras, ſed tertia die conſummor.

33. Veruntamen oportet Me hodiè & cras, & inſequenti ambluare (*liberè hîc*) quia non conveniens eſt, Propheram interire extra Hieroſolymam.

g) *Matt. 23, 37.* 34. Jeruſalem, [g] Jeruſalem, occidens Prophetas, & lapidans miſſos ad eam; quoties volui congregare liberos tuos, quemadmodum gallina ſuum nidum ſub alas; ſed tu noluiſti?

35. Ecce, relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Amen verò dico vobis; quia non Me videbitis, uſque dum veniat, ut dicatis; Benedictus, qui venit in Nomine Domini.

CAP. XIV.

Partes habet quatuor. I. Eſt Hydropicus coram Phariſæo in Sabbatho à Chriſto ſanatus. à v. 1. II. Regula data Chriſti convivales. à v. 7. III. Parabola de magna cœna, & ad eam invitatis. à v. 16. IV. Concio de Chriſto rectè & conſtanter ſequendo, parabolâ duorum Regum concertantium illuſtrata. à v. 25.

PRæterea factum eſt: quum veniret Ipſe in domum cujuſdam Principum Phariſæorum Sabbato, ad comedendum panem, illi verò eſſent obſervantes Ipſum (*per inſidias*)

2. Ecce, tum homo aliquis erat hydropicus coram Ipſo.

3. Ideò reſpondens JESUS dixit ad Legiſperitos & Phariſæos, dicens; num licet Sabbato ſanare?

4. Illi verò quieverunt: unde accipiens ſanavit eum & dimiſit.

5. Reſpondens autem ad eos dixit; Cujus veſtrûm aſinus aut bos in puteum incidet, quem non ſtatim extrahatis in die Sabbati?

6. Tum non valuerunt reſpondere Ipſi ad hæc.

7. Dixit verò ad invitatos parabolam, attendens, quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos;

8. Quando invitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo accubitu; ne fortè honoratior te ſit invitatus ab eo.

9. Venienſque, qui te & iſtum vocavit, dicat tibi; da huic locum: tuncque incipias cum pudore ultimum locum poſſidere.

10. Sed quando vocatus fueris, abiens accumbe, in ultimo loco, ut, quando venerit, qui vocavit te, dicat tibi; Amice, aſcende ſuperius: tunc erit tibi gloria coram ſimul-accumbentibus tecum.

11. Quia

a) *Matt. 23, 12. Luc. 18, 14.* 11. Quia [a] omnis, qui exaltaverit ſeipſum, humiliabitur: ſed qui humiliaverit ſeipſum, exaltabitur.

12. Dixit verò etiam ei, qui vocaverat Ipſum; quando feceris prandium aut cœnam, ne voca amicos tuos, neque fratres tuos neque cognatos tuos, neque vicinos divites; ne fortè etiam illi te viciſſim vocent, fiatque tibi retributio:

13. Sed quando feceris convivium, voca pauperes, mancos, claudos, cœcos.

14. Tum beatus eris, quia non habent ad retribuendum tibi; retribuetur enim tibi in reſurrectione juſtorum.

15. Audiens autem quidam una-accumbentium hæc, dixit Ipſi; Beatus, qui comedit panem in regno DEI.

16. Ipſe itaque dixit illi; homo aliquis fecit cœnam magnam, & vocavit multos.

17. Emiſitque ſervum ſuum hora cœnæ, ut diceret vocatis; venite, quia jam parata ſunt omnia.

18. Sed inceperunt unanimiter ſe excuſare omnes. Primus dixit illi; Agrum emi; habeo ideò opus, ut exeam, & videam eum: roge te, habe me excuſatum.

19. At alter dixit; Juga boum emi quinque, abeoque ad probandum ea: rogo te, habe me excuſatum.

20. Alius verò dixit; uxorem deſponſavi, ac propterea non poſſum venire.

21. Accedens itaque ſervus ille, renunciavit Domino ſuo hæc. Tum indignatus Paterfamilias dixit ſervo ſuo; Abi ocyùs in plateas & vicos urbis, ac pauperes, & mancos, & claudos, & cœcos introduc huc.

22. Mox dixit ſervus; Domine, factum eſt, ſicut præcepiſti: ſed adhuc locus ſupereſt.

23. Tum dixit Dominus ad ſervum; Exi in vias, & ſepes, & coge intrare, ut impleatur domus mea.

24. Dico enim vobis, quod nemo virorum iſtorum, qui vocati fuerunt, guſtaturus ſit meam cœnam.

25. Ibant autem una-cum Ipſo turbæ multæ. Converſus itaque dixit ad illas;

b) *Mat. 10, 37.* 26. Si quis venit ad Me, neque [b] odit (*præ Me*) patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & liberos, & fratres, & ſorores, imò verò etiam animam ſuam; non poteſt diſcipulus Meus eſſe.

27. Et quicunque non portat crucem ſuam, venitque poſt Me, non poteſt Meus eſſe diſcipulus.

28. Quis namque ex vobis (*eſt,*) cùm vult turrim ædificare, nonne prius ſedens calculatur ſumtum, num habeat, quæ ad perfectionem pertinent?

29. Ut ne fortè, quum poſuerit fundamentum, & non valuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere illi,

30. Dicentes: quia hic homo incepit ædificare, ſed non valuit perficere.

31. Aut quis Rex eſt, pergens ad committendum cum altero Rege bellum? nonne ſedens prius conſultat, num potens ſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit contra illum?

32. Si verò minùs, dum adhuc procul abeſt, legationem mittens petit, quæ pro pace ſunt.

33. Sic ergò omnis ex vobis, qui non abnegat omnes ſuas facultates, non poteſt Meus eſſe diſcipulus.

c) *Matt. 5, 13. Marc. 9, 50.* 34. [c] Bonus eſt ſal (*quidem:*) ſi verò ſal inſatuatus fuerit, per quid (*ille*) condietur?

35. Neque in terram, neque in ſterquilinium commodus eſt: foràs (*ergò*) proji(ciunt eum. Qui habet aures ad audiendum, audito.

CAP. XV.

Partes habet duas. Quarum I. parabola pœnitentiales de amiſſa ove, & drachma, tandem inventis. à v. 1. II. Parabola de filio perdito & patre ejus. à v. 11.

ERant verò Ipſi accedentes omnes publicani, & peccatores, ad audiendum Ipſum.

2. Sed murmurarunt Phariſæi & Scribæ, dicentes; quia hic peccatores ſuſcipit, & comedit cum illis.

3. Dixit itaque ad illos parabolam hanc, dicens;

4. Quis (*eſt*) homo inter vos habens centum oves? [a] qui perdens unam ex illis, non relinquat nonaginta novem in deſerto,

a) *Exo. 34, 11. 16*

deserto, & abeat post perditam, donec invenerit eam.

5. Quam ubi invenit, imponit super humeros suos gaudens.

6. Ac postquam venit in domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis; Congaudete mihi, quia inveni ovem meam perditam.

7. Dico vobis, quod sic gaudium futurum sit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente (*plus,*) quam super nonaginta novem justis, qui non opus habent pœnitentia.

8. Aut quæ mulier (*est*) drachmas habens decem, si perdat drachmam unam: nonne accendit candelam, & verrit domum, quæritque solicitè usque dum inveniat?

9. Invenientsque convocat amicas & vicinas, dicens; Congaudete mihi, quia inveni drachmam, quam perdidi.

10. Sic, dico vobis, gaudium erit coram Angelis DEI super uno peccatore pœnitentiam agente.

11. Dixit præterea; Homo aliquis habebat duos filios.

12. Dixit autem junior illorum patri; Pater, da mihi competentem partem substantiæ. Divisit itaque illis victum.

13. At post non multos dies colligens omnia junior filius peregrè abiit in regionem longinquam, ibique dissipavit substantiam suam, vivens prodigaliter.

14. Quum autem omnia prodegisset, facta est fames valida in regione ista; ille verò incipiebat carere.

15. Unde abiens adhæsit uni civium regionis illius, qui misit eum in agrum suum ad pascendum sues.

16. Ubi desiderabat implere ventrem suum siliquis, quas edebant porci: sed neme dabat ei.

17. Quare in se rediens dixit; Quot mercenarii patris mei abundant pane: ego verò fame pereo.

18. Surgens (*itaq;*) abibo ad patrem meum, dicamque illi; Pater peccavi in cœlum, & coram te.

19. Et non amplius sum dignus, ut vocer filius tuus: fac me, sicut unum mercenariorum tuorum.

20. Surgens ergò venit ad patrem suum. Cùm verò adhuc is procul abesset, vidit eum pater ejus, & visceribus motus est. Unde cucurrit, & cecidit super collum ejus, & osculatus est eum.

21. Dixit verò ad ipsum filius; Pater, peccavi in cœlum & coram te: & non amplius sum dignus, ut vocer filius tuus.

22. Sed dixit Pater ad servos suos; Efferte stolam primariam, & induite eum, & date annulum in manum ejus, & calceos in pedes.

23. Insuper adducite vitulum saginatum, & mactate, ut comedentes lætemur.

24. Quia hic filius meus mortuus erat, sed revixit: & perditus erat, sed inventus est. Sic incipiebant lætari.

25. Erat verò filius illius senior in agro. Quum ergò veniens prope fuit domui, audivit concentus & choros.

26. Vocans ergò ad se unum puerorum illius, expiscatus est, quidnam essent hæc?

27. Qui dixit ei; quia frater tuus venit: ideò Pater tuus mactavit vitulum saginatum, quod sanum eum recepit.

28. Unde indignatus etiam noluit intrare. Pater ergò illius egrediens adhortatus est illum.

29. Ille verò respondens dixit Patri; Ecce, tot annos servio tibi, & nunquam præceptum tuum transgressus sum: atqui mihi nunquam dedisti hircum, ut cum amicis meis hilaris essem.

30. Quando autem filius tuus hic, qui deglutivit victum tuum cum scortis, venit, mactasti ei vitulum saginatum.

31. At hic dixit ei; Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.

32. Hilarem verò esse & lætari oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, sed revixit; & perditus erat, sed inventus est.

CAP. XVI.

Partes habet tres. I. De Oeconomo injustitiæ pro Eleemosyni ex Mammona. à v. 1. II. Redarguitio avaritiæ & aliorum vitiorum Pharisæorum. à v. 14. III. Divites Epulo, & mendicus Lazarus. à v. 19.

Dixit

DIxit verò etiam ad discipulos Suos; Homo quidam erat dives, qui habebat Oeconomum: hic verò delatus est illi, quod dissiparet facultates illius.

2. Quare vocans eum, dixit ei; Qui hoc audio de te? redde rationem Oeconomiæ tuæ: non enim poteris amplius Oeconomus esse.

3. Dixit verò intra seipsum Oeconomus; Quid faciam? quia Dominus meus aufert Oeconomiam à me; fodere non valeo, mendicare pudet me.

4. Scio, quid facturus sim, ut, quando depositus fuero ab Oeconomia, suscipiant me in domos suas.

5. Advocans itaque ad se unumquemque debitorum Domini sui, dixit primo, quantum debes Domino meo?

6. Hic verò dixit; centum batos olei. Tum dixit ei; Sume Syngraphum tuam, & sedens ocyus scribe quinquaginta.

7. Postea alteri dixit; Tu verò quantum debes? qui dixit; Centum Coros tritici. Dixit ergò ei; Sume Syngraphum tuam, & scribe octoginta.

8. Laudavit verò Dominus Oeconomum injustitiæ, quod prudenter egisset. Nam (*inquiebat*) filii hujus seculi prudentiores sunt supra filios lucis in generatione suâ.

9. Sic Ego vobis dico; Facite vobis ipsis amicos ex Mammona (*etiam*) injustitiæ, ut, quando defeceritis, suscipiant vos in æterna tabernacula.

10. Qui fidus (*est*) in minimo, etiam in multo fidelis est: qui verò in minimo infidelis est etiam in multo infidelis est.

11. Si igitur in injusto Mammona fideles non existitis, quis verum vobis concrederet?

12. Et si in alio fideles non fuistis, quis vestra vobis dabit?

a) *Matt. 6,24* 13. [a] Nullus servus potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit, & alterum amabit: aut unum præferet, & alterum contemnet. (*Sic*) non potestis DEO servire, & Mammonæ.

14. Audiebant verò hæc omnia etiam Pharisæi, qui avari erant: ideò irridebant Ipsum;

15. Qui dixit illis; Vos estis justificantes vos ipsos coram hominibus: DEUS autem cognoscit corda vestra. Nam quod inter homines altum (*est,*) abominatio coram DEO est.

b) *Matt. 11,13.* 16. [b] Lex & Propheræ usque ad Joannem (*fuerunt:*) abhinc regnum DEI Evangelizatur, & quivis in illud vim infert.

c) *Matt. 5,18.* 17. [c] Facilius tamen est, cœlum & terram transire, quàm legis unum apicem cadere.

d) *Mat. 5,32. 19,9. Marc. 10,11.* 18. [d] Omnis qui repudiat uxorem suam, & ducens aliam, mœchatur: & omnis qui repudiatam à viro ducit, mœchatur.

19. Homo autem quidam erat dives, qui induebatur purpura & byssо, & hilaris erat quotidiè splendide.

20. Pauper verò quis erat nomine Lazarus, qui projectus ad vestibulum ejus ulcerosus.

21. Et desiderans saturari micis cadentibus de mensâ divitis. Sed & canes venientes lingebant ulcera ejus.

22. Deinde factum est, ut moreretur pauper, & auferretur is ab Angelis in sinum Abrahami. Mortuus autem etiam est dives, & sepultus.

23. Cumque in inferno tollens oculos suos, existens in tormentis, videret Abrahamum è longinquo, & Lazarum in sinubus ejus,

24. Ipse etiam exclamans dixit; Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam: quia crucior in flamma hac.

25. Sed dixit Abraham; Fili, memento, quod acceperis tu bona tua in vita tua; Lazarus verò similiter mala: Jam verò ille consolationem habet, tu verò cruciaris.

26. Et præter omnia hæc, inter nos & & vos hiatus ingens firmatus est, ut qui volunt transcendere hinc ad vos, non possint; neque quiibi, ad nos transire.

27. Tum dixit; Rogo ergò te, Pater, ut mittas eum in domum patris mei.

28. Habeo enim quinque fratres, ut

contestetur illis, ut ne etiam illi veniant in locum hunc cruciatus.

29. Dicit illi Abraam; Habent Mosen & Prophetas; audiunto illos.

30. Is verò dixit; Non, Pater Abraam: sed si quis a mortuis abeat ad eos pœnitentiam ageret.

31. At dixit illi; Si Mosen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, (*ad fidem*) persuadebuntur.

CAP. XVII.

Partes habet quatuor. I. Admonitio Christi ad cavendum scandalum, & remittendum fratri. à v. 1. II. Incrementum fidei; sine tamen merito, juxta parabolam. servi arantis vel pascentis. à v. 5. III. Decem leprosi à Christo sanati. à v. 13. IV. Adventus regni DEI sine observatione, tum spiritualis, tum extremus Christi, à v. 20.

a) *Matt. 18, 7.* DIxit verò (*etiam*) ad discipulos; Impossibile est, ut non veniant scandala: væ autem ei, per quem veniunt.

b) *Mar. 9, 42.* 2. [b] Tolerabilius illi esset, si molaris asinarius (*maximus*) circumdaret collum ejus, & projiceretur in mare, quàm ut scandalizaret unum ex parvis his.

3. Attendite vobis ipsis. Quod si peccaverit in te [c] frater tuus, redargue eum: c) *Matt. 18, 15-22.* & si pœnitentiam egerit, remitte illi.

4. Et si septies in die peccaverit in te, ac septies in die conversus ad te fuerit, dicens; pœnitet me, remittes illi.

5. Cæterum dixerunt Apostoli Domino; Adde nobis fidem.

d) *Mat. 17, 20.* 6. Sed dixit Dominus; [d] Si habeatis fidem sicut granum sinapis, & dixeritis Sycomoro huic; eradicare & plantare in mari, utique obediet vobis.

7. Quis verò ex vobis servum habens arantem, aut pascentem, qui ingredienti huic ex agro dicat statim; Accedens accumbe?

8. Verùm nonne dicet illi; præpara, quod cœnem, & circumcinctus ministra mihi, donec comedero & bibero: posteaque comede & bibe tu.

9. Num gratiam habet servo isti, quòd fecit, quæ mandata sunt illi? Non puto.

10. Sic etiam vos: quum feceritis omnia, quæ mandata sunt vobis, dicite; utique servi (*& quidem*) inutiles sumus; quia quod debebamus facere, fecimus.

11. Factum præterea est: cum pergeret Ipse in Hierosolymam, Ipse, etiam transivit per medium Samariæ & Galilææ.

12. Et quum ingrederetur Ipse in aliquem pagum, occurrerunt Ipsi decem leprosi viri, qui stetetunt procul:

13. Iidemque sustulerunt vocem, dicentes; JESU Magister, miserere nostrûm.

14. Quos videns, dixit illis, [e] euntes ostendite vos Sacerdotibus. Factum itaque est: quum abirent illi, mundati sunt. e) *Lev. 14, 2.*

15. Unus autem ex illis, videns, quod sanatus esset, reversus est cum voce magna, glorificans DEUM.

16. Cecidit etiam super faciem ad pedes Ipsius, gratias agens Ipsi. Et hic erat Samarita.

17. Respondens autem JESUS dixit; Nonne decem mundati sunt? Novem ergò ubi?

18. Num non inventi sunt revertentes ad dandum gloriam DEO, nisi altenigena hic?

19. Tum dixit illi; Surge, abi, fides tua te sanum fecit.

20. Interrogatus porrò à Pharisæis; quando venit regnum DEI? respondit illis, & dixit; Non venit regnum DEI cum observatione (*externa mundi & splendida.*)

21. Neque dicent; Ecce hic, aut ecce illic: Ecce, enim regnum DEI intra vos est.

22. Dixit præterea ad discipulos; Venient dies, cùm desiderabitis unam dierum filii hominis videre, sed non videbitis.

23. Tunc [f] dicent vobis; Ecce hic (*est,*) aut ecce illic: ne abite, nec investigate. f) *Matt. 24, 23. Marc. 13, 21.*

24. Quemadmodum enim fulgur fulgurans ex (*unâ parte*) sub cœlo ad alteram sub cœlo lucet: sic etiam erit Filius Hominis in die Suo.

25. Prius autem oportet Ipsum multa pati, & reprobari à generatione hàc.

26. Et

g) *Mat. 24, 37.* 26. Et [g] quemadmodum factum est in diebus Noe: sic etiam erit in diebus (*ante adventum*) Filii Hominis.

27. Ederunt, biberunt, nuptias faciebant, & nuptui dabantur, usque qua die h) *Gen. 7, 7.* ingressus est [h] Noe in arcam, venitque diluvium, & perdidit omnes.

28. Similiter etiam, quemadmodum factum est in diebus Loti: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant.

i) *Gen. 19, 15, 16.* 29. Quâ autem die egressus est [i] Lotus à Sodomâ, pluit igne & sulphure de cœlo, perdiditque omnes.

30. Juxta hæc fiet, qua die Filius Hominis revelabitur.

k) *Mat. 24, 17.* 31. In ista die, [k] quicunque erit super domo, & vasa illius in domo, ne descendito, ad tollendum ea: & quicunque in agro, similiter ne revertatur in, quæ post illum.

l) *Gen. 19, 26.* 32. [l] Mementote uxoris Loti.

m) *Mat. 10, 39. Marc 8, 35.* 33. Quicunque quæsiverit animam suam servare, perdet eam: quicunque vero perdiderit eam, conservabit eam.

34. Dico vobis; [n] Hac nocte erunt n) *Mat. 24, 40.* duo super lecto uno: unus acceptabitur, alter vero deseretur.

35. Duæ erunt molentes una: una acceptabitur, altera verò deseretur.

36. Duo erunt in agro: unus acceptabitur, alter verò deseretur.

o) *Mat. 24, 28.* 37. Tunc respondentes dicunt Ipsi; Ubi Domine? Ipse verò dixit illis; [o] Ubi corpus, ibi congregabuntur aquilæ.

CAP. XIIX.

Partes habet sex. I. Semper etandum esse, juxta parabolam iniqui judicis & viduæ. à v. 1. II. Pharisæus & publicanus in templo orantes. à v. 9. III. Infantes ad Christum allati. à v. 15. IV. Juvenis Pharisæus dives; & concio inde Christi de divitum in regnum DEI ingressu. à v. 18. V. Ascensus Christi Hierosolymam ad patiendum. à v. 31. VI. Bartimæus cæcus sanatus. à v. 35.

(2) 1. *Thess. 5, 17.* CÆterum dicebat etiam (*JESUS*) parabolam illis de eo, quod [a] oporteat semper orare, & non segnem fieri,

2. Dicens; Judex quidam erat in urbe aliqua, DEUM non timens, & hominem (*ullum*) non reverenter habens.

3. Vidua verò erat in urbe ista, quæ venit ad illum, dicens; Vindica me ab adversario meo.

4. Sed non voluit ad tempus. Post tamen hæc dixit apud seipsum; quamvis nec DEUM timeo, neque hominem (*ullum*) revereor:

5. Propterea tamen, quod facit mihi molestiam vidua hæc, vindicabo eam, ut non tandem veniens obtundat me.

6. Dixit itaque Dominus; Audite, quid Judex injustitiæ dicat.

7. DEUS verò nonne faciet vindictam electorum Suorum, clamantium ad Ipsum die & nocte, & longanimis erga eos erit?

8. Dico vobis, quod facturus sit vindictam illorum citò. Verumenimvero Filius Hominis veniens num inveniet fidem super terrâ?

9. Præterea dixit etiam ad aliquos, qui super seipsis confidebant, quod essent justi, & contemnebant reliquos, parabolam hanc.

10. Homines duo ascenderunt in templum ad orandum; unus Pharisæus, & alter publicanus.

11. Pharisæus stans apud seipsum hæc orabat; DEUS, gratias ago Tibi, quod non sum, sicut reliqui homines, rapaces, injusti, mœchi; aut etiam, sicut hic publicanus.

12. Jejuno bis in septimanâ, decimas do omnium, quæ possideo.

13. At publicanus procul stans, non voluit, ne quidem oculos in cœlum attollere; sed pulsavit pectus suum, dicens; DEUS, propitius esto mihi peccatori.

14. Dico vobis: descendit hic justificatus in domum suam (*magis,*) quàm iste: quia [b] omnis seipsum exaltans humiliabitur; omnis vero humilians se exaltabitur. b) *Mat. 23, 12. Luc. 14, 11.*

15 [c] Attulerunt vero Ipsi etiam infantes, ut eos tangeret. Quod vero videntes discipuli, increparunt eos c) *Matt. 19, 13. Marc. 10, 13.*

16. JESUS vero vocans eos ad Se, dixit; Sinite parvulos venire ad Me, & ne pro-

prohibete eos: talium enim est regnum Dei.

17. Amen dico vobis; Quicunque non recipit regnum Dei, ut puer, non ingredietur in illud.

d) *Mat. 19,16. Marc. 10,17.* 18. Cæterum interrogavit [d] aliquis Eum princeps, dicens; Magister bone, quid faciens vitam æternam hereditario accipiam.

19. Dixit vero illi Jesus; Quid Me dicis bonum? Nemo bonus (*est,*) nisi unus Deus.

c) *Exod. 20,12.s.* 20. [e] Præcepta nosti, Non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dabis, honora patrem tuum & matrem tuam.

21. Ille vero dixit; hæc omnia custodivi à juventute meâ.

22. Audiens ergo hæc Jesus dixit illi; Adhuc unum tibi deest: omnia, quæ habes, vende, & distribue pauperibus; tum habebis thesaurum in cœlo; & veni, sequere Me.

23. At ille audiens hæc, tristis factus est: erat enim dives valdè.

f) *Matt. 19,23. Marc. 10,23.* 24. Videns vero Jesus, tristem factum esse, dicit; Quàm difficultet qui possessiones habent, ingredientur in regnum Dei?

25. Facilius namque est, Camelum per foramen acus intrare, quàm divitem In regnum Dei intrare.

26. Tum dixerunt, qui audiverunt; Quis ergo potest salvus fieri?

27. At Ipse dixit; Quæ impossibilia (*sunt*) apud homines, possibilia (*sunt*) apud Deum.

g) *Matt. 19,27. Marc. 10,28.* 28. Dixit autem Petrus; [g] Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

29. Ipse vero dixit illis; Amen dico vobis, quod nemo sit, qui reliquerit domum, aut parentes aut fratres, aut uxorem, aut liberos propter regnum Dei:

30. Qui non recipiat multiplicia in tempore hoc, & in seculo venturo vitam æternam.

31. Assumens autem Duodecim, dixit ad illos; Ecce, ascendimus in Hierosolymam; ubi perficientur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas Filio Hominis.

32. Tradetur enim gentilibus, & illudetur, & contumeliis afficietur, & conspuetur:

33. Et flagellantes occident Ipsum: die tamen tertia resurget.

34. Sed illi nihil horum intellexerunt, eratque verbum hoc absconditum ab illis, ut nescirent, quæ dicebantur.

35. Factum verò est, quum propè esset Ipse Jerichunti, [h] cœcus quidam sedit juxta viam, mendicans.

h) *Mat. 20,29. Marc. 10,46.* 36. Qui audiens transeuntem, turbam quæsivit, quid esset hoc.

37. Annuntiarunt ergò ei, quod Jesus Nazarenus transiret.

38. Quare clamavit, dicens; Jesu, Fili David, miserere mei.

39. Sed qui præibant, increparunt eum, ut taceret. Is verò multo magis clamabat, Fili David, miserere mei.

40. Stans autem Jesus jubebat eum duci ad Se: cum is ergò prope esset, interrogavit eum,

41. Dicens; quid tibi vis faciam: at ille dixit; Domine, ut visum recipiam.

42. Cui Jesus dixit; Visum recipe; fides tua salvum te fecit.

43. Extemplo itaque videre potuit; ideò secutus Ipsum est, glorificans Deum. Sed & omnis populus videns laudavit Deum.

CAP. XIX.

Partes habet quatuor. In I. est Zacchæus publicanus à Christo conversus. à v.1. In II. Parabola Domini talenta servis concredentis. à v.11. In III. ingressus Christi in Hierosolymam; cui lachrymis excidium prædicit. à v 29. In IV. Deus ingressus templum purgat, & in eo docet. à v.45.

INgressus deinde pertransiit Jerichuntem.

2. Ubi, ecce, vir nomine vocatus Zachæus, qui idem erat primarius publicanus; hic verò dives erat.

3. Ac quærebat videre Jesum, quis esset: sed non poterat præ populo: quia statura parvus erat.

4. Præcurrens ergò antrorsum, ascendit in Sycomorum, ut videret Ipsum; quia præter eam transiturus erat.

5. Sed veniens ad locum suspexit Jesus, viditque eum, ac dixit ad eum; Zachæe, festinans descende: hodie namque in domo tuâ oportet Me manere.

6. Quare festinans descendit, & excepit Ipsum lætus.

7. Quod videntes omnes murmurabant, dicentes; quia ad peccatorem virum ingressus est ad divertendum.

8. Stans verò Zacchæus dixit ad Dominum; Ecce, dimidia facultatum mearum, Domine, do pauperibus, & si quem de aliquo defraudavi, reddo quadruplum.

9. Dixit autem ad eum Jesus; quia hodiè salus domui huic facta est: quia etiam is filius Abrahami est.

a) *Matt. 18,11.* 10. Venit enim [a] Filius hominis ad quærendum & salvandum, quod perierat.

11. Dum autem illi audiverunt hæc, addens dixit parabolam; propterea quod Ipse propè esset Hierosolymæ, ac illi putabant, quod mox regnum Dei apparitum esset.

b) *Mat. 25,14.* 12. Dixit itaque: [b] Homo quidam nobilis profectus est in regionem longinquam, ad accipiendum sibi ipsi regnum, & ad redeundum.

13. Vocans itaque decem servos suos, dedit illis decem minas, dixitque illis; Negotiamini, donec venero (*rursus.*)

14. Cives autem ejus oderant illum; ideo miserunt legationem post illum, dicentes; Non volumus hunc regnare super nos.

15. Factum postea est, cùm reversus ille est, postquam occupasset regnum, ut juberet vocari sibi servos suos, quibus dederat argentum, ut cognoscerent, quid quis negotiando lucratus esset.

16. Accessit verò primus, dicens; Domine, mina tua lucrata est decem minas.

17. Cui ergò dixit; Euge, bone serve! quia super minimo fidelis fuisti, esto potestatem habens super decem urbes.

18. Mox venit secundus, dicens; Domine, mina tua fecit quinque minas.

19. Cui verò etiam dixit; Tu quoque esto super quinque urbes.

20. Tandem diversus venit, dicens; Domine, ecce, mina tua, quam habui te positam in sudario.

21. Timui enim te: quoniam homo austerus es: tollis, quod non reposuisti, & metis, quod non sevisti.

22. Cui verò dixit; Ex ore tuo judico te, maligne serve: noveras, quod ego homo austerus sim; tollens, quod non reposui, & metens, quod non sevi:

23. Quare ergò non dedisti argentum meum super mensam (*numulariam;*) ut ego veniens cum fœnore exegissem eam.

24. Adstantibus autem dixit; Tollite ab illò minam, & date ei, qui decem minas habet.

25. Dixerunt quidem ipsi; Domine, habet decem minas.

26. Dico enim (*inquiebat ipse*) vobis quod omni, [c] qui habet, dabitur: ab eo autem, qui non habet (*cum fructus,*) etiam quod habet, auferetur ab eo.

c) *Matt. 13,12. 25,29. Marc. 4,25. Luc. 8,18*

27. Verumenimverò hostes meos istos, qui non volebant me regnare super eos, adducite huc, & occidite coram me.

28. Quum autem hæc dixisset, profectus est antrorsum ascendens in Hierosolymam.

d) *Mat. 21,1. Marc. 11,1. Joh. 12,12.* 29. Sed [d] factum est, quum propè fuit ad Bethphagen & Betaniam, ad montem, qui vocatur olivarum, misit duos discipulos suos,

30. Dicens; Abite in adversum pagum, in quo ingredientes invenietis pullum (*asininum*) alligatum, super quo nemo unquam hominum sedit: solventes eum adducite.

31. Quod si vos quis interrogaverit; Quare solvitis? sic dicite illi; quia Dominus eo opus habet.

32. Abeuntes autem qui missi, invenerunt, quemadmodum dixerat illis.

33. Solventibus nimirum illis pullum, dixerunt domini ejus ad illos; Quare solvitis pullum?

34. Illi verò dixerunt; Dominus illo opus habet.

35. Adduxerunt itaque eum ad JESUM, & injicientes sua vestimenta super pullum, superimposuerunt JESUM.

36. Quum verò incederet, (*alij*) substraverunt vestimenta sua in viâ.

37. Appropinquante mox Ipso ad descensum montis olivarum, cepérunt tota multitudo discipulorum gaudentes laudare DEUM voce magna ob omnes, quas viderunt, virtutes,

38. Dicentes; Benedictus qui venit Rex in Nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelsissimis.

39. Sed quidam Phariſæorum de turba dixerunt ad Ipſum; Magiſter, increpa diſcipulos tuos.

40. Quibus reſpondens dixit; dico vobis, quod ſi hi tacuerint, lapides clamaturi ſint.

41. Quum verò appropinquaret (*magis,*) aſpiciens urbem, flevit ſuper eâ,

42. Dicens; quia ſi noſſes etiam tu (*ſaltem in hac tua die*) & quidem in die tua hac, quæ ad pacem tuam (*faciunt?*) Jam verò abſconditum eſt ab oculis tuis.

43. Quia (*ideò*) venient (*alia*) dies ſuper te, quibus circumponent hoſtes tui vallum tibi, & circumcingent te, & coanguſtabunt te circumquaque

44. Et *tandem*) ſolo æquabunt te, & liberos tuos in te, [e] & non relinquent in te lapidem ſuper lapide: Pro eo (*nimirum*) quod non agnoviſti tempus viſitationis tuæ.

45. Deinde ingreſſus in templum [r] cepit expellere vendentes in eo, & ementes;

46. Dicens illis; [g] ſcriptum eſt; Domus Mea domus precationis eſt: [h] vos verò eam feciſtis ſpeluncam, latronum.

47. Erat que docens quotidiè in templo: at Principes Sacerdotum & Scribæ quærebant Ipſum perdere, & primores populi.

48. Non tamen invenerunt, quid facerent. Populus namque omnis dependebat ab Ipſo audiens.

CAP. XX.

Partes habet quinq. In I. eſt quæſtio de poteſtate Chriſto data. à v. 1 II Parabola de Domino vineæ, & ejus filio à vinitoribus occiſo. à v. 9. In III. Tentatio Chriſti per quæſtionem de Cenſu Cæſaris. à v. 21. In IV. Diſputatio cum Sadducæis ſuper reſurrectione mortuorum. à v. 27. V. Quæſtio de Filio David. à v. 41.

FActum porrò eſt [a] in quodam dierum iſtorum: cùm Ipſe doceret populum in templo, & Evangelizaret, ſuperveneruntprincipes Sacerdotum, & Scribæ cum Senioribus: a) *Matt. 21, 23. Marc. 11, 27.*

2. Dixeruntque ad Ipſum, dicentes; Dic nobis, in quâ poteſtate hæc facis? aut quis eſt, qui dedit Tibi poteſtatem hanc?

3. Reſpondens autem dixit ad illos: Interrogabo vos etiam Ego unicum verbum, quod dicite mihi (*priùs.*)

4. Baptiſma Joannis ex cœlone erat, an ex hominibus?

5. Tum illi concludebant apud ſeipſos, dicentes; quia ſi dixerimus, E cœlo, dicet; quare ergò non credidiſtis illi?

6. Si verò dixerimus, Ex hominibus, omnis populus lapidabit nos: perſuaſus namque eſt, Joannem Prophetam eſſe.

7. Reſponderunt ergo, neſcire, unde (*fuerit.*)

8. Tunc JESUS dixit illis; (*Ideò*) neque Ego dico vobis, in quâ poteſtate hæc faciam.

9. Cepit autem ad populum loqui parabolam hanc; [b] Homo quidam plantavit vineam, & elocavit eam colonis, ac peregrè abiit tempora longa. b) *Eſa. 5, 1. Jer. 2, 21. Matth. 21, 33. Marc. 12, 1*

10. Deinde in tempore miſit ad colonos ſervum, ut de fructu vineæ darent ipſi. Sed coloni percuſſerunt eum, emiſeruntque eum vacuum.

11. Addidit quidem ſibi mittere alium ſervum: illi verò etiam hunc percutientes, & ignominia afficientes, emiſerunt vacuum.

12. Addidit itaque mittere tertium: illi autem etiam hunc vulnerantes, ejecerunt

13. Quare

13. Quare dixit Dominus vineæ; quid faciam? mittam filium meum dilectum. Forte hunc videntes reverebuntur.

14. Verum videntes illum coloni, cogitarunt apud ſeipſos dicentes; Hic eſt hæres, venite, occidamus illum, ut noſtra fiat hereditas (*ejus.*)

15. Ejicientes ergò eum extra vineam, occiderunt. Quid igitur faciet illis Dominus vineæ?

16. Veniet (*certè,*) perdetque colonos hos, & dabit vineam aliis. Audientes verò dixerunt; Abſit.

17. At Ipſe ſuſpiciens eos dixit; Quid ergò eſt hoc [c] quod ſcriptum eſt? Quem lapidem rejecerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. c) *Pſal. 118, 22. Matth. 21, 42. Act. 4, 11. Rom. 9, 33. Pet. 2, 7.*

18 Quicunque ceciderit ſuper illum lapidem, confringetur; ſuper quem autem (*ille*) ceciderit, eum comminuet.

19. Ideò quæſiverunt principes Sacerdotum & Scribæ injicere in ipſum manus in eadem (*quidem*) hora: ſed timuerunt populum. Intellexerunt enim, quod contra illos parabolam hanc dixiſſet. d) *Mat. 22, 15. Marc. 12, 13.*

20. Inſidiantes tamen [d] miſerunt inſidiatores, qui ſimularent ſeipſos juſtos eſſe, ut captantes Ipſius verbum traderent ipſum dominio & poteſtati præſidis.

21. Quæſiverunt ergò Ipſum, dicentes; Magiſter, ſcimus, quod rectè loquaris, & doceas, nec acceptes faciem, ſed juxta veritatem viam DEI doceas.

22. Licetne (*ergò*) nobis Cæſari cenſum dare, necne?

23. Intelligens autem illorum aſtutiam, dixit ad illos; Quid Me tentatis?

24. Oſtendite Mihi denarium, cujus habet imaginem & inſcriptionem? Reſpondentes verò dixerunt; Cæſaris.

25. Ipſe autem dixit; [e] Date ergò ea, quæ Cæſaris ſunt, Cæſari: at ea, quæ DEI, DEO. e) *Rom. 13, 7*

26. Unde non valuerunt calumniari verbum Ipſius coram populo: ſed admirati reſponſionem Ipſius tacuerunt.

27. Contrà [f] accedentes quidam Sadducæorum, qui contradicunt, reſurrectionem non eſſe, interrogarunt Ipſum, f) *Matt. 22, 23. Marc. 12, 18. Luc. 20, 27. Act. 23, 8.*

28. Dicentes; Magiſter, [g] Moſes ſcripſit nobis, ſi cujus frater mortuus fuerit, habens uxorem, iſque improlis mortuus fuerit, ut ducat frater ejus uxorem, & exuſcitet ſemen fratri ſuo. g) *Deut. 25, 5.*

29. Fuerunt ergò ſeptem fratres, quorum primus accepit uxorem. ſed improlis mortuus eſt.

30. Unde accepit ſecundus uxorem (*ejus;*) ſed & hic mortuus eſt improlis.

31. Ideò tertius accepit eam: ſimiliter verò etiam iſti ſeptem non reliquerunt liberos, ac mortui ſunt.

32. Poſtremum autem omnium mortua quoque eſt mulier.

33. In reſurrectione ergò, cujus illorum fiet uxor? nam ſeptem iſti habuerunt eam uxorem.

34. Sed reſpondens dixit illis JESUS; filii ſeculi hujus nuptias faciunt, & nuptui dantur.

35. Qui verò digni habebuntur, ut ſeculum alterum conſequantur, & reſurrectionem ex mortuis, neque nuptias facient, neque nuptui dabuntur.

36. Neque enim mori amplius poſſunt: ſimiles enim Angelis ſunt, & filii DEI ſunt, cùm ſint reſurrectionis filii.

37. Quod autem reſurgant mortui, etiam Moſes indicavit apud rubum: cùm dicit Dominum DEUM Abrahami, & DEUM Iſaaci, & DEUM Jacobi.

38. Jam verò DEUS non eſt mortuorum, ſed viventium: omnes enim Ipſi vivunt.

39. Tum verò reſpondentes quidam Scribarum dixerunt; Magiſter, Benè locutus es.

40. Neque etiam amplius auſi ſunt interrogare Ipſum quicquam.

41. Atqui Ipſe dixit ad illos; Quomodo [h] dicunt, CHRISTUM Filium Davidis eſſe? h) *Mat. 22, 41. Marc. 12, 35.*

42. Cùm Ipſe David dicat in [i] libro Pſalmorum; dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris Meis. i) *Pſal. 110, 1.*

43. Donec poſuero inimicos Tuos ſcabellum pedum Tuorum?

44. David ergo Dominum Ipſum vocat: at quomodo Filius ejus eſt?

45. Audiente dein populo omni dixit discipulis Suis;

k) *Mat. 23,5. Marc. 12,38. Luc. 11, 43.* 46. [k] Cavete à Scribis, qui amant ambulare in stolis, & diligunt salutationes in foris, primasque sedes in Synagogis, ac primos accubitus in cœnis.

47. Qui *(verò)* comedunt domos viduarum, prætextuque longa precantur. Hi accipient abundantius judicium.

CAP. XXI.

Partes habet tres. In I. Vidua pauper injicit in Gazophylacium. à v. 1. II. Devastatio templi, & urbis Hierosolyma prædicitur à Christo. à v. 5 III. Vis & finis mundi. à v. 25.

a) *Marc. 12,41.* Conspiciens autem [a] vidit jacientes dona sua in Gazophylacium divites.

2. Vidit vero etiam quandam viduam pauperem injicientem eò duo minuta.

3. Tum dixit; Verè dico vobis, quod vidua pauper-næc plus omnibus injecerit.

4. Omnes enim hi ex eo, quod abundant ipsis, injecerunt in dona DEI: hæc vero ex penuria sua omnem victum, quem habuit, injecit.

b) *Mat. 24,12. Marc. 13,1.2.* 5. [b] Quibusdam deinde dicentibus de templo, quod lapidibus pulchris & anathematis exornatum esset, dixit;

6. Omnia hæc, quæ videris, *(quod attines:)* venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapide, qui non dissolvatur.

7. Interrogarunt vero Ipsum *(isti iidem,)* dicentes; Magister, quando ergo hæc fient? & quodnam est signum, quando futura hæc sunt?

8. Ipse vero dixit; Videte, ne seducamini: multi enim venient in Nomine Meo, dicentes; quod Ego sim: & tempus prope est. Ne ergo ite post eos.

9. Quando veto etiam audiveritis bella & seditiones, ne consternamini: oportet enim hæc fieri prius: sed non statim *(erit)* finis.

10. Tunc dixit illis; suscitabitur gens contra gentem, & regnum contra regnum.

11. Terræmotus etiam magni diversis locis, & fames ac pestes erunt: Terribilia quoque & signa de cœlo magna erunt.

c) *Matt. 10,17. Marc. 13,9.* 12. Ante veto hæc omnia [c] injicient in vos manus suas, & persequentur, tradentes in Synagogas & custodias, ductos ad Reges & duces propter Nomen Meum.

13. Evenient tamen *(hæc)* vobis in testimonium.

14. Ponite ergò in corda vestra, ut non præmeditemini, qui defendendi sitis *(verbis.)*

15. Ego namque dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt opponere neque resistere omnes adversantes vobis.

16. Trademini verò etiam à parentibus, & fratribus, ac cognatis, amicisque; mortietiam dabunt *(aliquos)* ex vobis.

17. Imò eritis odio habiti ab omnibus propter Nomen Meum.

18. Capillus tamen è capite vestro non peribit.

19. *(Quare)* in patientia vestra possidete animas vestras.

d) *Mat. 24,15. Marc. 13,14.* 20 Quando [d] verò *(tandem)* videritis circumdatam ab exercitibus Hierosolymam: tunc scite, quod propè sit devastatio ejus.

21. Tunc *(ergò)* qui in Judæa *(sunt,)* fugiunto super montes: & qui in medio ejus, exeunto; qui verò in regionibus, ne ingrediantur in eam.

22. Quia dies vindictæ hi sunt, ut impleantur omnia, quæ scripta sunt.

23. Væ autem in ventre gestantibus & lactantibus in istis diebus: erit namque angustia magna super terra, & ira in populo hoc.

24. Cadent namque ore gladii, & captivitabuntur inter omnes gentes: tandemque Hierosolyma erit conculcata à gentibus, usque dum implebuntur tempora gentium.

e) *Matt. 24,29. Marc. 13,24.* 25. Tunc [e] erunt signa in Sole & Lunâ, & astris, & super terra angustia gentium in desperatione, resonante mari & salo.

26. Exanimatis hominibus præ timore & expectatione eorum, quæ venient super

per terrarum orbem: nam virtutes cœlorum, commovebuntur.

27. Atque tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum virtute & gloria multa.

28. Quando verò hæc omnia incipient fieri, suspicite & tollite capita vestra *(lati:)* quia appropinquat liberatio vestra.

29. Dixit porrò parabolam illis; Spectate ficum & omnes arbores.

30. Quando prorruserint jam, videntes à vobis ipsis cognoscitis, quod jam propè æstas sit.

31. Sic etiam vos: quando videritis hæc fieri, cognoscite, quod propè sit regnum DEI.

32. Amen dico vobis, quod non transitura sit generatio hæc, donec omnia fiant.

33. Cœlum & terra transibunt: verba autem mea non transire debent.

f) *Rom. 13,13.* 34. Cavete autem vobis ipsis, ne forte graventur corda vestra comessatione & ebrietate, & curis victus vitæ; ut subitus super vobis stet dies ista.

35. Nam sicut tendicula veniet super omnes, qui sedent super facie terræ totius.

36. Vigilate ergò in omni tempore, precantes, ut digni habeamini ad effugiendum hæc omnia, quæ futura sunt, ut fiant, & ad consistendum coram Filio hominis.

37. Erat verò *(posteris)* diebus in templo docens, noctibus verò egrediens pernoctavit in monte, qui dicitur olivarum.

38. Ideò omnis populus diluculo veniebat ad Ipsum in templo ad audiendum Ipsum.

CAP. XXII.

Partes habet novem. In I. Sacerdotes & Seniores deliberant de occidendo Christo, & Iudam proditorem emunt, à v. 1. In II. Christus ultimum pascha celebrat, & S. Cœnam instituit à v. 7. In III. Proditionem suam revelat. à v. 21. In IV. Apostoli de præcellentia contendunt. à v. 24. In V. Cribratio Satanæ Petro & Apostolis significatur. à v. 31. In VI. Christus in horto patitur & precatur. à v. 34. In VII. à turma Sacerdotum capitur. à v. 47. In VIII. a Petro abnegatur. à v. 56. In IX. à Synedrio condemnatur, & à servis ejus illuditur. à v. 63.

a) *Matt. 26,2. Marc. 14,1.* APpropinquabat [a] autem dies azymorum, quæ dicitur Pascha.

2. Quærebantque *(ut suprà)* principes Sacerdotum & Scribæ, quomodo è medio tollerent Ipsum: timebant enim populum.

b) *Mat. 26,14. Marc. 14,10.* 3. [b] Intraverat autem Satanas in Judam, qui cognominabatur Iscariotes, qui erat è numero Duodecim virorum.

4. Unde abiens, collocutus est, cum principibus Sacerdotum & præfectis templi de hoc, quomodo Ipsum traderet illis.

5. Gavisi itaque sunt, & pacti sunt ipsi argentum daturos.

6. Spopondit itaque, & quæsivit occasionem, ut traderet Ipsum illis sine tumultu.

c) *Matt. 26,17. Marc. 14,12.* 7. [c] Venit ergò dies azymorum, in qua oportebat mactari Pascha.

8. Qua misit Petrum & Joannem, dicens; abite & præparate nobis Pascha, & comedamus *(illud.)*

9. Hi verò dixerunt Ipsi; Ubi vis, præparemus?

10. Ipse autem dixit illis: Ecce, quum ingressi fueritis in urbem, occurret vobis homo testaceum vas aquæ portans. sequimini illum in domum, in quam intrabit.

11. Et dicite Patrifamiliâs domus; Dicit tibi Magister, ubi est diversorium, ubi comedam pascha cum discipulis Meis.

12. Tum ille vobis monstrabit superius conclave magnum stratum: ibi præparate.

13. Abeuntes ergò invenerunt, quemadmodum dixerat illis: ideò præpararunt Pascha.

14. Quumque facta est hora, accubuit, & duodecim Apostoli cum Ipso.

15. Tum dixit ad illos; desiderio desideravi hoc Pascha comedere vobiscum, antequam patiar, *(ideò ante tempus facio.)*

16. Dico enim vobis, quod non amplius

pliùs comeſturus ſim ex illo, donec quando implebitur in regno DEI.

17. Deinde ſumens poculum, (&) benedicens dixit; Sumite hoc, & diſtribuite vobis ipſis.

18. Dico enim vobis, quod non bibiturus ſim de genimine viris, donec quando regnum DEI venturum eſt.

d) *Mat. 26,26. Marc. 14,22 1.Cor.11, 23.* 19. Tandem [d] accipiens panem (&) benedicens fregit, & dedit illis, dicens; Hoc eſt corpus Meum, quod pro vobis datur: hoc facite in Mei recordationem.

20. Similiter etiam poculum, poſtquam comederunt, dicens; Hoc poculum Novum Teſtamentum (*eſt*) in ſanguine Meo, quod pro vobis effunditur.

c) *Matt. 26,21. Marc. 14,18. Joh.13,18* 21. Cæterùm ecce, [e] manus prodentis Me Mecum (*eſt*) ſuper menſa.

22. Et Filius quidem Hominis abit, quemadmodum definitum eſt: verùm væ homini illi, per quem proditur.

23. Tum verò ceperunt illi diſquirere inter ſeipſos de eo, quiſnam ergò eſſet ex illis, qui hoc facturus eſſet.

24. Facta verò contentio etiam eſt inter illos, quis illorum habendus eſſet major?

f) *Matt. 20,25. Mar. 10,42.* 25. [f] Ipſe verò dixit illis; Reges gentium dominantur illis, & poteſtatem ſuper eas habentes, Benefactores vocantur.

26. Vos verò non ſic: ſed major inter vos fiat ſicut Junior, & dux, ſicut miniſtrans.

27. Quis namque major? qui accumbit, an qui miniſtrat? nonne qui accumbit? Atqui Ego ſum in medio veſtrum, ſicut qui miniſtrat.

28. Vos tamen eſtis, qui permanſiſtis Mecum in tentationibus Meis,

29. Ideò Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit Mihi Pater Meus regnum.

30. Ut comedatis & bibatis ſuper menſa Meâ in regno Meo, & ſedeatis ſuper thronis judicantes duodecim tribus Iſraël.

31. Porrò dixit Dominus; Simon, Simon, Ecce, Satanas expoſtulavit vos, ut cribraret vos ſicut triticum.

32. Ego verò oravi (*inprimis*) pro te, ut non deſinat fides tua. Tu ergò, quando olim converſus fueris, confirma fratres tuos.

33. Hic verò dixit Ipſi; Domine, Tecum paratus ſum & in cuſtodiam & in mortem abire.

g) *Mat. 26,34. Marc. 14,30. Joh.13,38* 34. Ipſe verò dixit; [g] Dico tibi, Petre, non canet hodiè gallus, priuſquam ter abnegaveris, non te noſſe Me.

35. Præterea dixit illis; quando emiſi vos ſine crumena, & pera, & calceis, num alicujus rei caruiſtis? Illi verò dixerunt: nullius.

36. Dixit ergò illis; Sed nunc, qui habet crumenam, tollat, ſimiliter etiam peram: qui verò non habet, vendat veſtimenta ſua, & emat gladium.

h) *Eſa. 53,12.* 37. Dico enim vobis; quia adhuc hoc, [h] quod ſcriptum eſt, oportet conſummari in Me, ſcilicet! Etiam cum iniquis reputatus eſt. Jam enim illa (*reliqua*) de Me finem habent.

38. Illi verò dixerunt; Domine, ecce, gladii hic duo. Sed Ipſe dixit: ſufficit.

i) *Matt. 26,36. Marc. 14,32. Joh.18,1.* 39. Poſteà egreſſus abiit juxta conſuetudinem [i] in montem olivarum; ſecuti autem Ipſum ſunt diſcipuli Ipſius.

40. Quum eſſet autem in loco, dixit illis; Orate, ut non ingrediamini in tentationem.

41. Ipſe autem abſtractus eſt ab illis, quaſi jactum lapidis, & ponens genua oravit,

42. Dicens; Pater, ſi velis, ut tranſeat poculum hoc à Me! Attamen non voluntas Mea, ſed Tua fiat.

43. Viſus autem eſt Ipſi Angelus de cœlo confortans Ipſum.

44. Quumque eſſet in angonia, intentius oravit. Factus verò eſt ſudor Ipſius ut guttæ ſanguinis deſcendentes ſuper terram.

45. Mox ſurgens à precibus, cum venitet ad diſcipulos, invenit illos dormientes præ triſtitia.

46. Unde dixit illis; Quid dormitis? ſurgentes orate, ut non ingrediamini in tentationem.

k) *Matt. 26,47. Marc. 14,43 Joh.18,3.* 47. Adhuc autem Ipſo loquente, Ecce [k] turba, & qui dicitur, Judas, unus ex

ex Duodecim viris prævit illis, appropinquavitque JESU ad oſculandum Ipſum.

48. Sed JESUS dixit illi; Juda, oſculone Filium Hominis tradis?

49. Videntes verò ii, qui circa Ipſum erant, quod fiebat, dixerunt Ipſi; Domine, num percutere debemus gladio.

50. Et percuſſit etiam unus quis ex illis ſervum principis Sacerdotum, abſtulitque ei aurem dexteram.

51. Sed reſpondens JESUS dixit; Sinite uſque huc! & tangens aurem ejus ſanavit eum.

l) *Matt. 26,55.* 52. Ad eos, verò, qui advenerant ſuper Ipſum, principes Sacerdotum & [l] præfectos templi & Seniores, dixit JESUS; quaſi contra latronem exiviſtis cum gladiis & lignis?

53. (*Atqui*) quum Ego quotidie eſſem vobiſcum in templo, non extendiſtis manus ſuper Me: ſed hæc veſtra eſt hora, & poteſtas tenebrarum.

m) *Mat. 26,57,58.* 54. Comprehendentes nihilominùs Ipſum duxerunt, [m] & introduxerunt Ipſum in domum principis Sacerdotum. Petrus verò ſequebatur è longinquo.

55. Quum autem accendiſſent ignem in medio aulæ, atque unà conſediſſent iſti, conſedit Petrus in medio eorum.

56. Ubi intuita illum puella aliqua ſedentem ad lumen, & attentius inſpiciens illum, dixit; Etiam hic cum Ipſo erat.

57. Ille verò abnegavit Illum, dicens, mulier, non novi Ipſum.

58. Sed poſt breve (*tempus*) alius intuitus illum, dixit; Etiam tu ex iſtis es: ſed Petrus dixit; homo, non ſum.

59. Veruntamen diſtante quaſi hora unâ, alius quis confirmavit, dicens; In veritate etiam hic cum Ipſo erat. Nam etiam Galilæus eſt.

60. Dixit verò Petrus; Homo, non novi, quid dicas. Tum verò ſtatim, cùm adhuc illeloqueretur, cecinit gallus.

n) *Mat. 26,34. Marc. 14,30. Joh.13,38* 61. Quare converſus Dominus inſpexit Petrum: Petrus autem recordatus eſt verbi Domini, quando [n] dixit illi; quia antequam gallus cecinerit, abnegabis Me ter.

62. Egreſſus ergò extrorſum Petrus flevit acerbè.

63. At viri, qui tenebant JESUM, illuſerunt Ipſum percutientes:

64. Et obvelantes Ipſum, cædebant Ipſius faciem, quærebantque Ipſum, dicentes; Propheta, quis ſit, qui percuſſit Te?

65. Et alia multa blaſphemantes dicebant contra Ipſum.

o) *Mat. 27,1. Marc. 15,1. Joh. 18, 28.* 66. Quum autem [o] facta eſt dies, congregatum eſt præsbyterium populi, principes Sacerdotum etiam, & Scribæ, deduxeruntque Ipſum in Synedrium ſuum:

67. Dicentes; Eſne Tu CHRISTUS? dic nobis. Sed dixit illis; Si vobis dixero, non Mihi credetis.

68. Quod ſi verò interrogavero; non reſpondebitis Mihi, nec dimittetis.

69. (*Quare*) ex hoc nunc erit Filius Hominis ſedens è dextris virtutis DEI.

70. Tum verò dixerunt omnes: Tunc ergò es Filius DEI? Ipſe verò ad illos dixit; Vos dicitis: quia Ego ſum.

71. Illi ergo dixerunt; Quid amplius opus habemus teſtimonio? Ipſi namque audivimus ab ore Ipſius.

CAP. XXIII.

Partes habet octo. In I. Chriſtus coram Pilato accuſatur. à v. 1. In II. ad Herodem mittitur, à v. 6. In III à Pilato examinatur & condemnatur. à v. 13. In IV. in locum Golgothâ educitur, à mulieribus deploratus. à v. 26. In V. cum maleficis crucifigitur. à v. 33. In VI. Latro alter convertitur, & promiſſionem paradiſi accipit. à v. 39. In VII. Chriſtus moritur inter magna miracula. a v. 44. In VIII. ſepelitur, à v. 50.

QUare ſurgens tota multitudo illorum, duxerunt Ipſum ad Pilatum.

2. Ubi inceperunt accuſare Ipſum, dicentes; Hunc invenimus pervertentem gentem, & prohibentem Cæſari cenſus dare, dum dicit; Seipſum CHRISTUM Regem eſſe.

a) *Matt. 27,11. Marc. 15,2. Joh. 18, 33.* 3. Pilatus verò [a] interrogavit Ipſum, dicens; Tune es Rex Judæorum? at Ipſe reſpondens illi dixit; Tu dicis.

4. Pilatus tamen dixit ad principes Sacerdotum & turbas; Nullam invenio cauſam in homine hoc.

5. At hi inſtabant, dicentes; quia commover

movet populum, docens per totam Judæam, dum incepit à Galilæa huc usque.

6. Pilatus verò audiens Galilæam interrogavit, num homo Galilæus esset.

7. Et ubi cognovit, quod ex dominio Herodis esset, remisit Ipsum ad Herodem, qui idem etiam erat in Hierosolyma in his diebus.

8. Herodes autem (*quidem*) videns JESUM, gavisus est valdè. Erat enim desiderans ex longo (*tempore*) videre Ipsum, propterea quod multa audiverat de Ipso. Unde sperabat aliquod signum videre ab Ipso factum.

9. Interrogavit ergò Ipsum verbis multis: sed Ipse nihil respondebat illi.

10. Steterunt autem principes Sacerdotum & Scribæ vehementer accusantes Ipsum.

11. Contemnens tamen Ipsum Herodes cum exercitibus suis, & illudens, circumdans Ipsum veste splendida, remisit Ipsum Pilato.

12. Facti vero sunt amici tum Pilatus tum Herodes in hac die invicem: erant enim prius in inimicitia constituti erga se invicem.

13. Pilatus ergo convocans principes Sacerdotum & primarios atque populum.

14. Dixit ad illos; Attulistis mihi Hominem hunc, quasi avertentem populum: sed, ecce, ego coram vobis dijudicans, nullam inveni in Homine hoc causam (*earum,*) quarum accusatis Ipsum.

15 Sed neque Herodes: misi enim vos ad illum: at nihil; ecce, dignum morte est factum ab Ipso.

16. Ubi ergo castigavero Ipsum, dimittam.

17. Necessitatem autem habebat dimittendi illis singulis festis unum.

b) *Mat. 27,23. Marc 15,48. Joh. 18, 40.* 18. Sed [b] clamarunt universæ multitudinis voce, dicentes; Tolle Hunc, dimitte autem nobis Barabbam.

19. Qui erat propter seditionem quandam factam in urbe & homicidium, conjectus in custodiam.

20. Iterùm itaque Pilatus acclamavit, cupiens dimittere JESUM.

21. Sed illi reclamarunt, dicentes; crucifige, crucifige Ipsum.

22. Is vero tertiùm dixit ad illos; Quid ergo mali fecit hic? nullam causam mortis invenio in Ipso, castigabo itaque Ipsum, & dimittam.

23. Sed illi instabant vocibus magnis, petentes, Ipsum crucifigi, & invalescebant [c] voces illorum & principum Sacerdotum. c) *Iob. 19,12.*

24. Unde Pilatus judicavit fieri petitum eorum.

25. Dimisit autem illis eum, qui propter seditionem & homicidium conjectus fuerat in custodiam, quem petebant JESUM autem tradidit voluntati illorum.

26. Quum ergo abducerent Ipsum, prehendentes [d] Simonem quendam Cyrenæum, qui veniebat ex agro, imposuerunt ei crucem, ut ferret post JESUM. d) *Mat. 27,32. Marc. 15,21.*

27. Sequebatur autem Ipsum magna multitudo populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur Ipsum.

28. Conversus itaque ad illas JESUS dixit; Filiæ Hierosolymæ, ne flete super Me; sed (*potiùs*) super vos ipsas flete; & super liberos vestros.

29. Quia, ecce, venient dies, in quibus dicent, [e] beatæ steriles, & ventres, qui e) *Es. 54, 1.* non genuerunt, & ubera, quæ non lactarunt.

30. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos; & collibus, occultate nos.

31. Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

32. Ducebant autem etiam alios duos malefactores cum Ipso, ut interficerentur.

33. Quum itaque venerunt ad locum, [f] qui vocatur Calvaria, ibi crucifixerunt f) *Matt. 27,33. Marc. 15,22. Joh. 19, 17.* Ipsum, & malefactores (*ipsos;*) unum quidem à dextris, alterum autem à sinistris.

34. JESUS tamen dixit; Pater, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciant. Dividentes autem vestimenta Ipsius, jecerunt sortem.

35. Steritque populus videns. Subsannabant autem etiam principes sacerdotum cum illis, dicentes: Alios servavit; serve seipsum; si hic est CHRISTUS, electus ille DEI.

36. Illuserunt verò Ipsum etiam milites, accedentes, & acetum adferentes Ipsi.

37. Dicentesque; Si Tu es Rex Judæorum, serva Teipsum.

38. Sed & erat inscriptio scripta supra Illum literis Græcis, & Romanis, & Hebraicis; Hic est Rex Judæorum.

39. Unus quoque suspensorum malefactorum blasphemabat Ipsum, dicens; Si Tu es CHRISTUS, serva Teipsum & nos.

40. Respondens tamen alter increpavit eum, dicens; Neque times tu DEUM? quia in eodem judicio es.

41. Et nos quidem justè: Digna namque iis, quæ fecimus, nos recipimus. Hic vero nihil absurdi fecit.

42. Mox dixit ad JESUM; Memento mei, Domine, quando veneris in regno Tuo.

43. Cui dixit JESUS; Amen, dico tibi, hodie Mecum eris in Paradiso.

44. Cæterùm erat quasi hora sexta, e) *Matt. 27,45. Marc. 15,33.* cùm [g] tenebræ factæ sunt super totam terram, usque ad horam nonam.

45. Obtenebratus enim est Sol, & disruptum est velum templi medium.

46. Tum JESUS voce magnâ clamans f) *Psal. 30, 6* dixit; [h] Pater, in manus Tuas commendo Spiritum Meum. Et hæc dicens, expiravit.

47. Videns verò Centurio, quod fiebat, glorificavit DEUM, dicens; Revera homo hic justus erat.

48. Quin omnes, quæ unà aderant, turbæ super spectaculo hoc, spectantes, quæ fiebant, pulsantesque pectora sua reversi sunt.

49. Stabant autem omnes noti Ejus è longinquo, & mulieres (*i primæ*) quæ simul secutæ erant Ipsum à Galilæa, spectantes hæc. g) *Matt. 27,55. Marc. 15,40. Joh. 19, 38.*

50. Ecce autem [i] vir nomine Joseph, cùm Senator esset, vir bonus & justus;

Hic non erat consentiens consilio & operi illorum, de Arimathæâ, urbe Judæorum, qui etiam expectabat ipse regnum DEI.

52. Hic (*inquam*) accedens Pilato, petebat corpus JESU.

53. Deponens ergò id, involvit id sindoni, & posuit id in monumento excisо, ubi non erat unquam quisquam positus.

54. Erat autem dies Parasceve, & Sabbatum illuxerat.

55. Secutæ verò etiam (*sunt*) mulieres, quæ simul venerant cum Ipso è Galilæâ, (&) spectabant monumentum, & quomodo positum esset corpus Ipsius.

56. Sed reversæ pararunt aromata, & unguenta: sed tamen Sabbato quieverunt juxta præceptum.

CAP. XXIV.

Pars tribus quatuor. In I. describitur & revelatur resurrectio Christi mulieribus. à v 1. In II. discipulis Emauntico, à v. 13. In III. Undecim Apostolis in vespera januis clausis. à v. 36. In IV. Coram illis edit, valedicit instruens, & in cœlum ascendit. à v. 44.

VErum [a] prima Sabbatorum diluculo profundo venerunt ad monumentum, portantes, quæ paraverant aromata, & aliquæ cum illis. a) *Matt 28, Marc. 16, 1. Joh. 20, 1*

2. Invenerunt autem lapidem devolutum à monumento.

3. Ingressæ itaque non invenerunt corpus Domini JESU.

4. Factum verò est, dum dubitabant super hoc, tum, ecce, duo viri adstabant illis in vestibus splendentibus.

5. Quum autem territæ factæ, & dejicientes faciem in terram, dixerunt ad eas; Quid quæritis viventem cum mortuis?

6. Non est hic, sed surrexit. Mementote, quod locutus est vobis, cum adhuc esset in Galilæâ,

7. Dicens; quia [b] oportet Filium b) *Mat. 17,23. Marc. 9, 31. Luc. 9, 22.* Hominis prodi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & tertia die resurgere.

8. Tunc recordatæ sunt verborum Ipsius.

9. Ideoque reversæ à monumento re-

nunciarunt hæc omnia Undecimviris, & omnibus reliquis.

10. Erant autem Maria Magdalena, & Joanna, & Maria Jacobi, & cæteræ cum illis, quæ dixerunt ad Apostolos hæc.

11. Sed apparuerunt coram illis quasi nugæ verba illarum, nec crediderunt illis.

12. Petrus quidem surgens cucurrit ad monumentum, & incurvans se vidit linteamina posita sola: abiit tamen apud seipsum miratus, quod factum.

c) *Marc. 16,12.* 13. Præterea, ecce, [c] duo ex illis erant abeuntes in eâdem die in pagum distantem stadia sexaginta ab Hierosolyma, cui nomen Emmaus.

14. Qui ipsi disserebant ad se invicem de omnibus istis, quæ evenerant.

15. Factum verò est, cum illi differerent & disquirerent, ut ipse JESUS appropinquans simul iret cum illis.

16. Sed oculi illorum tenebantur, ut non agnoscerent Ipsum.

17. Dixit autem ad illos; quæ verba hæc, quæ confertis ad vos invicem ambulantes, & estis tristes?

18. Tum respondens unus, cui nomen Cleopas, dixit ad Ipsum; Tune solus peregrinatis in Hierosolyma, & non novisti, quæ facta in ipsa in diebus his?

19. Dixit verò eis; Quæ? illi autem dixerunt; Ea quæ ad JESUM Nazarenum (*attinent:*) qui fuit vir Propheta potens opere & verbo coram DEO & omni populo.

20. Quomodo tradiderint Ipsum principes Sacerdotum & duces nostri in judicium mortis, & crucifixerint Ipsum.

21. Nos verò sperabamus, quod Ipse esset, qui liberaturus esset Israëlem: attamen cum omnibus hisce tertiam hanc diem agit hodiè, ex quo hæc facta sunt.

22. Quin etiam mulieres quædam ex nobis terrefecerunt nos, quæ fuerunt matutinæ apud monumentum:

23. Sed cum non invenissent corpus Ipsius, venerunt dicentes, etiam visionem Angelorum se vidisse, qui dicant, Ipsum vivere.

24. Cumque abirent quidam eorum, qui nobiscum, ad monumentum, etiam invenerunt ita, sicut mulieres dixerant, Ipsum verò non viderunt.

25. Tum Ipse dicit ad illos; O stulti, & tardi corde ad credendum omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ!

26. Nonne hæc oportebat pati CHRISTUM & ingredi in glotiam Suam?

27. Incipiens porrò à Mose & ab omnibus Prophetis interpretatus est illis in omnibus Scripturis, quæ ad Ipsum pertinebant.

28. Interea appropinquarunt ad pagum, quò pergebant; Ipse verò se gessit, quasi ulterius perrecturus esset.

29. Ideo urserunt Ipsum, dicentes; mane nobiscum: nam propè vesperam est, & inclinavit se dies. Quare intravit ad manendum cum illis.

30. Factum verò est, quum Ipse accumberet cum illis, accipiens panem benedixit (*ei,*) & frangens tradidit illis.

31. Illorum autem aperti sunt oculi, & cognoverunt Ipsum. At Ipse invisibilis factus est ab illis.

32. Tum dixerunt invicem; nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum locutus est nobis in viâ, & quando aperuit nobis scripturas?

33. Atque surgentes eadem hora, reversi sunt in Hierosolymam, & invenerunt congregatos Undecimviros, & eos, qui cum illis:

34. Dicentes; Quia surrexit Dominus revera, & visus est Simoni.

35. Ipsi contra enarrarunt ea, quæ in via (*facta,*) & quomodo agnitus esset ipsis in fractione panis.

d) *Joh 20,19* 36. Hæc autem illis loquentibus, [d] Ipse JESUS constitit in medio illorum, & dicit illis: Pax vobis.

37. Consternati verò & pavefacti putarunt spiritum se videre.

38. Ideò dixit illis; quid conturbati estis? & quare cogitationes ascendunt in cordibus vestris?

39. Videte manus Meas & pedes Meos, quia Ipse Ego sum: palpate Me, & videte; nam Spiritus carnem & ossa non habet, sicut Me videris habentem.

40. Hoc-

40. Hoeque cum dixisset, ostendit illis manus & pedes.

41. Adhuc tamen non credentibus illis præ gaudio, & admirantibus, dixit illis; habetis ne aliquid edulii hic?

42. Illi verò dederunt Ipsi piscis assi partem, & de favo apiario.

43. Quæ accipiens coram illis comedit.

44. Posteà verò dixit illis; hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quod oporteret, impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de Me.

45. Tunc aperuit eorum mentem, ut intelligerent Scripturas:

46. Dum dixit illis; quia sic scriptum est, & sic oportebat pati CHRISTUM, ac resurgere ex mortuis tertia die:

47. Et prædicati in Nomine Ipsius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, *ita* ut inciperet ab Hierosolyma.

48. Vos verò estis testes horum:

e) *Joh 15,26 Act. 1,4* 49. Et ecce, [e] Ego mitto promissionem Patris Mei super vos. Vos ergò sedete in urbe Hierosolyma, donec induamini virtute ex alto *Spiritu sancto*.

50. Eduxit deinde illos foràs usque in Bethaniam: & tollens manus Suas benedixit illis.

f) *Marc. 16,19. Act. 1,9* 51. Factumque est, cùm benediceret Ipse illis, secessit ab illis, [f] & sublatus est in cœlum.

52. Illi verò postquam adorarunt Ipsum, reversi sunt in Hierosolymam cum gaudio magno.

53. Erant autem semper in templo, laudantes & benedicentes DEO, Amen.

EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM SANCTUM.

CAPUT I.

Partes habet tres. Quarum I. habet adventum Verbi seu Filii DEI in mundum per incarnationem. à v.1. II. Testimonium Iohannis Baptistæ de Filio DEI incarnato quadruplex. à v.15. III. Vocationem quorundam discipulorum à Filio DEI incarnato factam. à v.37.

a) *Gen. 1,1.* IN [a] principio erat Verbum, & Verbum erat apud DEUM, & DEUS erat Verbum.

2. Hoc erat in principio apud DEUM.

3. Omnia per Ipsum facta sunt; & sine Ipso factum est nihil, quod factum est.

4. In ipso vita erat, & vita erat Lux hominum.

5. Lux autem in tenebris apparet: sed tenebræ illam non comprehenderunt.

6. Erat [b] homo missus à DEO: nomen ejus, Joannes.

b) *Matth. 3,1. Marc. 1,4. Luc. 3,1.*

7. Hic venit in testimonium, ut testaretur de Luce, ut omnes crederent per eum.

8. Non erat ille Lux, sed ut testaretur de Luce.

9. Erat (*enim*) Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.

e) *Hebr. 1,2. 11,3.* 10. In mundo erat, [c] & mundus per

Ipſum factus eſt: ſed mundus Ipſum non cognovit.

11. In propria venit: ſed proprii Ipſum non receperunt.

12. Quotquot verò receperunt, dedit illis poteſtatem, ut filii DEI eſſent, (*nempe*) credentibus in Nomen Ipſius.

13. Qui non ex ſanguinibus, neque è voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex DEO nati ſunt.

d) *Mat.* 1, 18. *Luc* 1, 31 2, 7. 14. Cæterum [d] Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam Ipſius, gloriam ſicut unigeniti à Patre; plenus (*enim erat*) gratia & veritate.

15. Joannes teſtatur de Ipſo, & clamavit dicens; Hic erat, quem dixi; qui poſt Me (*licet*) veniens, ante me fuit; quia prior me fuit.

16. Et ex plenitudine Ipſius nos omnes accepimus, & gratiam (*inprimis*) pro gratia.

17. Quia Lex per Moſen data eſt: gratia & veritas per JESUM CHRISTUM facta eſt.

e) *Joh.* 4, 12 1. *Tim.* 6, 16. 18. [e] DEUM nemo vidit unquam: Unigenitus Filius, qui in ſinu Patris eſt, Ille expoſuit (*nobis.*)

19. Hoc autem eſt teſtimonium Joannis, quando miſerunt Judæi ex Hieroſolyma Sacerdotes & Levitas, ut quærerent illum; Tu quis es?

20. Confeſſus nempè eſt, & non negavit; confeſſus, inquam, eſt; quia non ſum ego Chriſtus.

21. Quæſiverunt ergò illum: Quid ergò: Eliaſne es tu? Sed dixit; Non ſum. Prophetane es tu? Reſpondit verò; Non

22. Quare dixerunt illi; Quis es; Ut reſponſum demus iis, qui miſerunt nos: quid dicis de teipſo?

f) *Eſa.* 40, 3. *Matth.* 3, 3. *Marc.* 1, 3. *Luc.* 3, 4 23. Dixit; [f] Ego (*ſum*) vox clamantis in deſerto; rectam facite viam Domini, ſicut dixit Eſaias Propheta.

24. Qui verò miſſi erant, erant ex Phariſæis.

25. Quæſiverunt itaque illum, & dicebant illi; quare ergò baptizas, ſi non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?

26. Reſpondit iis Joannes, dicens; [g] Ego baptizo aqua: medius autem inter vos conſtitit, quem vos non noſtis. g) *Mat.* 3, 11. *Marc.* 1, 7. *Luc* 3, 16

27. Ille eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me fuit: cujus ego non ſum dignus, ut ſolvam Ipſius corrigiam calcei.

28. Hæc in Bethabara facta ſunt, trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.

29. Poſtridiè videt Joannes JESUM venientem ad ipſum, & dicit; Ecce, Agnus DEI, qui tollit peccatum mundi.

30. Hic eſt, de quo ego dixi; Poſt me venit vir, qui ante me fuit; quia prior me fuit.

31. Ego quidem non noveram Ipſum: ſed ut manifeſtus fieret Iſraëli, propterea veni ego aqua baptizans.

32. Prætereà teſtatus eſt Joannes, dicens; [h] Quia (*ego*) vidi Spiritum deſcendentem ſicut columbam è cœlo, manſitque ſuper Ipſo. h) *Mat.* 3, 16. *Marc.* 1, 10. *Luc.* 3, 22.

33. Imò ego (*nondum etiam ex hoc*) noviſſem Ipſum; ſed qui miſit me ad baptizandum aqua, Ille mihi dixit; Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper Ipſo, Hic eſt Ille, qui baptizat Spiritu Sancto.

34. Ego itaque vidi (*hoc,*) & teſtatus ſum, quod Hic ſit Filius DEI.

35. Poſtridiè iterùm ſtetit Joannes, & ex diſcipulis illius duo.

36. Ubi conſpiciens JESUM ambulantem dicit; Ecce Agnus DEI.

37. Quod audiverunt illius duo diſcipuli loquentem; ideoque ſecuti ſunt JESUM.

38. Converſus autem JESUS, & videns eos ſequentes, dicit illis:

39. Quid quæritis? illi verò dixerunt Ipſi; Rabbi, [quod eſt, ſi interpreteris, Magiſter,] ubi manes.

40. Dicit illis; Venite & videte. Venerunt & viderunt, ubi maneret: & apud Ipſum manſerunt diem iſtam. Hora autem erat quaſi decima.

41. Erat Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audiverunt à Joanne, & ſecuti erant Ipſum.

42. Invenit hic primus fratrem proprium,

prium, Simonem, & dicit ei; Invenimus Meſſiam, quod eſt, ſi interpreteris, CHRISTUS.

43. Duxit itaque illum ad JESUM. Inſpiciens autem illum JESUS dixit illi; Tu es Simon Jonæ filius: tu vocaberis Kephas, quod interpretamur, Petrus.

44. Poſtridie voluit JESUS exire in Galilæam; & invenit Philippum, cui dicit, ſequere Me.

45. Erat autem Philippus de Bethſaida, ex urbe Andreæ & Petri.

46. Invenit Philippus Nathanaelem, i) *Gen.* 49, 10. *Deut.* 18, 15. dicitque illi; Quem ſcripſit [i] Moſes in Lege & Prophetæ, invenimus, JESUM, Filium Joſephi, qui de Nazaret.

47. Sed dixit ei Nathanael; Ex Nazareth ne poteſt aliquid boni eſſe? Dicit illi Philippus, veni & vide.

48. Videbat JESUS Nathanaelem venientem ad Se, & dicit de illo; Ecce, verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt.

49. Dicit Ipſi Nathanaël; Unde me noſti? Reſpondit JESUS, & dixit; Priuſquam te Philippus vocaret, cùm eſſes ſub ficu, videbam te.

50. (*Quare*) reſpondit Nathanael, & dicit Ipſi; Rabbi, Tu es Filius DEI: Tu es Rex Iſraëlis.

51. Reſpondit (*viciſſim*) JESUS, & dixit illi; Quia dixit tibi; Vidi te ſubter ficu, credis? (*Rectè: attamen*) majora his videbis.

52. Et (*porrò*) dicit illi; Amen, Amen, k) *Gen.* 28, 12. dico vobis, Exhinc [k] videbitis Cœlum ſe aperiens, & Angelos DEI aſcendentes & deſcendentes ſuper Filium Hominis.

CAP. II.

Partes habet duas; duplicem nimirum demonſtrationem, quod Chriſtus ſit Meſſias Filius DEI. I. Ex actu nuptialibus in Cana Galilææ. à v. 1. II. Ex actu Hieroſolymitanis, tempore primi poſt baptiſmum Chriſti paſchatis. à v. 12.

CÆterùm die tertiâ nuptiæ erant in Kana Galilææ: & erat mater JESU ibi.

2. Vocatus verò etiam JESUS & diſcipuli Ipſius ad nuptias.

3. Cùm autem deficeret vinum, dicit Mater JESU ad Ipſum; Vinum non habent.

4. (*Sed*) dicit illi JESUS; Quid Mihi & tibi, mulier? nondum venit hora mea.

5. Dicit (*ergò*) mater ad diaconos; Quod dixerit vobis, facite.

6. Erant autem ibi hydriæ lapideæ ſex poſitæ juxta mundationem Judæorum, capientes ſingulæ metretas duas aut tres.

7. Dixit (*igitur*) illis JESUS; Implete hydrias aquâ: qui implerunt eas uſque ad ſummum.

8. Tunc dixit illis; Haurite nunc, & afferte Architriclino. Attulerunt ergò.

9. Quum verò guſtavit Architriclinus aquam vinum factam, qui non ſcivit, unde eſſet, licet diaconi noſſent, qui hauſerant aquam, vocat Sponſum Architriclinus (*idem,*)

10. Dicitque illi; Omnis homo primò bonum vinum apponit, & quando ſat habuerint, vilius: (*At non benè*) tu reſervaſti bonum vinum huccuſque. (*Quid ergò jam faciendum?*)

11. Hoc fecit initium ſignorum JESUS in Kana Galilææ; & manifeſtavit (*eo*) gloriam (*Deitatis*) Suam. Unde crediderunt (*magis*) in Ipſum diſcipuli Ipſius.

12. Poſt hoc deſcendit in Capernaum Ipſe, & mater Ipſius, & fratres Ipſius, & diſcipuli Ipſius: ibi tamen non manſerunt multos dies.

13. Erat namque propè Paſcha Judæorum: ideò aſcendit Hieroſolymam JESUS.

14. Ubi invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas; & numularios ſedentes (*ad menſas ſuas,*)

15. Faciens itaque flagellum ex funibus, omnes ejecit è templo, ſimulque oves, & boves; & numulariorum effudit cambia, menſaſque ſubvertit.

16. Columbaſque vendentibus dixit; Tollite iſta hinc: nec facite domum Patris Mei, domum mercaturæ.

17. Unde recordati ſunt diſcipuli Ipſius, quod [a] ſcriptum ſit; Zelus do- a) *Pſal.* 69, 10. mus tuæ conſumſit me.

18. Reſponderunt itaque Judæi, dixe-

runtque Illi; Quodnam signum nobis monstras, quod hæc facias (*ex potestate divina*)

19. Respondit JESUS, & dixit illis; b) *Mat 26,61 27,40. Marc. 14,58. 15,29.* [b] Solvite (*solveris*) templum hoc: in tribus tamen diebus exsuscitabo (*exsuscitaturus sum*) illud.

20. Dixerunt ergò Judæi; quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc; Tune ergò in tribus diebus exsuscitabis illud?

21. Sed Ipse loquebatur de templo corporis Sui.

22. Quando itaque resuscitatus est ex mortuis, recordati sunt discipuli Ipsius, quod hoc dixisset Ipsis: ideoque credidérunt Scripturæ, & verbo, quod dixit JESUS.

23. Quum autem erat in Hierosolymis in paschate in festo, multi crediderunt in nomen Ipsius, videntes Ipsius signa, quæ faciebat.

24. Ipse tamen JESUS non credidit seipsum illis, propterea quod cognoscebat omnes.

25. Et quia non opus habebat, ut quis testaretur de homine: Ipse enim cognoscebat, quid esset in homine.

CAP. III.

Partes habet duas. I. Continet Colloquium JESU & Nicodemi super ingressu in regnum cœlorum. à v.1. II. Quæstionem de purificatione Iohannis Baptistæ propositam, ejusq; solutionem. à v.22.

ERat verò homo ex Pharisæis, Nicodemus nomen illi, princeps Judæorum.

2. Hic venit (*tum*) ad JESUM noctu, dicebatque Ipsi; Rabbi, scimus, quod à DEO veneris doctor: nemo enim hæc signa potest facere, quæ Tu facis, nisi sit DEUS cum illo.

3. Respondit JESUS, & dixit illi; Amen, Amen, dico tibi, nisi quis genere-tur denuò, non potest videre regnum DEI.

4. Dicit ad Ipsum Nicodemus; Quomodo potest homo generari, cum senex est? num potest in uterum matris suæ secundùm ingredi, & generari?

5. Respondit JESUS; Amen, Amen, dico tibi, nisi quis generatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest ingredi in regnum DEI.

6. Quod natum est è carne, caro est: sed quod generatum est è Spiritu, Spiritus est.

7. Ne miteris, quod dixi tibi, oportet vos generari denuò.

8. Spiritus, ubi vult, spirat, & vocem ejus audis: atqui non scis, unde veniat, aut quò abeat: sic est omnis, qui generatus est è spiritu.

9. Respondit (*tamen*) Nicodemus, & dixit Ipsi; quomodo possunt (*etiam*) hæc fieri?

10. Respondit (*itaq;*) JESUS, & dixit illi; Tune es magister in Israël, & hæc non nosti?

11. Amen, Amen, dico tibi; quia quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur: attamen testimonium nostrum non accipitis.

12. Si terrena dixi vobis, nec creditis: quomodo si dixero vobis supracœlestia, crederis?

13. Nemo etiam ascendit in cœlum (*unquam,*) nisi qui è cœlo descendit, Filius Hominis, qui (*adhuc*) in cœlis est.

14. Unde sicut [a] Moses exaltavit ser- a) *Num. 21,8.* pentem in deserto, (*ut omnis credens sanaretur:*) ita oportet exaltari Filium hominis;

15. Ut omnis, qui credit in Ipsum non pereat, sed vitam æternam habeat.

16. Adeò namque [b] dilexit DEUS b) *1. Joh. 4,9.* mundum, ut Filium Suum unigenitum dederit, ut omnis, qui credit in Ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

17. Non enim misit DEUS Filium Suum, in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per Ipsum.

18. Qui credit in Ipsum, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credidit in Nomen unigeniti Filii DEI.

19. Hoc autem est judicium, quod c) *1. Joh. 1, 5.* [c] Lux venit in mundum; sed dilexerunt homines magis tenebras, quàm Lucem erant enim opera eorum mala.

20. Omnis (*nimirum*) qui mala facit, odit

odit lucem, & non venit ad lucem, ne coarguantur opera ejus.

21. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur ejus opera; quoniam in DEO facta sunt.

22. Posthæc venit JESUS & discipuli Ipsius in Judæam terram, & ibi conversa- d) *Joh. 4,1.2.* tus est cum illis, ac [d] baptizavit.

23. Erat verò etiam Joannes baptizans in Ænon prope Salem; quia aquæ multæ erant ibi: quo accesserunt, & baptizabantur.

24. Nondum enim erat conjectus in custodiam Joannes.

25. Facta itaque est quæstio (*quibusdam*) ex discipulis Joannis cum Judæis de mundatione. *vilem sullisit ut mundi*

26. Ideò venerunt ad Joannem, dixeruntque illi; Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibebas, ecce, hic baptizat (*etiam*) & omnes veniunt ad Ipsum.

27. Respondit Joannes, & dixit; Non potest (*jure*) homo sumere quicquam, nisi sit datum illi è cœlo.

28. Ipsi vos mihi testes estis, quod dixerim, non sum ego Christus, sed quod missus coram Ipso.

29. Qui habet sponsam, sponsus est: Amicus autem Sponsi, qui stat & audit ipsum, gaudio gaudet ob vocem Sponsi: hoc ergò gaudium meum impletum est.

30. Ipsum oportet crescere, me verò diminui.

31. Qui desuper veniens (*est,*) supra omnes est: qui est ex terra, ex terra est, ita ut ex terra loquatur; qui autem è cœlo (*est*) veniens, supra omnes est.

32. Et quod vidit ac audivit, hoc testatur: testimonium tamen Ipsius nemo accipit.

33. Quisquis accipit (*verò*) Ipsius testimonium, obsignavit, quod DEUS verax sit.

34. Quem enim Pater misit (*tantùm,*) verba DEI loquitur: non enim ex mensura dedit DEUS (*Illi*) Spiritum.

35. Pater amat Filium, & omnia dedit in manum Ipsius.

36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui verò [e] non credit Filio, e) *1. Joh. 4,12.* non videbit vitam; sed ira DEI manet super illo.

CAP. IV.

Partes habet duas. I. Est iter Christi in Galilæam per Samariam. à v.1. II. Adventus Christi in Galilæa. à v.43. Illa habet in primis acta cum muliere Samaritana, & civibus Sichariis. in hac filius Regis sanatus est à Christo.

QUum ergò cognovit Dominus, quod audivissent Pharisæi, quod JESUS plures discipulos faceret, & [a] bapti- a) *Joh 3. 22.* zaret, quam Joannes.

2. Quanquam JESUS Ipse non baptizabat, sed discipuli Ipsius.

3. Dereliquit Judæam, & abivit iterum in Galilæam.

4. Oportebat autem Eum pertransire per Samariam (*terram*)

5. Venit ergò in urbem Samariæ, dictam Sichar propè agrum, quem [b] de- b) *Gen. 48,22.* dit Jacob Josepho filio suo.

6. Erat autem ibi fons Jacobi. JESUS itaque fessus ex itinere, consedit sic apud fontem: Hora erat quasi sexta.

7. (*Tum*) venit mulier ex Samaria ad hauriendum aquas: cui dicit JESUS; da mihi bibere.

8. Nam discipuli Ipsius abierant in urbem, ut cibos emerent.

9. Dicit ergò Ei mulier Samaritis; Quomodo Tu, cum sis Judæus, à me, quod bibas, petis, muliere Samaritide? Non enim utuntur Judæi (*potu*) cum Samaritanis.

10. Respondit JESUS, & dixit illi; Si scires donum DEI, &, quis sit, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu peteres ab eo, ut daret tibi aquam viventem.

11. Dicit Ipsi mulier; Domine; neque hauriendi instrumentum habes, & puteus est profundus: unde ergò habes aquam viventem?

12. Num Tu major es Patre nostro Jacobo, qui dedit nobis puteum & ipse ex eo bibit, & filii illius & pecora illius?

13. Respondit JESUS, & dixit illi; Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterùm.

14. Qui

14. Qui verò biberit ex aqua, quam Ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ, ſalientis in vitam æternam.

15. Dicit ad Ipſum mulier; Domine, da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neque veniam huc ad hauriendum.

16. Dicit illi JESUS; Abi, voca maritum tuum, & veni huc.

17. Reſpondit mulier, & dixit; Non habeo maritum. Dicit ei JESUS; Benè dixiſti; quia virum non habeo.

18. Quinque enim maritos habuiſti; ſed quem nunc habes, non eſt tuus maritus. Hoc verum (*eſt, quod*) dixiſti.

19. Dicit Ipſi mulier; Domine, video, quod Propheta ſis Tu.

20. Patres noſtri in hoc monte adora-
c) *1. Reg.* runt: at vos dicitis, quod [c] in Hiero-
8. 29. ſeq. ſolyma ſit locus, ubi oporteat adorare.

21. Dicit illi JESUS; Mulier, crede Mihi, quod veniat hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrem.

d) *2. Regum 17, 29. ſeq.* 22. Vos adoratis, [d] quod non ſcitis: nos adoramus, quod ſcimus; quia ſalus ex Judæis eſt.

23. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Nam etiam Pater tales poſtulat, qui adorent Ipſum.

e) *2 Cor. 3, 17.* 24. [e] Spiritus (*eſt*) DEUS; ideò eos, qui adorant Ipſum, in Spiritu & veritate oportet adorare.

25. Dicit Ipſi mulier; Scio, quod Meſſias veniat, qui dicitur CHRISTUS: quando venerit Ille, annuntiabit nobis omnia.

26. Dicit illi JESUS; Ego ſum, qui loquor tibi.

27. In hoc verò venerunt diſcipuli Ipſius, & mirati ſunt, quod cum muliere loquetetur. Nemo quidem tamen dixit; Quid quæris, aut, quid loqueris illi.

28. Reliquit igitur hydriam ſuam mulier, & abiit in urbem, dicitque hominibus;

29. Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæ feci. Num quid hic ſit CHRISTUS?

30. Exiverunt ergò ex urbe, & venerunt ad Ipſum.

31. Interea rogarunt Ipſum diſcipuli, dicentes; Rabbi, ede.

32. Ipſe verò dixit ipſis; Ego cibum habeo, quem edam, quem vos neſcitis.

33. Dicebant ergo diſcipuli ad ſe invicem; Num quis attulit Ipſi, quod comederet?

34. Dicit illis JESUS; Cibus Meus eſt, ut faciam voluntatem Ejus, qui miſit Me, & perficiam Ipſius opus.

35. Nonne vos dicitis, quod adhuc quadrimeſtre ſit, donec meſſis veniat? Ecce, dico vobis; Tollite oculos veſtros, & ſpectate agros, quod [f] albæ ſint ad meſſem jamjam. f) *Matt. 9, 37. Luc. 10, 2.*

36. Et qui metit, mercedem accipiet, & colliget fructum in vitam æternam, ut & qui ſeminat ſimul gaudeat, & qui metit.

37. In hoc namque verbum eſt verum, quod alius ſit, qui ſeminet, & alius, qui metat.

38. Ego miſi vos ad metendum, quod vos non laboraſtis: alii laborarunt; vos autem in laborem eorum ingreſſi eſtis (*ad metendum.*)

39. Cæterum ex urbe iſtâ multi crediderunt in Ipſum Samaritanorum, propter verbum mulieris, quæ confirmavit; quia dixit mihi omnia, quæ feci.

40. Quando ergo venerunt ad Ipſum Samaritæ, rogarunt Ipſum, ut maneret apud illos: ideoque manſit ibi duos dies.

41. Tum multò plures crediderunt propter verbum Ipſius.

42. Mulierique dixerunt; Quia non amplius propter loquelam tuam credimus: ipſi enim audivimus, & ſcimus, quod hic ſit verè Salvator mundi, CHRISTUS.

43. Poſt vero duos dies exivit inde, & abiit in Galilæam.

44. Ipſe namque JESUS teſtatus eſt, [g] quod Propheta in propria patria honorem non habeat. g) *Mat. 13, 57. Marc. 6, 4. Luc. 4, 24.*

45. Quando ergo venit in Galilæam, ſuſceperunt Ipſum Galilæi, qui omnia viderant, quæ fecerat in Hieroſolymis in feſto. Ipſi enim etiam venerant in Feſtum.

46. Ve-

46. Venit itaque JESUS iterùm in Ka-
h) *Joh. 2, 8.* nam Galilææ, [h] ubi fecerat aquam vinum. Cæterum erat quidam Regius, cujus filius ægrotabat in Kapernaum.

47. Hic, quum audiſſet, quod JESUS veniſſet è Judæa in Galilæam, abiit ad Ipſum, & rogavit Ipſum, ut deſcenderet, ſanaretque filium ſuum: futurum enim erat, ut moreretur.

48. Dixit ergò JESUS ad illum; Si non ſigna & miracula videatis, non creditis,

49. Dicit ad Ipſum Regius; Domine, deſcende, priuſquam moriatur puer meus.

50 Dicit illi JESUS; Abi: filius tuus vivit. Credidit itaque homo verbo, quod dixit illi JESUS, & abibat.

51. Jam verò adhuc (*eo*) deſcendente, ſervi illius occurrerunt illi, & annuntiarunt, dicentes; Filius tuus vivit.

52. Scrutatus itaque ab iis horam, in qua melius habuiſſet: qui dixerunt illi; quia heri hora ſeptima reliquit eum febris.

53. Cognovit ergò pater, quod in ea hora, in qua dixerat ipſi JESUS; quia Filius tuus vivit: ideoque credidit Ipſe, & tota domus illius.

54. Hoc iterum ſecundum ſignum fecit JESUS, poſtquam venit è Judæa in Galilæam.

CAP. V.

Partes habet duas. I. Eſt ſanatio ægroti per triginta octo annos à Chriſto facta. à v. 1. II. Diſputatio Chriſti cum Judæis ſuper Sabbatho, ſuaq; perſona & poteſtate. à v. 16.

POſt hæc erat Feſtum Judæorum: ideò aſcendit JESUS in Hieroſolymam.

2. Eſt autem in Hieroſolymis juxta Probaticam (*ovilem*) lacus, quæ cognominatur hebraicè Bethesda (*h.e. domus miſericordiæ*) quinque ſtoas habens.

3. In his jacebat multitudo ingens ægrotorum, cœcorum, claudorum, aretactorum, expectantium aquæ motum.

4. Angelus enim certo tempore deſcendebat in lacum, & commovit aquam: qui ergò prius ingrediebatur poſt motum aquæ, ſanus factus eſt, quocunque denique teneretur morbo.

5. Erat autem quidam homo ibi triginta octo annos habens in morbo.

6. Hunc videns JESUS jacentem, & ſciens, quod multum jam tempus haberet, dicit illi; Viſne ſanus fieri?

7. Reſpondit Ipſi ægrotus; Domine, hominem non habeo, ut, quando commovetur aqua, mittat me in lacum: dum verò venio ego, alius ante me deſcendit.

8. Dicit illi JESUS; ſurge, tolle lectum tuum, & ambula.

9. Ita ſtatim factus eſt ſanus homo, ſuſtulitque lectum ſuum, & ambulabat. Erat autem Sabbathum in illa die.

10. Dicebant ergò Judæi ſanato; [a] i) *Ier. 17, 21.* Sabbatum eſt: non licet tibi portare lectum.

11. Reſpondit illis; Qui fecit me ſanum, Ille mihi dixit; tolle lectum tuum, & ambula.

12. Interrogarunt ergò illum; quis eſt ille homo, qui dixit tibi; tolle lectum tuum, & ambula?

13. Sanatus autem non ſciebat, quiſnam eſſet. JESUS enim evaſerat, cum turba eſſet in loco.

14. Poſt hæc invenit illum JESUS in templo, dixitque illi; vide, ſanus factus es: ne amplius pecca, ne pejus quid tibi fiat.

15. Abiit homo, & annuntiavit Judæis, quod JESUS eſſet, qui feciſſet illum ſanum.

16. At propter hoc perſecuti ſunt JESUM Judæi, & quæſiverunt Ipſum occidere, quod hæc feciſſet in Sabbato.

17. JESUS verò reſpondit illis; Pater Meus uſque nunc operatur (*in Sabbato:*) ideò etiam Ego operor (*in Sabbato*)

18. Propterea itaque magis quærebant Ipſum Judæi interficere, quod non tantum Sabbatum ſolviſſet: ſed etiam Patrem proprium dixiſſet DEUM, parem Seipſum faciens DEO.

19. Reſpondit ergò JESUS, & dixit illis; Amen, Amen, dico vobis; Non poteſt Filius facere à ſeipſo quicquam, niſi quid

viderit Patrem facientem: quæ namque Ille facit, hæc etiam Filius similiter facit.

20. Nam Pater amat Filium, & omnia monstrat Ipsi, quæ Ille facit: & majora his monstrabit Ei opera, ut vos miremini.

21. Quemadmodum enim Pater suscitat mortuos, & vivificat: ita etiam Filius quos vult vivificat.

22. Neque enim Pater judicat quenquam, sed judicium omne dedit Filio.

23. Ut omnes honorent Filium, quemadmodum honorant Patrem. Qui non honorat Filium: non honorat Patrem, qui misit Ipsum.

24. Amen, Amen, dico vobis, quod qui verbum Meum audit, & credit ei, qui misit Me, habeat vitam æternam, & in judicium non veniat, sed transcenderit è morte ad vitam.

25. Amen, Amen, dico vobis, quod veniat hora, quando mortui audient vocem Filii DEI, & qui audient, vivent.

26. Quemadmodum enim Pater habet vitam in Scipso: ita dedit etiam Filio vitam habere in Scipso.

27. Et potestatem dedit Ipsi etiam judicium faciendi; quia Filius Hominis est.

28. Ne miramini hoc: quoniam venit hora, in quâ omnes, qui in monumentis (*sunt*,) audient vocem Ipsius:

b) *Dan. 12, 2. Matth. 25, 46.* 29. [b] Et exibunt: qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala fecerunt, in resurrectionem judicii.

30. Non possum Ego facere a Meipso quicquam: quemadmodum audio, judico, & judicium Meum justum est: quia non quæro voluntatem Meam, sed voluntatem Ejus, qui misit Me, Patris.

31. Si Ego testificor de Meipso (*tantùm*,) testimonium Meum non est verum.

c) *Matt. 3, 17.* 32. [c] Alius est, qui testificatur de Me, & scio, quod verum sit testimonium, quod testatur de Me.

d) *Joh. 1, 19.* 33. Vos [d] misistis ad Joannem, & testis fuit veritati.

34. Ego tamen non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico, ut salvemini.

35. Ille erat lumen ardens & lucens: sed vos voluistis exultare ad tempus in lumine illius.

36. Ego verò habeo testimonium majus, quam Joannis: opera namque, quæ dedit Mihi Pater, ut perficiam ea, eadem opera, quæ Ego facio, testantur de Me, quod Pater Me miserit.

37. Imò qui misit Me Pater, Ipse testatus est de Me: neque vocem Ipsius audivistis unquam, neque speciem Ipsius vidistis: *Joh. 1, 18. Matth. XI, 27 Luc. X, 22.*

38. Et verbum Ipsius non habetis manens in vobis, quia quem misit Ille, huic vos non creditis.

39. Scrutamini Scripturas: quia vos (*& rectè*) existimatis, quod in iis vitam æternam habeatis: atqui illæ sunt, quæ testantur de Me.

40. Non vultis tamen venire ad Me, ut vitam habeatis.

41. Gloriam ab hominibus non accipio.

42. Sed cognovi vos, quod amorem DEI non habeatis in vobis ipsis.

43. Ego veni in Nomine Patris Mei: non tamen accipitis Me. Si alius venerit in nomine proprio, illum accipietis.

44. Quomodo potestis vos credere, gloriam à vobis invicem sumentes? at gloriam, quæ à solo DEO est, non quæritis.

45. Ne existimate, quod Ego accusaturus sim vos apud Patrem. Est, qui accusat vos Moses, in quem vos speratis.

46. Si enim crederetis Mosi, crederetis Mihi: de [e] Me enim ille scripsit.

e) *Gen. 3, 15. 22, 18. 49, 10. Deut. 18, 15.*

47. Quod si illius literis non creditis, quomodo Meis verbis credetis?

CAP. VI.

Partes habet tres. Quarum I. est abitus Christi trans mare Galilææ: ubi in primis cibatio miraculosa turbæ 5000. hominum. à v. 1. II. Reditus ejus in Gahlæam miraculosus per ambulationem super aquis maris. à v. 16. III. Acta Capernaitica, partim cum Judæis, partim cum discipulis Christi. à v. 25.

Post

POst hæc abiit JESUS trans mare Galilææ, Tyberiadis.

2. Sed secutæ est Ipsum turba multa: quia viderunt ipsius signa, quæ faciebat in ægrotantibus.

3. Ascendit verò in montem JESUS, ibique sedit cum discipulis Suis.

a) *Lev. 23, 5. Deuter. 16, 16.* 4. Erat autem propè [a] Pascha festum Judæorum.

b) *Mat. 14, 15. Marc. 6, 35. Luc. 9, 12.* 5. [b] Tollens itaque JESUS oculos, & videns, quod multa turba veniret ad Se, dicit ad Philippum; unde ememus panes, ut comedant hi?

6. Hoc autem dixit tentans illum: Ipse enim sciebat, quid facturus esset.

7. Respondit Ipsi Philippus; ducentorum denariorum panes non sufficiunt illis, ut quilibet illorum parvum quid accipiat.

8. Dicit (*tamen*) Ipsi unus ex discipulis Illius, Andreas, frater Simonis Petri;

9. Est puerulus unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisciculos: sed hæc quid sunt in tam multos?

10. Dixit verò JESUS; Facite, ut homines accumbant: Erat autem gramen multum in loco. Accubuerunt itaque viri, quoad numerum, quasi quinquies mille.

11. Accepit verò panes JESUS, & gratias agens dedit discipulis; discipuli autem accumbentibus: similiter etiam de pisciculis, quantum voluerunt.

12. Quum verò saturati sunt, dicit discipulis Suis; colligite superflua fragmenta, ne quid pereat.

13. Collegerunt itaque, & implerunt duodecim cophinos fragmentorum quinque panum hordeaceorum, quæ superetant iis, qui comederunt.

14. Homines ergò videntes, quod fecit signum JESUS, dixerunt; quia hic est revera Prophera qui venturus est in mundum.

15. JESUS ergò, sciens, quod essent venturi & rapturi Se, ut facerent Se regem, discessit iterum in montem Ipse solus.

16. Quum verò vespera facta est, descenderunt discipuli Ipsius ad mare,

c) *Matt. 14, 22. Marc. 6, 45.* 17. et postquam [c] ingressi sunt in navigium, venerunt trans mare in Kapernaum: & tenebræ jam factæ erant; sed non venit ad illos JESUS.

18. Mare verò, vento magno spirante, commotum est.

19. Provecti ergò quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident JESUM ambulantem super mari, & propè navigium factum; ideoque extimuerunt.

20. Ipse verò dixit ipsis; Ego sum, ne timete.

21. Voluerunt ergò accipere Ipsum in navigium: sed statim navigium fuit apud terram, ad quam tendebant.

22. Postridiè turba, quæ stabat trans mare, videns, quod navigiolum aliud non esset ibi, nisi unum illud, in quod ingressi erant discipuli Ipsius, & quod non una venisset ingressus cum discipulis Suis JESUS in navigiolum, sed soli discipuli Ipsius abiissent.

23. Alia interea veniunt navigiola è Tiberiade propè locum, ubi comederant panem, gratias agente Domino:

24. Quum ergò (*inquam*) vidit turba, quod JESUS non esset ibi, neque discipuli Ipsius, ingressi sunt etiam ipsi in navigia, veneruntque in Capernaum, quærentes JESUM.

25. Et postquam invenerunt Ipsum trans mare, dixerunt Ipsi; Rabbi, quando huc venisti?

26. Respondit illis JESUS, dixitque; Amen, Amen, dico vobis; Quæritis Me, non quod vidistis signa; sed quia comedistis de panibus, & saturati estis.

27. Operamini cibum, non qui perit, sed cibum, qui manet in vitam æternam, quem Filius hominis vobis dabit: hunc enim Pater obsignavit DEUS.

28. Dixerunt ergò ad Ipsum; quid faciemus, ut operemur opera DEI?

29. Respondit JESUS & dixit illis; Hoc est opus DEI, ut credatis in eum, quem misit Ille.

30. Dixerunt ergò Ipsi; Quodnam igitur facis Tu signum, ut videamus, & credamus Tibi? quid operaris?

d) *Exod. 16, 14. 15. Numer. 11, 8. Psal. 78, 24. Sap. 16, 20.* 31. [d] Patres nostri Manna comederunt in deserto, sicut scriptum est; panem è cœlo dedit illis ad edendum.

32. Dixit ergò illis JESUS; Amen,

Amen, dico vobis; non Moſes dedit vobis panem è cœlo: ſed Pater Meus dat vobis panem è cœlo verum.

33. Panis namque DEI eſt qui deſcendit è cœlo, & vitam dat mundo.

34. Dixerunt itaque ad Ipſum; Domine, ſemper da nobis panem hunc.

35. Dixit autem illis JESUS; Ego ſum panis vitæ: qui venit ad Me, non eſuriet; & qui credit in Me, non ſitiet unquam.

36. Sed dixi vobis, quod & videritis Me, & non credatis (*tamen*)

37. Omne, quod dat Mihi Pater, ad Me veniet: & venientem ad Me, non ejiciam foràs.

38. Quia deſcendi è cœlo, non ut faciam voluntatem Meam, ſed voluntatem Ejus, qui miſit Me.

39. Hæc autem eſt voluntas Ejus, qui miſit Me, Patris, ut, quantum ad omne, quod dedit Mihi, non perdam ex illo, ſed reſuſcitem illud in extremo die.

40. Hæc verò (*etiam*) eſt voluntas Ejus, qui miſit Me, ut omnis, qui videt Filium, & credit in Ipſum, habeat vitam æternam & reſuſcitem illum Ego in extremo die.

41. Murmurarunt ergò Judæi de hoc, quod dixit; Ego ſum panis, qui deſcendit e cœlo:

c) *Matt. 13,55.* 42. Dixerunque; [e] Nonne hic eſt JESUS, filius Joſephi, cujus nos novimus patrem & matrem? quomodo ergò dicit hic; quia è cœlo deſcendi?

43. Reſpondit ergò JESUS, & dixit illis; ne murmurate vobiſcum invicem.

44. Nemo poteſt venire ad Me, niſi Pater, qui miſit Me, traxerit illum: & Ego reſuſcitabo illum extremâ die.

f) *Eſa. 54,13.* 45. Eſt [f] ſcriptum in Prophetis; Et erunt omnes docti DEI. Omnis itaque, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad Me.

g) *Matt. 11,27. Joh. 1,18.* 46. Non, [g] quod Patrem viderit quis, niſi qui eſt apud Patrem: hic vidit Patrem.

47. Amen, Amen, dico vobis; qui credit in Me, habet vitam æternam.

48. Ego ſum panis vitæ.

49. Patres veſtri [h] comederunt Manna in deſerto, & mortui ſunt. h) *Exod. 16,15.*

50. Hic eſt panis, qui è cœlo deſcendit, ut quis ex eó comedat, & non moriatur.

51. Ego ſum panis vivens, qui è cœlo deſcendit: ſi quis comederit ex hoc pane, vivet in ſeculum. Panis verò etiam, quem Ego dabo, caro Mea eſt, quam Ego dabo pro mundi vita.

52. Pugnarunt itaque inter ſe invicem Judæi, dicentes; Quomodo poteſt Hic nobis dare carnem ad comedendum?

53. Dixit ergò illis JESUS; Amen, Amen, dico vobis: Niſi comederitis carnem Filii Hominis, & biberitis Ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis ipſis.

54. Qui manducat Meam carnem, & bibit Meum ſanguinem, habet vitam æternam: & Ego reſuſcitabo illum extremâ die.

55. Nam caro Mea eſt verè cibus, & ſanguis Meus verè eſt potus.

56. Qui manducat Meam carnem, & bibit Meum ſanguinem, in Me manet, & Ego in ipſo.

57. Quemadmodum miſit Me vivens Pater, Ego etiam vivo propter Patrem: & qui manducat Me, etiam ille vivet propter Me.

58. Hic eſt panis, qui è cœlo deſcendit: non ſicut comederunt Patres veſtri manna, & mortui ſunt: (*ſed*) qui manducat hunc panem, vivet in ſeculum.

59. Hæc dixit in Synagoga, docens in Capernaum.

60. Multi ergò qui audiverunt, ex diſcipulis Ipſius dixerunt; Durus eſt hic ſermo; quis poteſt eum audire?

61. Cum verò noſſet JESUS in Seipſo, quod murmurent de hoc diſcipuli Sui, dixit illis; Hocne vos ſcandalizat?

62. Si ergò videritis Filium Hominis aſcendentem, ubi erat prius?

63. Spiritus eſt, qui vivificat: caro non prodeſt quicquam. Verba, quæ Ego loquor vobis, ſpiritus ſunt, & vita ſunt.

64. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt.

credunt. Scivit enim à principio JESUS, qui erant non credentes, & quis eſſet, qui traditurus eſſet Ipſum.

65. Et dixit: Propter hoc dixi vobis, quod nemo poſſit venire ad Me: niſi eſſet datum illi ex Patre Meo.

66. Ex hoc multi abiverunt diſcipulorum Ipſius in ea, quæ retrò, & non amplius cum Ipſo ambulabant.

67. Dixit ergò JESUS ad duodecim, num etiam vos vultis abire?

68. Reſpondit ergò Ipſi Simon Petrus; Domine, ad quem abibimus? verba vitæ æternæ habes.

i) *Matt. 16,16.* 69. Et [i] nos credidimus & cognovimus, quod Tu ſis CHRISTUS, Filius DEI viventis.

70. Reſpondit illis JESUS; Nonne Ego vos duodecim elegi; at è vobis unus eſt diabolus?

71. Dixit autem Judam Simonis Iſcarioten: hic enim proditurus Ipſum erat: cum unus (*tamen*) eſſet ex duodecim.

CAP. VII.

Partes habet quatuor. Quarum I. IEſus Hieroſolymam aſcendens. à v. 1. II. IEſus Hieroſolymis à Judæis quæſitus. à v. 11. III. IEſus in templo Hieroſolymitano docens à v. 14. IV. IEſus à Sacerdotibus & Phariſæis inſidiis petitus. à v. 43.

VErſabatur poſt hæc JESUS in Galilæa: non enim volebat in Judæa verſari, quia quærebant Ipſum Judæi occidere.

a) *Lev. 23,34.* 2. Erat autem propè [a] feſtum Judæorum, Scenopegia.

3. Dixerunt itaque ad Ipſum fratres Ipſius: Tranſi hinc, & abi in Judæam, ut etiam diſcipuli Tui videant opera Tua, quæ facis.

4. Nemo enim in occulto quid facit, & quærit is in ore omnium eſſe. Si hæc facis, manifeſta Teipſum mundo.

5. Nam nec fratres Ipſius credebant in Ipſum.

6. Dicit ergò illis JESUS; Tempus Meum nondum adeſt: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

7. Non poteſt mundus odiſſe vos: Me autem odit, quia Ego teſtor de ipſo, quod opera illius mala ſint.

8. Vos aſcendite in feſtum hoc: Ego nondum aſcendo in feſtum hoc, quia tempus Meum nondum impletum eſt.

9. Hæc cùm dixiſſet illis, manſit in Galilæâ.

10. Poſtquam verò aſcenderant fratres Ipſius: tunc Ipſe aſcendit ad feſtum; Non manifeſtè, ſed quaſi in occulto.

11. Judæi itaque quæſiverunt Ipſum in feſto, & dixerunt; ubi eſt Ille.

12. Et murmur ingens de Ipſo erat in turbis: quidam quidem dixerunt, quia bonus eſt: alii verò dixerunt; non, ſed ſeducit turbam.

13. Nemo licet libero ore loquutus ſit de Ipſo, propter timorem Judæorum.

14. Sed cum jam medium eſſet feſtum, aſcendit JESUS in templum, & docuit.

15. Tum verò mirati ſunt Judæi, dicentes; Quomodo (*ſacras*) Hic literas novit, cum eas non didicerit?

16. Reſpondit illis JESUS, & dixit; Mea doctrina non eſt Mea, ſed Ejus, qui miſit Me.

17. Si quis voluerit voluntatem Illius facere, cognoſcet de doctrina, utrum è DEO ſit, an à Meipſo loquar.

18. Qui à ſeipſo loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam Ejus, qui miſit Ipſum, hic verus eſt, & injuſtitia in Ipſo non eſt.

19. Nonne Moſes [b] dedit vobis legem? at nemo ex vobis facit legem? Quid Me quæritis interficere? b) *Exod. 24,3.*

20. Reſpondit turba, & dixit; dæmonium habes. Quis Te quærit interficere?

21. Reſpondit JESUS, & dixit illis; Unum opus feci, & omnes miramini.

22. Propterea [c] Moſes dedit vobis circumciſionem, [non quod ex Moſe ſit, ſed ex patribus] & in Sabbato circumciditis hominem. c) *Gen. 17,10. Lev. 12, 3.*

23. Si circumciſionem accipit homo in Sabbato, ita ut non ſolvatur lex Moſis: Mihine (*juſtè*) iraſcimini, quod totum hominem ſanum feci in Sabbato?

d) *Deut. 1, 16. 17.*

24. [d] Ne judicate ſecundum aſpectum, ſed juſtum judicium judicate.

25. Dixerunt ergò quidam ex Hieroſolymitanis; Nonne hic eſt, quem quærebant interficere?

26. Sed ecce, libero ore loquitur, & nihil Ipſi dicunt. Ergone verè agnoverunt principes, quod hic verè ſit CHRISTUS.

27. Sed hunc novimus, unde ſit: CHRISTUS autem quando venit, nemo ſcit, unde ſit.

28. Clamavit ergò in templo docens JESUS ac dicens; Et Me noſtis, & ſcitis, unde ſim: à Me Ipſo tamen non veni; ſed eſt verax, qui miſit Me, quem vos non noſtis.

29. Ego autem novi Illum, quia ab Illo ſum, & Ille miſit Me.

30. Quare quæſiverunt Ipſum prehendere: nemo tamen injecit in Ipſum manum; quia nondum venerat hora Ipſius.

31. Multi verò de turba crediderunt in Ipſum, dixeruntque; quia CHRISTUS quando venerit, numquid plura ſigna his faciet, quæ hic fecit?

32. Audiverunt Phariſæi turbam murmurantem de Ipſo hæc: ideoque miſerunt Phariſæi & principes Sacerdotum miniſtros, ut prehenderent Ipſum.

c) *Joh. 13, 33.*

33. Dixit itaque illis JESUS; [e] Adhuc breve tempus vobiſcum ſum: abeo enim ad Eum, qui miſit Me.

34. (*Tum*) quæretis Me, ſed non invenietis: & ubi Ego ſum, vos non poteſtis (*eò*) venire.

35. Dixerunt ergò Judæi, inter ſe; quò Hic abiturus eſt, quod nos non inveniemus Ipſum? num in diſperſionem Græcorum abiturus eſt? & docturus Græcos?

36. Quodnam eſt verbum hoc, quod dixit; quæretis Me, ſed non invenietis? Et; Ubi ſum Ego, (*eò*) vos non poteſtis venire?

f) *Lev. 23, 36.* g) *Eſa. 44, 3. Joel. 2, 28 Act. 2, 1. ſ.*

37. In [f] ultima autem die, quæ erat magna feſti, ſtetit JESUS, & clamavit, dicens; Si quis ſitiverit, veniat ad Me, & bibito.

38. Quiſquis credit in Me, [g] ſicut dixit ſcriptura, flumina è ventre illius fluent aquæ viventis.

39. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in Eum: nondum enim erat Spiritus Sanctus; quia JESUS nondum glorificatus erat.

40. Multi ergò è turba audientes Verbum, dixerunt, Hic eſt verè Propheta.

41. Alii dixerunt; Hic eſt CHRISTUS. Alii verò dixerunt; Num ergò ex Galilæa CHRISTUS venturus eſt?

h) *Mich. 5, 1. Matth. 2, 56.*

42. Nonne Scriptura dixit, quod ex ſemine Davidis, & ex [h] Bethleem, oppido, ubi David erat, CHRISTUS venturus eſt?

43. Diſſenſus itaque factus eſt in turba propter Ipſum:

44. Quidam quidem ex illis volebant prehendere Ipſum: ſed tamen nullus injecit in Ipſum manus.

45. Venerunt itaque miniſtri ad principes Sacerdotum & Phariſæos: qui dixerunt iis; quare non adduxiſtis Ipſum?

46. Reſponderunt miniſtri; nunquam ita locutus eſt homo, ſicut hic homo.

47. Reſponderunt ergò Phariſæi illis; Ergone etiam vos ſeducti eſtis?

48. Num quis ex principibus credidit in Ipſum, aut ex Phariſæis

49. Sed turba hæc, quæ non novit legem, maledicti ſunt.

i) *Joh. 3. 2.*

50. Dicit Nicodemus ad ipſos, [i] qui venerat noctu ad Ipſum, (&) qui erat unus ex illis;

k) *Deut. 19, 15.*

51. Num [k] Lex noſtra damnat hominem, niſi audiverit de eo prius, & cognoverit, quid fecerit?

52. Reſponderunt & dixerunt ei; num etiam tu è Galilæâ es? Scrutare, & vide, quod Propheta è Galilæa non ſurrexerit.

53. Tum abiit quiſque in domum ſuam.

CAP. IIX.

Partes habet tres. I. Eſt tentatio Chriſti à Phariſæis facta, producta in medium muliere adultera, à v. 1. II. Contentio Phariſæorum & Judæorum ſuper contentibus Chriſti. à v. 12. III. Actio Chriſti cum Judæis hypocriticè converſi, ipſumq; tandem lapidare conantibus. à v. 31.

JESUS

JEsus autem abiit in montem olivarum.

2. Manè autem iterum pervenit in templum, & omnis populus venit ad Ipſum: ideò ſedens docebat eos.

3. Sed ducunt Scribæ & Phariſæi ad Ipſum mulierem, in adulterio deprehenſam: Quam ſtatuentes in medio,

4. Dicunt Ipſi; Magiſter, hæc mulier deprehenſa eſt in ipſo facto adulterium committens.

a) *Lev. 20, 10.*

5. Atqui [a] in lege Moſes nobis præcepit, tales lapidare: Tu ergò quid dicis?

6. Hoc autem dixerunt, tentantes Ipſum, ut haberent, de quo accuſarent Ipſum. JESUS autem deorſum Se incurvans digito ſcribebat in terram.

b) *Deut. 17, 7.*

7. Quum autem inſtarent interrogantes Ipſum, erigens Se dixit; [b] qui ſine peccato eſt veſtrum, primus lapidem ſuper eam jacito.

8. Iterumque deorſum incurvans Se ſcripſit in terram.

9. Illi verò audientes, & à conſcientia redarguti exiverunt unus poſt alterum, incipientes à Senioribus uſque ad extremos, ita ut relictus ſit ſolus JESUS, & mulier in medio ſtans.

10. Erigens verò ſe JESUS, & neminem videns præter mulierem, dixit huic; mulier, ubi ſunt illi accuſatores tui? nemone te condemnavit?

11. Illa autem dixit; nemo Domine: Dixit ergò illi JESUS; Neque Ego te condemno: abi, & non amplius pecca.

12. Iterùm ergò JESUS eis locutus eſt, dicens; Ego ſum lux mundi: qui Me ſequitur, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lucem vitæ.

13. Dixerunt ergò Ipſi Phariſæi: Tu de Te ipſo teſtaris: (*ideò*) teſtimonium Tuum non eſt verum.

14. Reſpondit JESUS, & dixit illis: Licet Ego teſter de Meipſo; verum (*tamen*) eſt teſtimonium Meum: quia ſcio, unde venerim, & quo abeam. Vos autem non ſcitis, unde veniam, & quò abeam.

15. Vos ſecundum carnem judicatis: Ego judico neminem.

16. Quod ſi etiam judico Ego, judicium Meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed Ego, & qui miſit Me, Pater.

c) *Deut. 17, 6. 19, 15. Matth. 18, 16. 2 Cor. 13, 1.*

17. Etiam in [c] Lege verò veſtrâ ſcriptum eſt, quod duorum hominum teſtimonium verum ſit.

18. (*Atqui*) Ego ſum, qui teſtor de Meipſo; & teſtatur de Me, qui miſit Me, Pater.

Hebr. 10, 28.

19. Dicebant ergò Ipſi; Ubi eſt Pater Tuus? Reſpondit JESUS; neque Me noſtis, neque Patrem Meum. Si Me noſſetis, etiam Patrem Meum noſſetis.

20. Hæc verba locutus eſt JESUS in Gazophylacio, docens in templo: nec quiſquam prehendit Ipſum, quia nondum venerat hora Ipſius.

21. Dixit itaque iterùm illis JESUS; Ego abeo, & quæretis Me: ſed in peccato veſtro moriemini. Quò Ego abeo, vos non poteſtis venire.

22. Dixerunt ergò Judæi; numquid occidet Seipſum, quod dicit; quò Ego abeo, vos non poteſtis venire?

23. Tum dixit illis; vos ex infernis eſtis: Ego ex ſupernis ſum: vos ex mundo eſtis hoc; Ego non ſum ex mundo hoc.

24. Ideò dixi vobis, quod morituri ſitis in peccatis veſtris. Niſi enim crediderit is, quod Ego ſim; moriemini in peccatis veſtris.

25. Dixerunt ergò Ipſi; Tu quis es? Dixit verò illis JESUS; Principium quia vobis dico.

26. Multa habeo de vobis loqui & judicare: ſed qui Me miſit, verax eſt, & Ego, quæ ab Ipſo audivi, ea loquor in mundo.

27. (*Sed*) non intellexerunt, quod Patrem ipſis loqueretur.

28. Dixit itaque illis JESUS; quando exaltaveritis Filium Hominis, tunc cognoſcetis, quod Ego ſim, & à Meipſo faciam nihil; ſed ſicut docuit Me Pater Meus, hæc loquar.

29. Et qui miſit Me, Mecum eſt: non reliquit Me ſolum Pater; quia Ego, quæ placent illi, facio ſemper.

30. Hæc

sit DEUS: hunc verò non scimus, unde sit.

30. Respondit homo, & dixit illis; In hoc nimirum mirum est, quod vos non scitis, unde sit, cùm aperuerit meos oculos:

31. Atqui scimus, quod peccatores DEUS non audiat; sed si quis DEUM colit, & voluntatem Illius facit, hunc audit.

32. A seculo non auditum est, quod aperuerit quis oculos cœci nati.

33. Si hic non esset à DEO, non posset facere quicquam.

34. Responderunt & dixerunt illi; In peccatis tu natus es totus, & tu doces nos? ejeceruntque illum foràs.

35. Audivit JESUS, quod ejecerunt illum foràs: ideò inveniens illum, dixit illi; tune credis in Filium DEI?

36. Respondit ille, & dixit; Quis est, Domine? ut credam in Ipsum.

37. Dixit verò illi JESUS; Et vidisti Ipsum, & qui loquitur tecum, Ipse est.

38. Ille autem dixit; Credo, Domine. Et adoravit Ipsum.

39. Insuper dixit JESUS; In judicium Ego in mundum hunc veni, ut non videntes videant: videntes verò, cœci fiant.

40. Audiverunt verò ex Pharisæis hæc, qui erant cum Ipso, ideoque dixerunt Illi; num etiam nos cœci sumus?

41. Dixit illis JESUS; si cœci essetis, non haberetis peccatum. Jam verò dicitis; quia videmus; ideò peccatum vestrum manet.

CAP. X.

Partes habet quatuor. I. Est defensio Christi contra suggillationem Christi. à v. 1. II. Officij Christi ulterior expositio, tanquam boni pastoris. à v. 7. III. Acta Christi cum Judæis in Encæniis Hierosolymitanis. à v. 22. IV. Abitus Christi trans Jordanem. à v. 40.

AMen, Amen, dico vobis; Qui non est ingrediens per Januam in caulam ovium; sed ascendit aliunde, is est fur, & latro.

2. Qui verò ingrediens est per januam,

3. Huic ostiarius aperit, & oves vocem illius audiunt; & proprias oves vocat nomine tenus, & educit illas.

4. Et quando proprias oves eduxerit, coram illis incedit, & oves ipsum sequuntur: quia sciunt vocem ipsius.

5. Alienum autem non sequuntur, sed fugient ab eo: quia non sciunt alienorum vocem.

6. Hanc parabolam dixit illis JESUS: illi verò non intellexerunt, qualia essent, quæ loquebatur illis.

7. Dixit itaque iterùm illis JESUS; Amen, Amen, dico vobis, quòd Ego sim ostium ovium.

8. Omnes, qui ante Me fuerunt, fures fuerunt & latrones; sed non audiverunt illos oves.

9. Ego sum ostium: per Me si quis introiverit, salvabitur: & ingredietur & egredietur, & pascuum inveniet.

10. Fur non venit, nisi ut furetur & mactet & perdat: Ego veni, ut vitam habeant, & abundantiam habeant.

11. Ego sum [a] pastor bonus: pastor bonus animam suam ponit pro ovibus. a) *Psal. 23, 1. Esa. 40, 11. Ez. 34, 11, 23*

12. Mercenarius verò, & qui non est pastor, cujus oves non sunt propriæ, videt lupum venientem, & deserit oves, fugitque; at lupus rapit eas, & dispergit oves.

13. Mercenarius verò fugit, quia mercenarius est, & non cura illi est de ovibus.

14. Ego sum pastor bonus, & cognosco Mea, & cognoscor à Meis.

15. Quemadmodum cognoscit Me Pater, etiam Ego cognosco Patrem, & animam Meam pono pro ovibus.

16. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex ovili hoc. Etiam illas oportet Me adducere, vocemque Meam audient, & fiet unus grex, unus pastor.

17. Propter hoc Pater Me amat, quod Ego pono animam Meam, ut rursus accipiam eam.

18. Nemo tollit eam à Me, sed Ego pono à Meipso: Potestatem Ego habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus accipiendi eam. Hoc præceptum accepi à Patre Meo.

19. Schisma

19. Schisma itaque rursus factum est inter Judæos propter verba hæc.

20. Dixerunt quidem ex illis multi; dæmonium habet, & insanit: quid auditis Illum?

21. Alii (*tamen*) dixerunt; Hæc verba non sunt dæmoniaci: num dæmonium potest cœcorum oculos aperire?

(b) *2. Macc. 1, 9.* 22. Fuerunt verò [b] Encænia in Hierosolymis, hyemsque erat:

23. Tumque ambulabat JESUS in templo, in stoâ Salomonis.

24. Circumdederunt ergò Ipsum Judæi, & dixerunt Illi; quousque animam nostram suspendis? Si Tu es CHRISTUS, dic nobis libero ore.

25. Respondit illis JESUS; Dixi vobis; sed non creditis. Opera, quæ Ego facio in Nomine Patris Mei, illa testantur de Me.

26. Sed vos non creditis; non enim estis ex ovibus Meis, quemadmodum dixi vobis.

27. Oves Meæ vocem Meam audiunt; & Ego cognosco eas; & sequuntur Me;

28. Et Ego vitam æternam do illis: Et non peribunt in seculum; nec rapiet quis eas è manu Patris Mei.

29. Pater Meus, qui dedit Mihi, major omnibus est: & nemo potest rapere è manu Patris Mei.

30. Ego & Pater unum sumus.

31. Sustulerunt ergò iterum lapides Judæi, ut lapidarent Ipsum.

32. Respondit illis JESUS; Multa bona opera exhibui vobis è Patre Meo: propter quale eorum opus lapidatis Me?

33. Responderunt Ipsi Judæi, dicentes; Propter bonum opus non lapidamus Te, sed propter blasphemiam; nimirum, quod Tu, cùm homo sis, Teipsum facis DEUM.

34. Respondit illis JESUS; nonne scriptum est in [c] lege vestrâ; Ego dixi, Dii estis? c) *Psal. 82, 6.*

35. Si eos dixit Deos, ad quos verbum DEI factum est, & non potest solvi Scriptura.

36. Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vosne dicitis; quia blasphemas? quod dixi, Filius DEI sum.

37. Si non facio opera Patris Mei, ne credite Mihi.

38. Si verò facio, si utique Mihi non credatis, operibus (*tamen*) credite, ut cognoscatis, & credatis, quod Pater in Me, & Ego in Patre (*sim.*)

39. Quæsiverunt ergò iterùm Ipsum prehendere; sed exiit è manu illorum.

40. Abiitque iterùm trans Jordanem, in locum, ubi erat Joannes prius baptizans, mansitque ibi.

41. Ac multi venerunt ad Ipsum, dixeruntque; quia Joannes quidem signum fecit nullum: omnia verò, quæ dixit Joannes de hoc, vera sunt.

42. Ideò crediderunt multi ibi in Ipsum.

CAP. XI.

Partes habet tres. I. Est historia de morbo, morte & resuscitatione Lazari. à v. 1. II. Consilium Pharisæorum contra JEsum. à v. 47. III. Commoratio JEsu in Ephrem. à v. 54.

ERat verò quidam ægrotus, Lazarus de Bethania, ex oppido Mariæ & Marthæ sororis hujus.

2. Erat autem Maria, quæ unxit JESUM unguento, & absterserit pedes Ipsius capillis suis. Cujus frater Lazarus ægrotabat.

3. Miserunt itaque sorores ad Ipsum, dicentes; Domine, ecce, quem amas, ægrotat.

4. Audiens autem JESUS, dixit; Hæc infirmitas non est ad mortem: sed pro gloria DEI; ut glorificetur Filius DEI per eam.

5. Amavit autem JESUS Marthan, & Sororem illius, & Lazarum.

6. Postquam ergò (*JEsus*) audivit, quod ægrotaret (*Lazarus,*) tunc quidem mansit, in quo erat loco, duos dies.

7. Deinde post hoc dicit discipulis; Abeamus in Judæam rursus.

8. Dicunt Ipsi discipuli; Rabbi; Nuper quæsiverunt Te lapidare Judæi: iterum tamen abis eò?

9. Respondit JESUS; nonne duodecim

cim horæ diei? si quis ambulat in die, non offendit: quia lucem mundi hujus videt.

10. Si quis autem ambulat in nocte, offendit: quia lux non est in ipso.

11. Hæc dixit, & post hoc dicit illis; Lazarus Amicus noster dormivit: sed abeo, ut ex somno excitem illum.

12. Dixerunt ergò discipuli Ipsius; Domine, si dormit, servabitur.

13. Dixerat verò JESUS de morte illius: at isti putarunt, quod de dormitione somni loqueretur.

14. Tunc itaque dixit illis JESUS libero ore; Lazarus mortuus est.

15. Et gaudeo propter vos, ut credatis, quod non fuerim ibi: sed (*agite*) eamus ad ipsum.

16. Dixit itaque Thomas, qui dicitur Didymus, condiscipulis; eamus etiam nos, ut moriamur cum Ipso.

17. Veniens ergò JESUS, invenit illum quatuor dies habentem in monumento.

18. [Erat autem Bethania propinqua Hierosolymæ quasi à stadiis quindecim.]

19. Unde multi ex Judæis venerant ad eas, quæ circa Martham & Mariam, ut consolarentur illas super fratre illarum.

20. Martha igitur quando audivit, quod JESUS veniret, obviam ivit Ipsi; Maria autem in domo considebat.

21. Dixit itaque Martha ad JESUM; Domine, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus.

22. Attamen etiam nunc scio, quod quæcunque petieris DEUM, daturus sit Tibi DEUS.

23. Dicit ipsi JESUS; Resurget frater tuus.

24. Dicit Ipsi Martha; Scio, quod
a) Luc. 14,14. [a] resurrecturus sit in resurrectione in extremo die.

25. Dixit illi JESUS; [b] Ego sum re-
Ioh. 5,29 6,40 b) Ioh. 14,6. surrectio & vita: qui credit in Me, etsi moriatur, vivet.

26. Omnis verò qui vivit, & credit in Me, non morietur in æternum. Credisne hoc?

27. Dicit; Næ, Domine; Ego credidi, quod Tu es CHRISTUS, Filius DEI, qui in mundum venturus erat.

28. Cumque hæc dixisset, abivit, & vocavit Mariam, sororem suam clàm, dicens; Magister adest, & vocat te.

29. Ista, quando audivit, surgit citò, & venit ad Ipsum.

30. Nondum vero venerat JESUS in oppidum: sed erat in loco, ubi obviam venit Ipsi Martha.

31. Judæi itaque qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, videntes Mariam, quod citò surrexisset, & exivisset, secuti sunt eam, dicentes; quia abit ad monumentum, ut fleat ibi.

32. Maria ergo quando venit (*eò,*) ubi erat JESUS, videns Ipsum, cecidit ad pedes Ipsius, dicens Ipsi; Domine, si fuisses hic, non mortuus fuisset meus frater.

33. JESUS itaque, cum videret eam flentem, & eos, qui cum ea venerant, Judæos flentes, infremuit spiritu, & turbavit Seipsum.

34. Et dixit; Ubi posuistis illum? dicunt Ipsi; Domine, Veni & vide.

35. Illachrymatus est JESUS.

36. Unde dixerunt Judæi; Ecce, quomodo dilexerit eum?

37. Quidam vero ex istis dixerunt; nonne poterat hic, [c] qui aperuerat oculos cœci, facere, ut etiam hic non moreretur? c) Ioh. 9 6.7.

38. JESUS itaque rursum infremens in Seipso venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis impositus super eo.

39. Dicit JESUS; tollite lapidem. Dicit Ipsi soror demortui, Martha; Domine, jam olet: quadriduanus enim est.

40. Dicit illi JESUS; Nonne dixeram tibi, quod si credares, visura esses gloriam DEI?

41. Quare sustulerunt lapidem, ubi erat demortuus jacens. JESUS autem sustulit oculos sursum, & dixit; Pater, gratias ago Tibi, quod exaudivisti Me.

42. Ego quidem sciveram, quod semper Me exaudias: sed propter turbam circumstantem dixi, ut credant, quod Tu Me misceris.

43. Et

43. Et hæc postquam dixit, voce magnâ clamavit; Lazare, veni foràs.

44. Tum exivit demortuus vinctus, quoad pedes & quoad manus fasciis, facies autem ejus circumligata erat sudario. Dicit illis JESUS; solvite eum, & sinite abire.

45. Multi itaque ex Judæis, qui venerant ad Mariam, & spectaverant, quæ fecerat JESUS, crediderunt in Ipsum.

46. Quidam verò ex illis abiverunt ad Pharisæos, & dixerunt istis, quæ fecisset JESUS.

47. Congregarunt itaque Principes Sacerdotum & Parisæi Synedrium, dixeruntque; quid facimus? quia hic homo multa signa facit.

48. Si dimiserimus Eum sic, omnes credent in Ipsum: unde venient Romani, & auferent nobis & locum & gentem.

49. Unus verò quis ex illis, Kaiphas, quum Sacerdos magnus esset anni illius, dixit illis; Vos non scitis quicquam:

50. Neque consideratis, quod prosit nobis, ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens intereat.

51. Hoc autem à seipso non dixit; sed cùm Sacerdos magnus anni illius esset, propheravit, quod JESUS moriturus esset pro gente (*hac.*)

52. Imò non pro gente (*hac*) tantùm: sed ut etiam Filios DEI, qui dispersi congregaret in unum.

53. Ab ista itaque die consuluerunt, ut occiderent Ipsum.

54. JESUS itaque non amplius publicè ambulabat inter Judæos, sed abiit inde in regionem propè desertum in Ephræm dictam urbem, ibique conversatus est cum discipulis Suis.

55. Cæterùm erat propè Pascha Judæorum: unde ascenderant multi in Hierosolyma ex regione ante Pascha, ut purgarent seipsos.

56. Quærebant itaque JESUM, & dicebant secum invicem in templo stantes; quid videtur vobis, quod non venit ad festum?

57. Dederunt verò etiam principes Sacerdotum & Pharisæi mandatum, ut, si quis sciret, ubi esset, indicaret, ut prehenderent Ipsum.

CAP. XII.

Partes habet quatuor. I. Acta Bethanienſia; ubi Maria Chriſtum unxit. à v. 1. II. Introitus Chriſti Meſſianus in Hieroſolymam. à v. 12. III. Acta Hieroſolymitana, Chriſti, partim cum Græcis videre ipſum volentibus, partim turba Iudæorum. à v. 20. IV. Accuſatæ incredulitatis Iudæorum gravis. à v. 37.

JESUS itaque ante sex dies Paschatis (*sex diebus ante Pascha*) venit in Bethaniam, ubi erat Lazarus demortuus, quem suscitavit JESUS ex mortuis.

2. Fecerunt ergò Ipsi cœnam ibi. Et Martha ministrabat: Lazarus autem unus erat accumbentium cum Ipso.

3. [a] Maria ergò, cum sumsisset li- a) Matth. 26, 6. Marc. 14, 3. bram unguenti nardi pistiçæ ingentis pretii, unxit pedes JESU, & extersit capillis suis pedes Ipsius: domus verò tota repleta est ex odore unguenti.

4. Dicit itaque unus discipulorum Ipsius, Judas Simonis Iscariota, qui Ipsum proditurus erat;

5. Quamobrem hoc unguentum non venditum est trecentis denariis, datumque pauperibus?

6. Dixit autem hoc, non, quod pro pauperibus cura ei esset; sed quia fur erat, crumenamque habebat, & quæ imponebantur portabat.

7. Dixit itaque JESUS; mitte illam: in diem sepelitionis Meæ servavit illud.

8. Pauperes enim semper habetis vobiscum: Me vero non semper habetis.

9. Cognovit itaque turba multa ex Judæis, quod ibi esset; ideoque venerunt non tantùm propter JESUM, sed ut etiam Lazarum viderent, quem suscitavit ex mortuis.

10. Consultarunt verò principes Sacerdotum, ut Lazarum etiam interficerent.

11. Quia multi propter illum abibant Judæorum, & credebant in JESUM.

12. Postero die multa turba, quæ re-

nerat ad festum, cùm audivisset, quod veniret JESUS in Hierosolyma,

13. Sumserunt [b] termites palmarum, iveruntque obviam Ipsi, & clamarunt; [c] Osanna, benedictus, qui venit in Nomine Domini, Rex Israëlis.

14. Inveniens autem JESUS asellum, sedit super eum: sicut scriptum est;

15. Ne time, filia Sionis, ecce [d] Rex tuus venit sedens super pullo asini.

16. Hæc verò non cognoverant discipuli Ipsius prius: sed quando glorificatus est JESUS; tunc recordati sunt, quod hæc essent de Ipso scripta, & hæc fecissent Ipsi.

17. Testabatur igitur turba, quæ cum Ipso fuit, cùm Lazarum vocavit è monumento; & suscitavit illum ex mortuis.

18. Propter hoc obviam ivit Ipsi turba, quod audiverat, hoc Ipsum fecisse signum.

19. Pharisæi itaque dixerunt ad se invicem; Videtis, quod non proficiatis quicquam. Ecce, mundus post Ipsum abiit.

20. Erant autem quidam Græci ex iis, qui ascendebant, ut adorarent in festo.

21. Hi ergò accesserunt Philippo, qui de Bethsaida Galilææ erat, rogaruntque eum, dicentes; Domine, volumus JESUM videre.

22. Venit Philippus, & dicit Andreæ: & rursus Andreas & Philippus dicunt JESU.

23. JESUS verò respondit illis, dicens; Venit hora, ut glorificetur Filius Hominis.

24. Amen, Amen, dico vobis; nisi [e] granum tritici, cadens in terram moriatur, ipsum solum manet: si verò moriatur, multum fructum fert.

25. Qui amat [f] animam suam, perdet eam: sed qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam servabit eam.

26. Si quis ministraverit Mihi, sequitor Me: tum ubi Ego ero, ibi etiam minister Meus erit: imò si quis Mihi ministraverit, honorabit eum Pater.

27. Nunc Anima Mea turbata est. Et quid dixerim? Pater, eripe Me ex hora hac: sed propter hoc veni in horam hanc.

28. Pater, glorifica Tuum Nomen. Exiit igitur vox è cœlo. Et glorificavi, & rursus glorificabo.

29. Turba ergò, quæ stabat & audiebat, dixit, tonitruum factum esse: alii dicebant; Angelus Ipsi locutus est.

30. Respondit JESUS, & dixit; Non propter Me hæc vox facta est, sed propter vos.

31. Nunc judicium est mundi hujus: nunc princeps mundi hujus ejicietur foràs.

32. Ego verò, si exaltatus fuero è terra, omnes traham ad Meipsum.

33. Hoc autem dixit, significans quali morte moriturus esset.

34. Respondit ipsi turba; Nos audivimus [g] ex Lege, quod CHRISTUS manet in æternum: quomodo ergò Tu dicis; oportet exaltari Filium Hominis? quis est hic Filius Hominis?

35. Respondit igitur illis JESUS; Adhuc breve tempus lux vobiscum est: ambulate, quousque lucem habetis, ne tenebræ vos apprehendant. Nam qui ambulat in tenebris, non scit, quorsum abeat.

36. Quousque (*ergò*) lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc (*cùm*) locutus est JESUS: tum abiens abscondit Se ab illis.

37. Licet autem tanta Ipse signa fecerit coram illis: non crediderunt (*tamen*) in Ipsum

38. Ut verbum Esaiæ Prophetæ impleretur, quod [h] locutus est; Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?

39. Propter hoc non poterant credere: quia (*inprimis*) iterum [i] dixit Esaias;

40. Excæcavit illorum oculos, & obturavit illorum cor; ut non videant oculis suis, & intelligant corde, & convertant se, & sanem illos.

41. Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam Ipsius, & locutus est de Ipso.

42. Quanquam quidem etiam ex principibus

cipibus multi crediderunt in Ipsum: sed propter Pharisæos non confessi sunt, ut non è Synagoga excluderentur.

43. Diligebant enim gloriam hominum magis, quàm gloriam DEI.

44. JESUS verò clamavit, & dixit; Qui credit in Me, non credit in Me (*solum*,) sed (*etiam*) in Eum, qui misit Me.

45. Et qui videt Me, videt Eum, qui misit Me.

46. Ego [k] lux in mundum veni, ut omnis, qui credit in Me, in tenebris non maneat.

47. Et si quis Mea audiverit verba, non tamen crediderit: Ego non judico ipsum: non enim veni, ut judicem mundum; sed ut salvem mundum.

48. Qui spernit Me, & non accipit verba Mea, habet, qui judicet ipsum: Verbum, quod locutus sum, illud (*inquam*) judicabit illum in extremo die.

49. Quia Ego non ex Meipso locutus sum, sed qui misit Me, Pater, Ille Mihi præceptum dedit, quid dicere, & quid loqui debeam.

50. Et scio, quod præceptum Ipsius vita æterna sit: quæ loquor Ego, sicut dixit Mihi Pater, ita loquor.

CAP. XIII.

Partes habet quatuor. I. Est lotio pedum Apostolorum à Christo facta. à v. 1. II. Querela Christi de proditore suo. à v. 18. III. Acta Christi cum proditore suo Iuda. à v. 27. IV. Initium primi sermonis valedictorij Christi cum discipulis ad mensam à v. 31.

ANte [a] festum autem Paschatis sciens JESUS, quod venisset Ipsius hora, ut transiret ex mundo hoc ad Patrem, cum dilexisset proprios, qui in mundo erant, ad finem dilexit illos.

2. Et facta cœna [cùm diabolus jam injecisset in cor Judæ Simonis Iscariotæ, ut Ipsum proderet.]

3. Sciens JESUS, quod omnia dedisset Ipsi Pater in manus, & quod à DEO exivisset, & ad DEUM abiret.

4. Surgit è cœna, & deponit vestimenta sua, accipientque linteum, succinxit Scipsum.

5. Posteà mittit aquam in pelvim, incipitque lavare pedes discipulorum, & abstergere linteo, quo erat succinctus.

6. Venit itaque ad Simonem Petrum, qui dicit Ipsi; Domine, Tune meos lavas pedes?

7. Respondit JESUS, & dixit illi; Quod Ego facio, tu non scis adhuc; cognosces verò post hæc.

8. Dicit Ipsi Petrus; non lavabis pedes meos in æternum. Respondit illi JESUS; Si non lavero te, non habes partem Mecum.

9. Dicit Ipsi Simon Petrus; Domine, non pedes meos tantum, sed & manus & caput.

10. Dicit illi JESUS; Qui lotus est, non opus habet, nisi ut quoad pedes laverur, sed mundus est totus: Jam vos mundi estis; non tamen omnes.

11. Novetat enim eum, qui prodidit Ipsum: propter hoc dixit; non omnes mundi estis.

12. Postquam ergò lavit pedes illorum, & sumsit vestimenta Sua, accumbens iterum dixit illis; nostisne, quid fecerim vobis?

13. Vos vocatis Me, Magister, & Dominus: & rectè dicitis; sum namque.

14. Si ergo Ego lavi pedes vestros, Dominus & Magister: vos etiam debetis invicem lavare pedes.

15. Exemplum enim dedi vobis, ut, sicut Ego feci vobis, etiam vos faciatis.

16. Amen, Amen, dico vobis; non est [b] servus major Domino suo, neque missus major eo, qui misit illum.

17. Si hæc scitis, beati estis, si feceritis illa.

18. Non de omnibus vobis loquor: Ego scio, quos elegerim. Sed, ut [c] Scriptura impleatur, Qui comedit Mecum panem, sustulit super Me calcaneum suum.

19. Jam nunc dico vobis, priusquam fiat, ut, quando fiet, credatis, quod Ego sim.

20. Amen, Amen, dico vobis; Qui [d] suscipit, si quem misero, Me suscipit: qui

qui verò *Me* suscipit, suscipit Eum, qui misit *Me*.

21. Hæc dicens JESUS, turbatus est Spiritu, testatusque est, & dixit; [c] Amen, Amen, dico vobis, quod unus ex vobis proditurus sit *Me*.

c) Matt. 26, 21. Marc. 14, 18

22. Viderunt itaque, unus in alterum, discipuli, dubitantes, de quo loqueretur.

23. Erat verò accumbens unus discipulorum Ipsius in sinu JESU, quem diligebat JESUS.

24. Annuit itaque huic Simon Petrus, ut expiscaretur, quisnam esset, de quo diceret.

25. Allapsus ergò iste ad pectus JESUS, dicit Ipsi; Domine, quis est?

26. Respondet JESUS; Is est, cui Ego intingens offulam dedero. Intingens autem offulam dedit Judæ Simonis Iscariotæ.

vide v: 18.

27. Et post offulam tunc ingressus est in illum Satanas. Dicit ergò illi JESUS; Quod facis, fac cyùs.

28. Sed hæc nemo scivit accumbentium, de quo dixisset illi.

29. Quidam namque putabant, quoniam crumenam habebat Judas, quod diceret illi JESUS; Eme, quorum opus habemus in festum, aut pauperibus ut aliquid daret.

30. Ubi accepit ergò offulam ille, statim exivit. Erat autem nox.

31. Postquam itaque exivit, dicit JESUS; Nunc glorificatus est Filius Hominis, & DEUS glorificatus est in Ipso.

32. Si DEUS glorificatus est in Ipso, etiam DEUS glorificabit Ipsum in Seipso, & statim glorificabit Ipsum.

quod fides vacillata per Judæos (tempus post breve tempus vacillabit in Ecclesia novæ regenerationis quæ representatur per discipulos)

33. Filioli, adhuc breve (*tempus*) vobiscum sum. Quæretis *Me*, &, quemadmodum [f] dixi Judæis [quia quò Ego abeo, vos non potestis venire,] etiam vobis dico jam.

f) Joh. 7. 34. Lev. 19, 18.

34. *Mandatum novum* do vobis, ut [g] diligatis vos invicem, quemadmodum dilexi vos; ut etiam vos diligatis vos invicem.

g) Matth. 22, 39. Joh. 13, 34. 1. Thess. 4, 9. 1. Joh. 4, 21.

35. In hoc cognoscent omnes, quòd *Mei* discipuli sitis, si dilectionem habeatis invicem.

36. Dicit Ipsi Simon Petrus; Domine, quò abis? Respondit illi JESUS; quò abeo, non potes *Me* nunc sequi; denique verò sequeris *Me*.

37. Dicit Ipsi Petrus; Domine, quare non possum Te sequi nunc? animam *Meam* pro te ponam.

38. Respondit illi JESUS; Animamne tuam pro *Me* pones? Amen, Amen, dico tibi; [h] non canet gallus, usque dum abnegaveris *Me* ter.

h) Mat. 26, 34. Marc. 14, 30. Luc. 22, 34.

CAP. XIV.

Partes habet quinq.: quibus continuatur sermo valedictorius primus ad mensam. Quarum I. est altera sermonis Christi pars. à v. 1. II. Apostolorum Thomæ & Philippi exceptiones. à v. 5. III. Tertia Sermonis Christi pars. à v. 15. IV. Apostoli Judæ exceptio. à v. 22. IV. Quarta & ultima sermonis Christi pars, à v. 25.

NE turbator cor vestrum.: credite in DEUM, & credite in *Me*.

2. In domo Patris *Mei* mansiones multæ sunt: si verò non: dixerim vobis; abeo ad parandum locum vobis.

3. Et si abivero, & paravero vobis locum, iterum venio, & assumam vos ad *Meipsum*, ut, ubi sum Ego, etiam vos sitis.

4. Quò autem abeo, scitis, etiamque viam scitis.

5. Dicit Ipsi **Thomas; Domine, non** scimus, quo abeas: quomodo ergò possumus viam scire?

6. Dicit illi JESUS; Ego sum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per *Me*.

7. Si cognovistis *Me*, etiam Patrem *Meum* cognovistis, & ab hinc cognovistis Illum, & vidistis Illum.

8. Dicit Ipsi Philippus; Domine, monstra **nobis** Patrem: **ita** sufficit nobis.

9. Dicit illi JESUS; Tantum tempus vobiscum sum, & (*tamen*) **non nosti** *Me*, Philippe, qui vidit *Me*, vidit Patrem: quomodo ergò tu dicis, monstra nobis Patrem.

Joh: XII: 45

10. Nonne credis, quod Ego in Patre, &

& Pater in Me sit? Verba, quæ Ego loquor vobis, à Meipso non loquor. Pater, qui in Me manet, ille (*inquam*) facit opera.

11. Credite Mihi, quod Ego in Patre, & Pater in Me (*sit:*) Si verò non; propter opera ipsa credite Mihi.

Joh. X: 37.

12. Amen, Amen, dico vobis, qui credit in Me, opera, quæ Ego facio, ipse etiam faciet, & majora his faciet, quia Ego ad Patrem Meum abeo.

a) Matt. 7, 7. 11. Marc. 11, 24. Joh. 16, 23.

13. Et quodcunque petieritis in Nomine Meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.

14. Si quid petieritis in Nomine Meo, Ego faciam.

15. Si diligitis Me, mandata Mea servate.

16. Et Ego rogabo Patrem, ut alium Paracletum det vobis, ut maneat vobiscum in æternum;

17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quoniam non videt Illum, neque cognoscit Illum. Vos autem cognoscitis Illum, quia apud vos manet, & in vobis erit.

18. Non relinquam vos orphanos: venio ad vos.

19. Adhuc parùm, dum mundus Me non amplius videbit: vos autem videbitis Me: quia Ego vivo, & vos viveris.

20. In illa die cognoscetis vos, quod Ego in Patre Meo, & vos in Me, & Ego in vobis.

21. Qui habet præcepta Mea, & facit illa, ille est, qui diligit Me: qui verò diligit Me, diligetur à Patre Meo; & Ego diligam illum, & manifestabo illi Meipsum.

22. Dicit Ipsi Judas, non Iscariotes; Domine, quid factum est, quod nobis manifestaturus es Teipsum; & non mundo.

23. Respondit JESUS, & dixit ipsi; Si quis dilexerit Me, verbum Meum servabit & Pater Meus diliget illum, & ad illum veniemus, & mansionem apud illum faciemus.

24. Qui non diligit Me, verba Mea non servabit. Et verbum, quod auditis, non est Meum, sed Ejus, qui misit Me, Patris.

25. Hæc locutus sum vobis apud vos manens.

26. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in Nomine Meo, Ille vos docebit omnia, & commonefaciet vos de omnibus, quæ dixi vobis.

27. Pacem (*Meam*) relinquo vobis, pacem Meam do vobis: non sicut mundus dat, Ego do vobis. Ne turbator cor vestrum, neque formidet.

28. Audivistis, quod Ego dixerim vobis; abeo, & venio ad vos. Si diligeretis Me, gauderetis, quod dixi; Abeo ad Patrem: quia Pater Meus major Me est.

29. Et nunc dixi vobis, antequam fiat, ut, quando fiet, credatis.

30. Non amplius multa locuturus sum vobiscum: venit enim mundi hujus princeps: sed in Me non habet quicquam.

31. Verumenimverò ut cognoscat mundus, quod diligam Patrem, & sicut Mihi Pater præcepit, sic faciam, surgite, eamus hinc.

CAP. XV.

Partes habet quatuor. I. Est secundi Sermonis Christi valedictorii ad discipulos post mensam exordium. à v. 1. II. Ejusdem propositio. v. 4. III. Confirmationis rationes. à v. 4. IV. Consolationis initium. à v. 18.

EGO sum vitis vera, & Pater Meus Vinitor est.

2. Omnem palmitem in Me (*quod attinet*) non ferentem fructum; tollit illum: omnem autem fructum ferentem (*quod attinet:*) putabit illum, ut plus fructus ferat.

3. Jam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis.

4. Manete (*modò*) in Me: (*sic*) etiam Ego in vobis (*manco:*) quemadmodum palmes non potest fructum ferre à Seipso, ni manserit in vite: ita neque vos, nisi in Me manseritis.

Joh. XIII. XVII. †

5. Ego sum Vitis; vos palmites Qui manet in Me, & Ego in illo, hic fert fructum multum: quia sine Me non potestis facere quicquam. Joh: III: 27. Joh. XV.

6. Nisi (*verò*) quis manserit in Me, ejectus est foràs, sicut palmes, & arefactus est,

HÆc locutus est Jesus: tumque sustulit oculos Suos in cœlum, ac dixit;
Pater, venit hora: glorifica Filium Tuum, ut etiam Filius Tuus glorificet Te.

a) *Psal. 8. 7. Matth. 28, 18. Joh. 3, 35.*

2. Sicut dedisti Ipsi [a] potestatem omnis carnis, ut (*quantum ad*) omne, quod dedisti Ipsi, det illis vitam æternam.

3. Hæc verò est æterna vita, ut cognoscant Te solum verum Deum, & quem misisti, Jesum Christum.

4. Ego Te glorificavi super terra: opus perfeci, quod dedisti Mihi, ut facerem.

5. Nunc ergò glorifica Me Tu, Pater, apud Teipsum, gloria, quam habui, antequam mundus esset, apud Te.

6. Manifestavi Tuum Nomen hominibus, quos dedisti Mihi ex mundo, [Tui erant, & Mihi illos dedisti] & verbum Tuum servarunt.

7. Nunc cognoverunt, quod omnia, quæcunque dedisti Mihi, à Te sint:

8. Quia verba quæ dedisti Mihi, dedi eis: Et illi acceperunt, & cognoverunt verè, quod à Te ex. verim, ac crediderunt, quod Tu Me miseris.

9. Ego pro illis oro (*jam:*) non pro mundo oro; sed pro iis, quos dedisti Mihi, quia Tui erant.

10. Omnia namque Mea, Tua sunt, & Tua Mea: sed glorificatus sum in illis.

11. Non verò amplius sum (*cum illis*) in mundo Ego: illi autem in mundo sunt. Ego namque ad Te venio: ideò Pater Sancte, serva illos in Nomine Tuo, quos dedisti Mihi: ut sint unum, sicut nos.

12. Quamdiu fui cum illis in mundo, Ego servabam illos in Nomine Tuo; quos dedisti Mihi, custodivi: & nemo ex illis

b) *Psal. 108, 8.* periit, nisi filius perditionis, ut [b] Scriptura impleretur.

13. Nunc autem ad Te venio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium Meum implerum in ipsis.

14. Ego dedi illis verbum Tuum; ideò mundus odio habuit eos; quia non sunt ex mundo, sicut Ego non sum ex mundo.

15. Non oro, ut auferas illos ex mundo, sed ut serves illos ex malo.

16. Ex mundo non sunt: sicut Ego ex mundo non sum.

17. Sanctifica illos in veritate Tua: verbum Tuum veritas est.

18. Sicut Me misisti in mundum, Ego etiam misi illos in mundum.

19. Et pro illis Ego sanctifico Me ipsum, ut etiam illi sint sanctificati in veritate.

20. Non pro his tamen oro tantùm, sed etiam pro iis, qui crediderint per verbum illorum in Me.

21. Ut omnes unum sint; sicut Tu, Pater, in Me (*es*) & Ego in Te: ut etiam illi in nobis unum sint; ut mundus credat, quod Tu Me miseris.

22. Ego quidem gloriam, quam dedisti Mihi, dedi illis, ut sint unum sicut nos unum sumus.

23. Ego in illis, & Tu in Me: ut sint perfecti in unum, & ut cognoscat mundus, quod Tu Me miseris, & dilexeris illos, sicut Me dilexisti.

24. Pater (*tandem*) quos dedisti Mihi, volo, ut ubi sum Ego, etiam illi sint Mecum, ut videant gloriam Meam, quam dedisti Mihi; quia dilexisti Me ante fundationem mundi.

25. Pater Juste, utique mundus Te non cognovit: Ego verò Te novi, etiamque hi cognoverunt, quod Tu Me miseris.

26. Nam notum feci illis Nomen Tuum, & notum faciam, ut dilectio, qua dilexisti Me, in illis sit, & Ego in illis.

CAP. XIIX.

Hoc & seq. Cap. XIX. Passio Christi describitur. Habet autem hoc Caput Partes tres. I. Continet Acta in horto Gethsemane. à v. 1. II. Acta in aula Pontificis Caiphæ à v. 13. III. Acta in Theatrio Pilati. à v. 28.

HÆc cùm dixisset Jesus, [a] exivit cùm discipulis Suis ultrà torrentem Cedrorum: ubi erat hortus, in quem intravit Ipse & discipuli Ipsius.

2. Sciebat autem etiam Judas, qui prodebat Ipsum, locum: quia sæpè congregatus est Jesus ibi cum discipulis Suis.

3. Judas

3. Judas ergò cùm accepisset cohortem, & ex principum Sacerdotum, & Scribarum ministris, venit eò cum laternis, & lampadibus, & armis.

4. Jesus itaque cùm sciret omnia ventura super Ipsum, egressus dixit illis, quem quæritis.

5. Respondérunt Ipsi; Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus; Ego sum: stetérat autem etiam Judas, qui prodebat Ipsum, cum illis.

6. Cum ergò dixit illis; Ego sum, abierunt retrorsum, & cecidérunt humi.

7. Iterùm itaque illos interrogavit, quem quæritis? illi verò dixerunt; Jesum Nazarenum.

8. Respondit Jesus; dixi vobis, quod Ego sim: si ergò Me quæritis, sinite hos abire.

9. Ut implerétur verbum, quod dixit, quia quos dedisti Mihi, non perdidi ex illis ullum.

10. Simon itaque Petrus, habens gladium, extraxit illum, & percussit principis Sacerdotum servum, & amputavit ei aurem dextram. Erat autem nomen servo Malchus.

11. Dixit igitur Jesus Petro; mitte gladium in vaginam: poculumne, quod dedit Mihi Pater, non biberim illud?

12. Cohors ergò & Chiliarchus, & ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligarunt Ipsum.

b) *Mat. 26, 57. Marc. 14, 53. Luc. 22, 54.*

13. Et [b] abduxerunt Ipsum ad Hannam primùm. Erat enim Socer Kaiphæ, qui erat Sacerdos magnus anni istius.

14. Erat autem Kaiphas, qui consuluerat Judæis: quia prodest, unum hominem perire pro populo.

15. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, & alter discipulus. Discipulus verò ille erat notus Sacerdoti magno, ideoque ingressus est cum Jesu in aulam Sacerdotis magni.

16. Petrus verò constitit apud ostium foris. Exivit itaque discipulus alter, qui notus erat Sacerdoti Magno, dixitque ostiariæ, ac introduxit Petrum.

17. Dicit itaque puella Ostiaria Petro; Nonne etiam tu ex discipulis es hominis hujus? Dicit ille, non sum.

18. Steterant verò servi & ministri, qui focum fecerant [quia frigus erat] & calefiebant, & erat Petrus cum illis stans, & calefiebat.

19. Sacerdos ergò magnus interrogavit Jesum de discipulis Ipsius, & de doctrina Ipsius.

20. Respondit illi Jesus; Ego liberè locutus sum mundo: Ego semper docui in Synagogâ, & in templo, ubi omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil:

21. Quid Me interrogas? interroga eos, qui audiverunt, quid locutus sim illis: ecce, hi sciunt, quæ dixerim Ego.

22. Hæc verò Ipso dicente, unus ministrorum astans dedit colaphum Jesu, dicens; Ita ne respondes Sacerdoti magno?

23. Respondit illi Jesus; si malè locutus sum, testimonia da de malo, si verò benè, quid Me percutis?

24. [Misit Ipsum Hannas vinctum ad Kaiapham, Sacerdotem magnum.]

25. Erat verò [c] Simon Petrus stans & calefiens: dixerunt ergò illi; nonne etiam tu ex discipulis Ipsius es? negavit ille, & dixit; Non sum.

c) *Matt. 26, 58. f. Marc. 14, 54. 66. Luc. 22, 55.*

26. Dicit unus ex servis Sacerdotis magni, qui cognatus erat ejus, cujus amputaverat Petrus autem; nonne te vidi in horto cum Ipso?

27. Iterum ergò negavit Petrus. Et statim gallus cecinit.

28. Ducunt Jesum à Kaiapha [d] ad prætorium. Erat autem manè. Illi verò non ingressi sunt in prætorium, ne immundi fierent, sed comedere possent Pascha.

d) *Mat. 27, 2. Marc. 15, 1. Luc. 23, 1.*

29. Exivit itaque Pilatus ad illos, dixitque; quamnam accusationem adfertis contra hominem hunc?

30. Respondérunt & dixerunt illi; nisi esset hic maleficus, non tibi tradidissemus Eum.

31. Dicit illis Pilatus; Sumite Ipsum vos, & juxta legem vestram judicate Ipsum. Dixerunt itaque ei Judæi; nobis non licet occidere quenquam.

32. Ut impleretur verbum JESU, quod
e) *Matt.* 20,19. [e] dixerat, ſignificans, quali morte moriturus eſſet.

f) *Matt.* 27,11. *Marc.* 15,2. *Luc.* 23, 3. 33. [f] Ingreſſus itaque eſt iterùm in prætorium Pilatus, & vocavit JESUM, dixitque Ipſi; Tune es Rex Judæorum?

34. Reſpondit illi JESUS; num à teipſo tu hoc dicis, an alii tibi dixerunt de Me:

35. Reſpondit Pilatus; num ego Judæus ſum? gens Tua & Principes Sacerdotum tradiderunt Te mihi: quid feciſti?

36. Reſpondit JESUS; Regnum Meum non eſt ex hoc mundo. Si ex mundo hoc eſſet Regnum Meum: miniſtri Mei decertaſſent, ut non traderer Judæis. Jam verò Regnum Meum non eſt hinc.

37. Dixit ergò Ipſi Pilatus: nonne ergò Rex es Tu? Reſpondit JESUS; tu dicis: quia Rex ſum Ego. Ego *(enim)* in hoc natus ſum, & in hoc veni in mundum, ut teſtimonium dem veritati. Omnis, qui eſt ex veritate, audit Meam vocem.

38. Dicit Ipſi Pilatus; Quid eſt veritas? cumque hoc dixiſſet; rurſus egreſſus
g) *Mat.* 27,23. *Marc.* 15,14. *Luc.* 23, 14. eſt ad Judæos, & dicit illis; Ego [g] nullam cauſam invenio in Ipſo.

39. Eſt verò conſuetudo vobis, ut unum vobis dimittam in Paſchate. Vultis ne ergò, dimittam vobis Regem Judæorum?

40. Clamarunt ergò rurſum omnes, dicentes; non Hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

CAP. XIX.

Habet etiam partes iter, continuando paſſionem Chriſti. I. Eſt illi ſio & flagellatio JESU. a v. 1. II. Condemnatio ejus à Pilato, & crucifixio à v. 9. III. Poſitio Ejus in ſepulchrum à Joſepho Arimathienſi & Nicodemo. a v. 31.

a) *Matt.* 27,26. *Marc.* 15,15. *Luc.* 23, TUnc itaque accepit Pilatus JESUM, [a] & flagellavit.

2. Ubi milites plectentes coronam ex ſpinis, impoſuerunt Ipſius capiti, & veſtimentum purpureum circumdederunt Ipſi,

3. Et dixerunt; Salve, Rex Judæorum: dederuntque Ipſi colaphos.

4. Exivit ergò rurſus foràs Pilatus, & dicit illis; Ecce, duco vobis Ipſum foràs, ut ſciatis, quod in Ipſo nullam cauſam inveniam.

5. Exivit ergò JESUS foràs, portans ſpinoſam coronam, & purpureum veſtimentum, dicitque illis (*Pilatus*;) Ecce, homo.

6. Cum ergò viderunt Ipſum principes Sacerdotum, & miniſtri, clamarunt dicentes; Crucifige, crucifige. Dicit illis Pilatus; Accipite Ipſum vos, & crucifigite: Ego enim non invenio in Ipſo cauſam.

7. Reſponderunt illi Judæi; Nos habemus legem, & juxta legem noſtram de- b) *iLev.* 24,15.16 bet mori: quia Seipſum *Filium* DEI fecit.

8. Quando ergò audivit Pilatus hoc verbum, magis timuit.

9. Ideoque ingreſſus in Prætorium rurſus eſt. & dicit JESU; Unde es Tu? Sed JESUS reſponſum non dedit illi.

10. Dicit ergò Ipſi Pilatus; num mihi non loqueris? annon ſcis, quod poteſtatem habeam crucifigendi Te, & poteſtatem habeam dimittendi Te?

11. Reſpondit JESUS; Non haberes poteſtatem ullam, contra Me, niſi eſſet tibi datum deſuper. Propter hoc qui tradidit Me tibi, majus peccatum habet.

12. Ex hoc *(tempore)* quærebat Pilatus dimittere Ipſum. Judæi autem clamarunt, dicentes; Si hunc dimiſeris, non es amicus Cæſaris: quiſquis Regem ſeipſum facit, contradicit Cæſari.

13. Pilatus itaque cùm audivit hoc verbum, duxit foràs JESUM, & conſedit ſuper tribunali in locum dictum Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

14. Erat autem Paraſceve Paſchatis: hora verò quaſi ſexta: cùm dicit Judæis; Ecce, Rex veſter.

15. Iſti verò clamarunt; tolle, tolle, crucifige Ipſum. Dicit illis Pilatus: Regemne veſtrum crucifixerim? reſpondetunt principes Sacerdotum; non habemus Regem, niſi Cæſarem.

16. Tunc

16. Tunc ergò tradidit Ipſum illis, ut crucifigeretur. Acceperunt verò JESUM. & abduxerunt.

17. Itaque portans crucem Suam exivit
c) *Matt.* 27,33. *Marc.* 15,22. *Luc.* 23, 33. in dictum [c] Cranii locum, qui dicitur hebraicè Golgotha.

18. Ubi Ipſum crucifixerunt, & cum Ipſo alios duos hinc & illinc; medium autem JESUM.

19. Scripſit verò etiam inſcriptionem Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum; JESUS Nazarenus Rex Judæorum.

20. Hanc itaque inſcriptionem multi legerunt Judæorum: quia propinquus erat urbis locus, ubi crucifixus erat JESUS; & ſcriptum erat Hebraicè, Græcè & Latinè.

21. Dixerunt itaque Pilato principes Sacerdotum Judæorum; ne Scribe, Rex Judæorum: ſed quod Ille dixerit; Rex ſum Judæorum.

22. Reſpondit Pilatus; Quod ſcripſi, ſcripſi.

23. Milites itaque, poſtquam crucifixerunt JESUM, acceperunt veſtimenta Ipſius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem; & tunicam: erat autem tunica inconſuta, deſuper texta per totum.

24. Dixerunt itaque ad ſe invicem; ne dividamus eam, ſed ſortiamur de illâ, cujus ſit: ut Scriptura impleretur, dicens;
d) *Pſal.* 22,19. [d] diviſerunt veſtimenta Mea ſibi ipſis, & ſuper tunicam Meam jecerunt ſortem. Milites igitur quidem hæc fecerunt.

25. Stabant verò apud crucem JESU mater Ipſius, & Soror matris Ipſius. Maria Kleophæ, & Maria Magdalena.

26. JESUS itaque videns matrem, & diſcipulum adſtantem, quem diligebat, dicit matri Suæ; mulier, ecce, filius tuus.

27. Deinde dicit diſcipulo; Ecce mater tua. Quare ab iſta hora accepit eam diſcipulus in propria.

28. Poſt hoc ſciens JESUS, quod omnia jam conſummata eſſent, ut implere-
e) *Pſal.* 69,22. tur [e] Scriptura, *(etiam)* dicit; ſitio.

29. Vas igitur poſitum erat aceto plenum. Qui verò implerunt ſpongiam, & hyſſopo circumpoſuerunt, ac applicuerunt Ipſius ori.

30. Quum ergò accepiſſet acetum JESUS, dixit; Conſummatum eſt: & inclinans caput tradidit Spiritum.

31. Judæi ergò, ne manerent corpora ſuper cruce in Sabbato: quoniam Paraſceve erat. Erat namque magna dies iſta Sabbati, rogarunt Pilatum, ut confringerentur illorum crura, & deponerentur.

32. Venerunt itaque milites, & primi quidem confregerunt crura, & alterius, qui crucifixus erat cum Ipſo.

33. Ad JESUM autem venientes, cum viderent Ipſum jam mortuum, non confregerunt Ipſius crura.

34. Sed unus militum lancea Ipſius latus fodit, & ſtatim exivit ſanguis & aqua.

35. Et qui vidit, teſtatus eſt, & verum eſt illius teſtimonium, ipſeque novit, quod vera dicat, ut vos credatis.

36. Facta enim hæc ſunt, ut [f] Scriptura impleretur; Os non confringetis *F) Exod.* 12,46. *Num* 9, illius. 12.

37. Et rurſus [g] alia Scriptura dicit; g) *Zach.* 12,10. videbunt, in quem ſpiculum miſerunt.

38. Poſt verò hæc [h] rogavit Pilatum h) *Mat.* 27,57. *Marc.* 15,43. *Luc.* 23, 50. Joſephus Arimatheenſis [qui erat diſcipulus JESU, occultus verò, ob metum Judæorum,] ut tolleret corpus JESU: & permiſit Pilatus: venit itaque, & ſuſtulit corpus JESU.

39. Venit verò etiam Nicodemus, qui venerat ad JESUM noctu prius, portans i) *Joh.* 3, 2. mixturam myrrhæ & aloes, quaſi libras centum.

40. Acceperunt itaque corpus JESU, & ligarunt illud linteis cum aromatibus; ſicut mos eſt Judæis ſepelire.

41. Erat verò in loco, ubi crucifixus fuit, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nunquam ullus poſitus fuit.

42. Ibi ergò propter paraſceven Judæorum, quia propinquum erat monumentum, poſuerunt JESUM.

CAP.

CAP. XX.

Habet Partes duas. In I. est resurrectionis Christi descriptio. a v. 1. In II. Resurrectionis Christi probatio per tres apparitiones: quarum (1.) facta Mariæ Magdalenæ. a v. 11. (2) decem Apostolis sine Thoma. a v. 19. (3.) iisdem cum Thoma. a v. 26.

a) Matt. 28, 1. Marc. 16, 1. Luc. 24, 1.

PRimo verò [a] Sabbatorum Maria Magdalena venit manè, cum tenebræ adhuc essent ad monumentum, & videt lapidem ablatum ex monumento.

2. Currit itaque, & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum discipulum, quem diligebat Jesus, & dicit illis; Abstulerunt Dominum è monumento, & nescimus, ubi posuerint Ipsum.

3. Exivit itaque Petrus, & alter discipulus, & venerunt ad monumentum.

4. Currebant autem hi duo unà: sed alter discipulus præcurrit velocius, quàm Petrus, venitque prior ad monumentum.

5. Cumque introspexit, videt jacentia lintea; non tamen ingressus est.

6. Venit itaque Simon Petrus sequens illum, & ingressus est monumentum, viditque lintea posita,

7. Sudarium verò, quod erat super capite Ipsius, non cum linteis positum, sed seorsim involutum in unum locum.

8. Tunc ergò ingressus est etiam alter discipulus, qui venerat prior ad monumentum, & vidit, ac credidit.

9. Nondum enim sciebant scripturam, quod oporteret Ipsum ex mortuis resurgere.

10. Abierunt itaque iterum ad seipsos discipuli.

11. Maria verò Magdalena stabat apud monumentum flens foris: cùm ergò flevit, introspexit in monumentum.

12. Et videt duos angelos in albis sedentes; unum à capite, & unum à pedibus, ubi jacuerat corpus Jesu.

13. Qui dicunt illi; mulier, quid fles? dicit illis; quia abstulerunt Dominum meum, & non scio, quò posuerint Ipsum.

14. Cumque hæc dixisset, convertit se retrò, videtque JESUM stantem, sed non sciebat, quod JESUS esset.

15. Dicit illi JESUS; mulier, quid fles? quem quæris? Illa putans, quod hortulanus esset, dicit Illi; Domine, si tu absportasti Ipsum dic mihi, quò Ipsum posueris, ut ego Ipsum tollam.

16. Dicit illi JESUS; Maria. Convertens se illa dicit Ipsi; Rabbuni, quod dicitur Magister.

17 Dicit illi JESUS; Ne Me tange: [Nondum enim ascendi ad Patrem Meum.] abi verò ad fratres Meos, & dic illis; adscendo ad Patrem Meum, & Patrem vestrum, & DEUM Meum & DEUM vestrum

18. Venit Maria Magdalena enarrans discipulis, quod vidisset Dominum, & hæc dixisset Ipsi.

19 Cum itaque esset vespera die istâ primâ Sabbatorum, & januæ clausæ, ubi erant discipuli congregati propter timorem Judæorum, venit JESUS, & stetit in medium, dixitque illis, Pax vobis.

20. Cumque hoc dixisset, ostendit illis manus & latus Suum: lætati itaque sunt discipuli, videntes Dominum.

21. Dixit itaque illis JESUS iterùm; Pax vobis. Sicut misit Me Pater, ita Ego mitto vos.

22. Atque hoc dicens, inspiravit, & dicit illis; accipite Spiritum Sanctum.

23. Si quorum dimiseritis peccata, dimittuntur illis: si quorum retmueritis, retenta erunt.

24. Thomas verò, unus ex Duodecimviris, qui dicebatur Didymus, non erat cum illis, quando venerat JESUS.

25. Dicebant itaque illi reliqui discipuli; vidimus Dominum. Hic verò dixit illis; nisi videro in manibus Ipsius vestigium clavorum, & misero digitum meum in vestigium clavorum, & misero manum meam in latus Ipsius, non credam.

26. Post dies octo itaque iterùm erant intùs discipuli Ipsius, & Thomas cum illis: venit JESUS, januis clausis, stetitque in medium, & dixit; Pax vobis.

27. Deinde dixit Thomæ; mitte digitum tuum huc, & vide manus Meas, & mitte

manum tuam ac immitte in latus meum: & non estò incredulus, sed credulus.

28. Tum respondit Thomas, & dixit ipsi; Domine mi, & DEUS mi.

29. Dicit illi JESUS; Quia vidisti Me, Thoma, credidisti: beati, qui non vident, & (tamen) credunt.

30. Multa quidem etiam alia signa fecit JESUS coram discipulis Suis, quæ non sunt scripta in libro hoc.

31. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quod JESUS sit CHRISTUS, Filius DEI; & ut credentes vitam habeatis in Nomine Ipsius.

CAP. XXI.

Partes habet duas. Quarum I. complectitur Quartam Christi apparitionem, Apostolis quibusdam piscantibus ad mare Tiberiadis factam. a v. 1. II. Conclusionem totius libri Evangelij. à v. 24.

POst hæc manifestavit Seipsum JESUS iterùm discipulis ad mare Tiberiadis: manifestavit autem sic.

2. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicebatur Didymus, & Nathanaël de Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis Ipsius duo.

3. Dicit illis Simon Petrus; Abibo ad piscandum. Dicunt illi; Veniemus etiam nos tecum. Exiverunt & ascenderunt in navigium statim: sed in istâ nocte ceperunt nihil.

4. Quum autem jam diluculum factum esset, stetit JESUS ad litus: non tamen sciebant discipuli, quod JESUS esset.

5. Dicit itaque illis JESUS; filioli, num quid ad edendum habetis? responderunt Ipsi; Non.

6. Ipse verò dixit illis; mittite in dextras partes navigii rete; tum invenietis. Miserunt itaque, & non amplius illud trahere valuerunt præ multitudine piscium.

7. Dicit itaque discipulus ille, quem dilexit JESUS, Petro; Dominus est. Simon ergò Petrus, cùm audiret, quod Dominus esset, amiculum succinxit [erat enim nudus] & jecit seipsum in mare.

8. Cæteri verò discipuli navigiolo venerunt [non erant enim procul à terra, sed quasi cubitorum ducentorum] trahentes rete piscium.

9. Postquam ergò descenderunt in terram, vident focum positum, & piscículum superjacentem, & panem.

10. Dicit illis JESUS; adferte de piscículis, quos cepistis nunc.

11. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete super terram, plenum piscibus magnis centum quinquaginta tribus: & licet tot essent, non discissum est rete.

12. Dicit illis JESUS, venite, prandete. Nemo verò ausus est discipulorum interrogare Ipsum; Tu quis es? sciebant enim, quod Dominus esset.

13. Venit itaque JESUS, & accipit panem, & dat illis, & piscículum similiter.

14. Hoc jam tertium (*est, quo*) manifestavit se JESUS discipulis Suis, postquam resurrexit ex mortuis.

15. Postquam igitur pransi sunt, dicit Simoni Petro JESUS; Simon Jona, amasne Me plus, quam hos? Dicit Ipsi; Næ, Domine, Tu scis, quod amem Te. Dicit illi; Pasce agnos Meos.

16. Dicit illi iterùm, secundùm; Simon Jona, amasne Me? Dicit Ipsi, Næ, Domine, Tu scis, quod amem Te. Dicit illi; pasce oves Meas.

17. Dicit illi tertiùm; Simon Jona, Amasne Me? Contristatus est Petrus, quod dixit illi tertiùm; amasne Me? ideò dixit Ipsi; Domine, Tu omnia nosti: Tu nosti, quod amem Te. Dicit illi JESUS; Pasce oves Meas.

18. Amen, Amen, dico Tibi, quum fuisti junior, cingebas teipsum, & ambulabas, quò volebas: quando verò senex fueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, ducetque, quò non vis.

19. Hoc verò dixit, [a] significans, a) 2. Pet. 1, 14. quali morte glorificaturus esset DEUM. Et cùm hoc dixisset, dicit illi; sequere Me.

20. Conversus verò Petrus videt discipulum, quem diligebat JESUS, sequentem; qui etiam [b] accumbebat in cœna super b) Joh. 13, 25. pectore

pectore Ipsius, & dixerat; Domine, quis est, qui proditurus est Te?

21. Hunc videns Petrus dicit JESU; Domine, hic verò quid?

22. Dicit ipsi JESUS; Si illum volo manere, donec venio: quid ad te? tu sequere Me.

23. Exivit ergò verbum hoc inter fratres, quod discipulus ille non moriturus esset. Verum non dixit JESUS illi, quod moriturus non esset; sed, si illum volo manere, donec veniam, quid ad te?

24. Hic est discipulus, qui (*est*) testans de his, & scribens hæc: & scimus, quod verum sit testimonium ipsius.

25. [c] Sunt verò etiam alia multa, quæ fecit JESUS, quæ si scriberentur singula, nec ipsum arbitror mundum capturum eos, qui scriberentur, libros. Amen. c) *Ioh. 20,30.*

nas Brighmanng edid: Apocalypsin Apocalypseos. de qua vid: T-I. ggramm: n. 34. p. 7. quo in ggrammate plurima invenies positione causæ Septem Ecclesiar.
n: Hofmanng anno 1661 edid: Chronologiam apocalypticam ib:

ipsing Chorier &
wohle, hat d. Hr. Burnet
Salisburyensis in seiner
vor jahr alt MSSta gefun-
in Offenbahrung mit figuren vorstellend, corri-
& ipsi tabulæ abundest mit figuren ausgea-
& geholzet; unde excluser, d. Anjeniga vorlen
Jahr verstehen alle vornimigh für thay (allen an
auf eine so glaubwürdig gesetzt, als Hamden
Burnets Reisebuch p. 12.

(874.)

APOCALYPSIS JOANNIS THEOLOGI.

CAPUT I.

Partes hujus quinque. I. Est commendatio libri. à v. 1. II. Inscriptio & salutatio. à v. 4. III. Vox mandans Ioanni scribere. à v. 10. IV. Descriptio Viri apparentis, cujus vox illa erat. à v. 12. m. V. Viri hujus alloquium, iteratumq; mandatum. à v. 17.

REvelatio JESU CHRISTI, quam dedit Ipsi DEUS, ut ostenderet servis Suis, quæ oportet fieri in brevi (*tempore:*) ideoque significavit mittens per Angelum Suum servo Suo Joanni,

2. Qui testificatus est Verbum DEI, & testimonium JESU CHRISTI, & quæcunque vidit.

3. Beatus (*est*) qui legit, & qui audiunt verba prophetiæ, & qui tenent, quæ in illa scripta. Tempus enim propè est.

4. Joannes septem Ecclesiis, quæ in Asia (*sunt:*) gratia vobis & pax ab Eo, a) *Exod. 3,14.* [a] qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui sunt coram throno Ipsius:

5. Et à JESU CHRISTO, qui est testis b) *1. Cor. 15,20. Col. 1,18.* fidelis, [b] primogenitus ex mortuis, & princeps Regum terræ; qui dilexit nos, c) *Hebr. 9,14. 1. Pet. 1, 19. 2. Joh. 1,7.* [c] & lavit nos à peccatis nostris, per Nomen Suum:

6. Et fecit nos Reges & Sacerdotes DEO & Patri Suo: Ipsi (*inquam*) sit gloria & robur, in secula seculorum, Amen.

7. Ecce, venit cum nubibus, & videbit Ipsum omnis oculus, & qui Ipsum perfoderunt, lugebuntque super Ipso omnes tribus terræ. Næ, Amen.

d) *Esa. 41,4. 44,6. Ap. 21,6 22,13.* 8. Ego [d] sum Alpha & Omega, principium & finis, inquit Dominus, Is qui est, & qui fuit, & qui venturus est, omnipotens.

9. Ego Joannes, qui etiam frater vester, & particeps in afflictione, & in regno, & in patientia JESU CHRISTI, eram in insula, quæ vocatur, Patmo, propter verbum DEI, & propter testimonium JESU CHRISTI.

10. Eram in spiritu in Dominica die, & audivi post me vocem magnam, sicut tubæ,

11. Dicentis: Ego sum Alpha & Omega, primus & novissimus: Et; quod vides, scribe in librum, & mitte septem Ecclesiis, quæ in Asia (*sunt, nempe*) in Ephesum, & in Smyrnam, & in Pergamum, & in Thyatira, & in Sardes, & in Philadelphiam, & in Laodiceam.

12. Tum converti me, ad videndum vocem, quæ locuta est mecum. Cumque converti me, vidi septem candelabra aurea;

13. Et in medio septem candelabrorum similem filio hominis, indutum talari, & circumcinctum ad ubera zona aurea.

14. Caput autem Ejus, & capilli albi, sicut lana alba, sicut nix: sed oculi Ejus sicut flamma ignis.

15. Pedes verò Ejus similes Chalcolibano, quasi in camino igniti facti, ac vox Ejus sicut sonitus aquarum multarum.

16. Habens porrò erat in dextra sua manu stellas septem. Et ex ore Ejus romphæa anceps acuta (*erat*) exiens, & aspectus Ejus sicut Sol, lucens in virtute suâ.

17. Cæterùm cum vidi Eum, cecidi ad pedes Ejus, quasi mortuus: sed imposuit dextram Suam manum super me, dicens mihi; ne time: Ego sum primus & novissimus;

dus ſis, neque fervidus. Utinam frigidus eſſes aut fervidus.

16. Sic, quia tepidus es, & neque frigidus, neque fervidus, exputurus ſum te ex ore Meo.

17. Quia dicis; quia dives ſum, & ditatus ſum, ut nullius *(rei)* opus habeam. Cum non ſcias, quod tu ſis miſer & miſerabilis, & egenus, & cœcus, & nudus.

18. Conſulo tibi, ut emas à Me aurum igne putificatum ex igne, ut diteſcas: & veſtimenta alba, ut induaris, & non manifeſtetur pudor nuditatis tuæ: inſuper collurio inunge oculos tuos, ut videas.

d) Prov. 3. 12. Heb. 12. 6. 19. [d] Ego quoſcunque amo, redarguo & caſtigo: quare zelum exerce, & age pœnitentiam.

20. Ecce, conſtiti ad januam, & pulſo: ſi quis audiverit vocem Meam, & aperuerit januam, ingrediar ad ipſum, & cœnabo cum ipſo, atque ipſe Mecum.

21. Qui vicerit, illi dabo, ut ſedeat Mecum in throno Meo, quemadmodum Ego etiam vici, & conſedi cum Patre Meo in throno Ipſius.

22. Qui habet autem, audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis.

CAP. IV.

Habet hoc Caput novam Viſionem: partes autem ejus Tres ſunt. I. Habet mandatum videndi, v. 1. II. Ipſam viſionem. In qua Ioannes videt (1.) Thronum & ſedentem ſuper eo. v. 2. (2.) viginti quatuor thronos, & tot ſuper iis Seniores. à v. 4. (3.) fulgura, tonitrua, voces ſeptem Spirituum DEI. v. 5. (4.) mare vitreum. v. 6. (5.) quatuor animalia. à v. 6. m. III. Cantica animalium, & Seniorum. à v. 8. m.

POſt hæc vidi, & ecce, janua aperta *(erat)* in cœlo: prima autem vox, quam audivi quaſi tubæ loquentis mecum, dicens; aſcende huc, ut oſtendam tibi, quæ oportet fieri poſt hæc.

2. Fui ergò ſtatim in Spiritu: cùm, ecce, [a] thronus poſitus erat in cœlo, & ſuper throno ſedens *(quis.)*

a) Exe 1, 26.

3. Et qui ſedens erat ſimilis aſpectu lapidi Jaſpidi & Sardino. Iris autem circa thronum ſimilis aſpectu Smaragdino.

4. Circa etiam thronum throni viginti & quatuor. At ſuper thronis vidi viginti & quatuor Seniores ſedentes, indutos veſtimentis albis; qui habebant ſuper capitibus ſuis coronas aureas.

5. E throno verò exibant fulmina, & tonitrua, & voces. Item ſeptem lampades ignis ardentes *(erant)* coram throno, quæ ſunt ſeptem Spiritus DEI.

6. Inſuper ante thronum *(erat)* mare vitreum, ſimile Chryſtallo. In medio tandem throni, & circa thronum quatuor animalia plena oculis antè & retrò.

7. Et primum *(quidem)* animal *(erat)* ſimile [b] leoni: alterum verò animal ſimile vitulo: tertium verò animal *(erat)* habens faciem ſicut homo: quartum denique animal ſimile aquilæ volanti.

b) Exe. 1, 10.

8. Porrò quatuor animalia habebant unumquodque pro ſe ſenas alas circumcirca & intus plenas oculis: nec requiem habent diu noctuque, [c] dicentia; Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEUS, Omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus.

c) Eſ. 6. 3.

9. Cæterùm quando dederint animalia gloriam, & honorem, & gratiarum actionem ſedenti ſuper throno, viventi in ſecula ſeculorum.

10. Cadent viginti & quatuor Seniores ante ſedentem ſuper throno, & adorabunt viventem in ſecula ſeculorum, projiciuntque coronas ſuas ante thronum, dicentes;

11. Dignus es, Domine, qui accipias gloriam, & honorem, & potentiam, quia Tu creaſti omnia, ac ſecundum voluntatem Tuam ſunt, & creata ſunt.

CAP. V.

Continuat hoc Caput Viſionem: partes autem habet ſeptem. Quarum I. eſt liber, in dextris ſedentis ſuper throno. v. 1. II. Angelus fortis proclamans. v. 2. III. Triſtitia & Solamen Ioannis, à v. 3. IV. Agnus quaſi occiſus. à v. 6. V. Agni hujus laus cantata ab animalibus & Senioribus. à v. 8. VI. Angelorum innumerorum applauſus. à v. 11. VII. Omnium creaturarum concentus. à v. 13.

POſteà vidi ſuper dextera Sedentis ſuper thronо librum ſcriptum intus & à tergo, (&) obſignatum ſeptem ſigillis.

2. Deinde vidi Angelum fortem proclamantem voce magna; quis eſt dignus, ut aperiat librum, & ſolvat ſigilla ejus?

3. Sed nemo poterat in cœlo, neque ſuper terrâ, neque infra terram, aperire librum, neque videre illum.

4. Quare ego flevi multùm, quod nemo dignus inventus eſſet, ut aperiret legeretque librum, neque videret illum.

5. Sed unus ex Senioribus dicit mihi; ne fleto: ecce vicit Leo, qui eſt ex tribu Judæ, radix Davidis, ut aperiat librum, & ſolvat ſeptem ſigilla ejus.

6. Tum vidi, cùm, ecce, in medio throni, & quatuor animalium, & in medio Seniorum, Agnus *(eſſet)* ſtans, tanquam mactatus, habens cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem DEI Spiritus, emiſſi in omnem terram.

7. Hic venit, & ſumſit librum è dextra ſedentis ſuper throno.

8. Quum autem ſumſit librum, quatuor animalia, & viginti quatuor Seniores, ceciderunt antè agnum, habentes quilibet citharas, & phialas aureas plenas ſuffimentis, quæ ſunt preces Sanctorum.

9. Canunt autem canticum novum, dicentes; Dignus es, qui accipias librum, & aperias ſigilla ejus, quia occiſus es, & redemiſti DEO nos ſanguine Tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo & gente;

10. Et feciſti nos DEO noſtro Reges & Sacerdotes, ut regnemus ſuper terra.

11. Tum vidi & audivi vocem Angelorum multorum, circa thronum, & quatuor animalia, & Seniores; & erat numerus illorum myriades myriadum & [a] chiliades chiliadum.

a) Dan 7, 10.

12. Dicentes, voce magna; Dignus eſt Agnus occiſus, qui accipiat potentiam, & divitias, & ſapientiam, & robur, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

13. Omnem etiam creaturam, quæ eſt in cœlo, & in terra, & ſub terra, & in mari quæ ſunt, & quæ in his omnia, audivi dicentes; Sedenti ſuper throno, & Agno *(ſit)* benedictio, & honor, & gloria, & robur in ſecula ſeculorum.

14. Quatuor autem animalia dixerunt, Amen. Et viginti quatuor Seniores ceciderunt, & adoraverunt viventem in ſecula ſeculorum.

CAP. VI.

Hoc Capite incipit apertio ſigillorum libri per Agnum. Partes habet ſex. I. Eſt apertio ſigilli primi. v. 1. 2. II. Sigilli ſecundi. v. 3. 4. III. Sigilli tertij. 5. 6. IV. Sigilli quarti. v. 7. 8. V. Sigilli quinti. à v. 9. VI. Sigilli ſexti. à v. 12.

POſtea vidi, cum aperuit Agnus primum ex ſigillis, & audivi unum ex quatuor animalibus, dicens, quaſi vocem tonitru; Veni, & vide.

2. Vidi ergò: cùm, ecce, equus albus *(adfuit)* & ſedens ſuper illo *(erat)* habens arcum: cui data eſt corona. Hic exivit vincens, & ut vinceret.

3. Cùm deinde aperiret alterum ſigillum, audivi alterum animal, dicens; Veni, & vide.

4. Tum exivit alius equus rufus, & ſedenti ſuper eo datum eſt, ut auferret pacem de terra, & ut ſe invicem occiderent: unde data eſt illi machæra magna.

5. Quando porrò aperuit tertium ſigillum, audivi tertium animal, dicens; veni, & vide.

6. Vidi ergò; cùm, ecce, equus niger, & ſedens ſuper eo habens libram in manu ſuâ. Audivi autem vocem in medio quatuor animalium, dicentem; Chœnix tritici denario, & tres chœnices hordei denario: oleo autem & vino damnum ne inferas.

7. Quando porrò aperuit ſigillum quartum, audivi vocem quarti animalis, dicentem; Veni, & vide.

8. Vidi ergò: cùm, ecce, Equus pallens, & ſedens ſuper eo, cui nomen mors: & infernus ſequebatur poſt eum. Data autem eſt illis poteſtas occidendi ad quartam uſque partem terræ, romphæâ, & fame, & morte, & à beſtiis terræ.

9. Poſteà cum aperuit quintum ſigillum, vidi ſub altari animas occiſorum propter verbum DEI, & propter teſtimonium, quod habebant: quæ clamarunt voce magna;

10. Dicentes: quouſque, ô Dominator Sancte & Vere, non judicas, & non ulciſceris ſanguinem noſtrum de habitantibus ſuper terrâ.

11. Sed datæ sunt unicuique stolæ albæ, dictumque illis, ut quiescerent adhuc tempus exiguum, donec perficiantur etiam conservi ipsorum, & fratres ipsorum, qui occidendi essent sicut ipsi.

12. Porrò vidi, cum aperuit sigillum sextum, cùm ecce terræmotus magnus factus est, & Sol factus est niger, sicut saccus pilosus, & luna tota facta est sicut sanguis.

13. Et stellæ cœli ceciderunt in terram, sicut ficus abjicit grossos suos, à vento magno agitata.

14. Cœlum etiam abscessit, sicut liber, qui convolvitur, & omnis mons & insula è locis suis commota sunt.

15. Unde Reges terræ, & Magnates, & divites, & chiliarchi, & potentes, & omnis servus, & omnis liber abscondérunt seipsos in speluncas & in petras montium,

a) *Esa. 2, 19. Os. 10, 8. Luc. 23, 30.*

16. Dicuntque montibus & petris, ruite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super throno, & ab ira Agni:

17. Quia venit dies magna iræ Ejus; quis ergò poterit consistere?

CAP. VII.

Hoc Capite continuatur sigillum sextum. Partes habet quinq. In I. apparent quatuor Angeli inhibentes omnem ventum. v. 1. In II. obsignantur servi DEI per Angelum ab oriente solis. à v. 2. In III. Multitudo ingens stolis albis induta, celebrans & sedentem in throno, & Agnum. v. 9. 10. IV. Angelorum omnium concentus. v. 11. 12. In V. expositio, qua sit illa multitudo stolis induta. à v. 13.

CÆterùm post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulis terræ, retinentes quatuor ventos terræ, ut non flaret ventus super terram, neque super mare, neque super ullam arborem.

2. Deinde vidi alium Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem sigillum DEI viventis: qui acclamavit voce magna quatuor Angelos, quibus datum est damno afficere terram & mare,

3. Dicens; Ne damno afficiatis terram, neque mare, neque arbores, donec [a] obsignaverimus servos DEI nostri, super frontibus eorum.

4. Tum audivi numerum obsignatorum, centum quadraginta quatuor millia obsignati, ex omni tribu Israëlis.

multiplic: per duplicum 72.

5. (*Nempè*) ex tribu Judæ duodecim millia obsignati. Ex tribu Ruben duodecim millia obsignati. Ex tribu Gad duodecim millia obsignati.

6. Ex tribu Aser duodecim millia obsignati. Ex tribu Nephthalim duodecim millia obsignati. Ex tribu Manasse duodecim millia obsignati.

7. Ex tribu Simeon duodecim millia obsignati. Ex tribu Levi duodecim millia obsignati. Ex tribu Issachar duodecim millia obsignati.

Tribus Dani non hic quia in Judæum,

8. Ex tribu Zabulon duodecim millia obsignati. Ex tribu Joseph duodecim millia obsignati. Ex tribu Benjamin duodecim millia obsignati.

9. Post hæc vidi, cum, ecce, turba multa, quam numerare nemo poterat, ex omni gente & tribubus & populis & linguis, stantes (*erant*) coram throno, & coram Agno, induti stolas albas, & palmæ in manibus eorum,

10. Et clamantes voce magnâ, dicentes; Salus DEO nostro sedenti super throno, & Agno.

11. Omnes verò Angeli steterunt circa thronum, & Seniores, & quatuor animalia, ceciderunt que ante thronum super facies suas, & adorarunt DEUM,

12. Dicentes; Amen. Benedictio, & gloria, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & potentia, & robur DEO nostro, in secula seculorum, Amen.

13. Tum respondit unus Seniorum, dicens mihi; Hi induti stolas albas quinam sunt, & unde venerunt?

14. Cui dixi; Domine, Tu scis. Dixit ergò mihi: Hi sunt, qui veniunt ex afflictione magna, & laverunt stolas suas, & dealbarunt stolas suas in sanguine Agni.

15. Propterea sunt coram throno DEI, & serviunt Ipsi dies & noctes in templo Ipsius. Et sedens in throno habitabit super ipsis.

16. Neque [b] esurient amplius, neque sitient amplius, neque cadet super eos sol, neque ullus æstus:

b) *Esa. 49, 10*

17. Quia

multiplic per duplicem 72

Tribus Dani non hic quia duodecim

17. Quia Agnus, qui in medio throni, pascet eos, & deducet eos ad vivos fontes aquarum: & delebit [c] DEUS omnem lachrymam ab oculis eorum.

c) *Es. 25, 8. Ap. 21, 4.*

CAP. VIII.

Habet hoc Caput apertionem septimi sigilli; & partes Tres. In I. septem Angelis dantur septem tubæ. v. 1. 2. In II. Angelus ad altare stans accipit & offert Thymiamata. à v. 3. In III. quatuor ex septem Angelis tubis canunt. à v. 7.

QUando tandem aperuit sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, tanquam semihoram.

2. Tum vidi septem Angelos, qui coram DEO steterunt: quibus datæ sunt septem tubæ.

3. Alius verò Angelus venit, & constitit ad altare, habens thuribulum aureum, & dati sunt illi suffitus multi, ut daret precibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod (*erat*) coram throno.

4. Ascendit ergò fumus suffituum precibus Sanctorum, è manu Angeli, coram DEO.

5. Posteà sumsit Angelus thuribulum, & implevit igne altaris, projecitque in terram: unde factæ sunt voces, & tonitrua, & fulgura, & terræmotus.

6. Cæterùm septem Angeli, qui habebant tubas, pararunt seipsos, ut clangerent.

7. Primus itaque Angelus clanxit, factaque est grando & ignis mixtus sanguine, ceciditque super terram, ita ut tertia pars arborum combusta sit, & omne gramen viride exustum.

8. Secundus verò Angelus clanxit, & quasi mons magnus igni ardens projectus est in mare, factaque est tertia pars maris sanguis,

9. Unde mortua est tertia pars creaturarum, quæ in mari, habentium animas, & tertia pars navium corrupta est.

10. Post tertius Angelus clanxit, ceciditque è cœlo stella magna ardens sicut lampas, ceciditque super tertiam partem fluviorum, & super fontes aquarum.

11. Nomen autem stellæ dicitur absinthium: unde fit tertia pars aquarum absinthium, multique homines mortui sunt ex aquis, quia amaræ factæ sunt.

12. Quartus porrò Angelus clanxit, ita ut percussa fit tertia pars Solis, & tertia pars Lunæ, & tertia pars stellarum, ut obtenebraretur tertia pars eorum, & dies non luceret tertiâ sui parte, noxque similiter.

13. Tunc vidi, & audivi unum Angelum volantem per medium cœli, dicentem voce magna; Væ, væ, væ, habitantibus super terra, ex reliquis vocibus tubæ trium Angelorum, qui clangent.

CAP. IX.

Partes hoc Caput habet duas. In I. Angelus quintus tuba sua canit. à v. 1. In II. Angelus etiam sextus sua tuba canit. à v. 17.

QUintus itaque Angelus clanxit: tum vidi stellam è cœlo lapsam in terram; cui data est clavis putei abyssi.

2. Aperuitque puteum abyssi. Unde ascendit fumus è puteo, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est Sol, & aër è fumo putei.

3. E fumo autem exiverunt locustæ in terram; quibus data est potestas, sicut habent potestatem scorpii terræ:

4. Dictumque illis est, ut damno non afficerent gramen terræ, neque ullum virens, neque ullam arborem, sed homines solos, quicunque non haberent sigillum DEI, super frontibus suis.

5. Datum tamen illis est, ut non occiderent eos, sed torquerent menses quinque. Cruciatus autem earum erat sicut cruciatus scorpii, quando percusserit hominem.

6. In illis ergò diebus [a] quærent homines mortem, sed non invenient eam: desiderabuntque mori, sed fugiet mors ab iis.

a) *Os. 10, 8.*

7. Figuræ verò locustarum (*erant*) similes equis paratis ad bellum, & super capitibus earum quasi coronæ similes auro, facies que earum quasi facies hominum.

8. Habebantque capillos sicut capillos mulierum, at dentes earum quasi leonum erant;

9. Habebant etiam thoraces ſicut thoraces ferreos, & vox alarum earum ſicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum:

10. Caudas denique habebant ſimiles ſcorpiis, & ſtimuli erant in caudis earum, & poteſtas earum, ut damno afficerent homines menſes quinque.

11. Habent autem ſuper ſe Regem, Angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, in græca verò (*lingua*) nomen habet Apollyon.

12. Væ primum præteriit: ecce veniunt adhuc duo Væ poſt hæc.

13. Præterea ſextus Angelus clauxit: tum audivi vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod coram DEO,

14. Dicentem ſexto Angelo, qui habebat tubam; ſolve quatuor Angelos, vinctos apud fluvium magnum Euphratem.

15. Soluti ergò ſunt quatuor Angeli, qui parati ad horam, & diem, & menſem, & annum, ut occiderent tertiam partem hominum.

16. Erat verò numerus exercituum equitatus, duæ myriades myriadum: audivi enim numerum eorum,

17. Ita autem vidi equos in viſione, & ſedentes ſuper iis, habentes thoraces igneos, & hyacinthinos, & ſulphureos: at capita equorum (*erant*) ſicut capita leonum, & ex ore eorum exit ignis, & fumus, & ſulphur.

18. A tribus his occiſi ſunt tertia pars hominum, ab igne (*ſcil.*) & à fumo, & à ſulphure, quod exibat ex ore eorum.

19. Poteſtates enim eorum in ore eorum erant. Nam caudæ eorum ſimiles erant ſerpentibus habentes capita, & per eas damno afficiunt.

20. Reliqui tamen homines, qui non occiſi ſunt plagis his, neque (*tandem*) pœnitentiam egerunt ex operibus manuum ſuarum, ut non adorarent dæmonia, & b) idola [b] aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare: *b) Pſal. 115, 4. 135, 15.*

21. Non inquam, egerunt pœnitentiam ex homicidiis ſuis, neque ex incantationibus ſuis, neque ex ſcortationibus ſuis, neque ex furtis ſuis.

CAP. X.

Partes habet quinq. In I. apparet Angelus fortis ſtans ſuper arida & mari cum libro aperto. à v. 1. In II. ſeptem tonitrua & voces non ſcriptæ. à v. 3. In III. iuramentum Angeli. à v. 6. In IV. vox è cœlo ad Ioannem, ad accipiendum librum Angeli. à v. 8. In V. liber à Ioanne acceptus & abſorptus. à v. 10.

DEinde vidi alium Angelum fortem deſcendentem è cœlo, circumdatum nube, & iris circa caput, faciesque Ejus ſicut Sol, ac pedes Ejus ſicut columnæ ignis.

2. Habebat autem in manu Suâ libellum apertum poſuitque pedem Suum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum verò ſuper terram.

3. Clamavit tum voce magna, ſicut leò rugit: quumque clamavit, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

4. Quum autem locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas, ſcripturus eram: ſed audivi vocem è cœlo, dicentem mihi; Obſigna, quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & hæc ne ſcribas.

5. Tunc Angelus, quem vidi ſtantem ſuper mari & ſuper terra, ſuſtulit manum ſuam verſus cœlum,

6. Et juravit per viventem in ſecula ſeculorum, qui creavit cœlum, & quæ in eo, terramque, & quæ in eâ, ac mare, & quæ in eo, quod tempus non futurum eſſet amplius.

7. Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli, quando futurum eſſet, ut clangeret, etiam conſummandum eſſet myſterium DEI, ſicut Evangelizaſſet ſervis Suis Prophetis.

8. Cæterum vox, quam audiveram è cœlo, iterùm (*fuit*) loquens mecum, & dicens; abi, Sume libellum apertum in manu Angeli ſtantis ſuper mari & ſuper terra.

9. Abivi ergò ad Angelum, dicens illi; da mihi libellum: qui dicit mihi, accipe, & devora illum. Amarum quidem reddet ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulcis ſicut mel.

10. Accepi itaque libellum è manu Angeli, & devoravi illum: qui erat in ore meo

meo ſicut mel dulcis: ſed cùm comediſſem illum, amarus redditus eſt venter meus.

11. Tunc dixit mihi; Oportet te rurſus prophetare ſuper populos, & gentes, & linguas & Reges multos.

CAP XI.

Partes habet tres. In I. eſt menſuratio Templi & altaris per Ioannem, v. 1. 2. In II. duo Prophetæ occiſi & reſuſcitati, inq; cœlum rapti. à v. 3. In III. Angelus ſeptimus cum tuba ſua canit à v. 14. cum gratiarum actione Seniorum. à v. 16.

POſteà datus eſt mihi calamus ſimilis baculo, & aſtitit Angelus, dixitque mihi; ſurge, & metire templum DEI, & altare, & adorantes in eo:

2. Sed atrium, quod intra templum (*eſt,*) ejice foràs, ut illud non metiaris, quia datum eſt gentibus: quæ civitatem ſanctam conculcabunt menſes quadraginta duos.

3. Dabo autem duobus teſtibus meis, ut prophetent dies mille ducentos ſexaginta, induti ſaccis.

4. Hi ſunt duæ oleæ, & duo candelabra, quæ coram DEO terræ ſtantia.

5. Et ſi quis eos voluerit damno afficere, ignis exibit ex ore eorum comedetque hoſtes eorum: Et ſi quis eos voluerit damno afficere, ita oportet eum occidi.

6. Hi habent poteſtatem claudendi cœlum, ut non irriget (*terram*) pluvia in diebus prophetiæ illorum: & poteſtatem habent ſuper aquas, ut vertant eas in ſanguinem, percutiantque terram omni plaga, quoties voluerint.

7. Quum verò abſolverint teſtimonium ſuum, beſtia, quæ aſcendit ex abyſſo, faciet bellum cum illis, vincetque eos, & occidet eos. *Apoc. 13, 17.*

8. At corpora illorum ſuper platea urbis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter, Sodoma, & Egyptus, ubi etiam Dominus noſter crucifixus eſt.

9. Videbuntque ex populis, & tribubus, & lingui, & gentibus corpora illorum dies tres & dimidium, nec corpora illorum permittent poni in monumenta;

10. Quin habitantes ſuper terrâ gaudebunt ſuper illis, & lætoanimo erunt, donaque mittent invicem; quia hi duo prophetæ cruciabant habitantes ſuper terrâ.

11. Poſt verò tres dies & dimidium Spiritus vitæ à DEO intravit in illos, ut conſtiterint ſuper pedes ſuos: tum timor magnus cecidit ſuper eos, qui videbant eos.

12. Audiverunt enim vocem magnam è cœlo, dicentem illis; aſcendite huc. Aſcenderunt itaque in cœlum in nube, ita ut viderent illos hoſtes illorum.

13. In illâ verò hora factus eſt terræmotus magnus, & decima pars urbis cecidit, occiſique ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem millia: reliqui verò trepidi facti ſunt, dederuntque gloriam DEO cœli.

14. Væ ſecundum præteriit: ecce Væ tertium venit citò.

15. Tandem itaque ſeptimus Angelus clanxit. Tum factæ ſunt voces magnæ in cœlo, dicentes; Facta ſunt regna mundi Domini noſtri, & CHRISTI Ejus, regnabitque in ſecula ſeculorum.

16. Viginti verò & quatuor Seniores, qui coram throno DEI ſedentes (*erant*) ſuper thronis ſuis, ceciderunt ſuper facies ſuas, & adorarunt DEUM,

17. Dicentes; Gratias agimus tibi, Domine DEUS, Omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es, quod accepiſti potentiam Tuam magnam, & regnaſti.

18. Gentes quidem iratæ fuerunt: ſed venit ira Tua, & tempus mortuos judicandi, & dandi mercedem ſervis Tuis, Prophetis, & Sanctis, & timentibus Nomen Tuum, parvis & magnis, & perdendi perdentes terram.

19. Tum apertum eſt templum DEI in cœlo, & viſa eſt arca fœderis Ejus in templo Ejus: factaque ſunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus, & grando magna,

CAP.

CAP. XII.

Partes habet quatuor. In I. est signum mulieris gravidæ. à v. 1. In II. Ejus fuga in desertum post in cœlum raptum filium. a v. 6. In III. Michaelis pugna cum Dracone. a v. 7. In IV. Draco vultus mulierem persequens. à v. 13.

CÆterum signum magnum visum est in cœlo; mulier circumdata solem, & luna sub pedibus ejus, & super capite ejus corona stellarum duodecim.

2. In ventre autem gerens, clamavit parturiens, & cruciata ad pariendum.

3. Sed visum est aliud signum in cœlo: ecce, enim draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem, & super capitibus ejus diademata septem.

4. Cauda autem ejus trahit tertiam partem stellarum cœli, projecitque eas in terram. Draco ergò stetit coram muliere, quæ paritura erat, ut, quando peperisset filium suum, devoraret (*eum.*)

5. Peperit itaque filium masculum, qui pasturus erat omnes gentes virga ferrea. Sed raptus est Puer ejus ad Deum & thronum Ejus.

6. Mulier autem fugit in desertum, ubi habet locum præparatum à Deo, ut ibi alant eam dies mille ducentos sexaginta.

7. Factum autem est bellum in cœlo: Michael & Angeli ejus pugnarunt contra Draconem: draco autem pugnavit (*etiam*) & angeli ejus:

8. Sed non præ valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cœlo.

9. Conjectus itaque est draco magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas, qui seducit orbem terrarum totum: conjectus (*inquam*) est in terram, & angeli illius cum illo dejecti sunt.

10. Tum audivi vocem magnam, dicentem in cœlo; Nunc facta est salus, & potentia, & regnum Dei nostri, & potestas Christi Ipsius; quia dejectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos coram Deo nostro dies & nocte.

11. Ipsi verò vicerunt illum per sanguinem Agni, & per verbum testimonii sui, & non dilexerunt animam suam usque ad mortem.

12. Propter hoc exultate cœli, & qui in illis (*sunt*) habitantes: væ (*contra*) inhabitantibus (*vobis*) terram & mare, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam; quoniam scit, quod exiguum tempus habeat.

13. Cæterùm quum vidit draco, quod dejectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ pepererat masculum:

14. Sed datæ sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum, in locum suum, ubi nutritur tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis.

15. Ejecit quidem serpens post mulierem, ex ore suo, aquam sicut fluvium, ut hanc à flumine absorptam faceret:

16. Sed adjuvit terra mulierem; aperuit enim terra os suum, & deglutivit fluvium, quem ejecit draco ex ore suo.

17. Unde iratus est draco contra mulierem, abivitque, ut faceret bellum cum reliquis seminis ejus, qui tenebant mandata Dei, & habent testimonium Jesu Christi.

18. Tunc stare factus sum juxta arenam maris.

CAP. XIII.

Partes habet Tres. In I. ascendit è mari bestia septiceps, cum decem cornibus: quæ prolixè describitur cum potestate à dracone accepta. à v. 1. In II. Animal bicorne ascendit è terra, bestiæ præstatos à v. 11. In III. habetur Imago bestiæ, & character ejus. à v. 14.

ET vidi ex mari bestiam ascendentem, quæ habebat capita septem, & cornua decem, & super cornibus suis decem diademata, super capitibus autem suis nomen blasphemiæ.

2. Bestia verò, quam vidi, erat similis pardali: pedes tamen ejus quasi ursi, ac os ejus sicut os leonis: cui dedit draco virtutem suam, & thronum suum, & potestatem magnam.

3. Posteà vidi unum capitum illius, quasi sauciatum ad mortem; sed plaga

mortis ejus sanata est, ita ut admiratione capti sint in totâ terrâ post bestiam (*eunres.*)

4. Unde adoraverunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ; itemque adoraverunt bestiam, dicentes: Quis similis (*est*) bestiæ? quis potest pugnare cum eâ?

5. Datum verò illi est os loquens magna & blasphemias; dataque est illi potestas faciendi (*illud*) menses quadraginta duos.

6. Aperuit itaque os suum in blasphemiam contra Deum, ad blasphemandum Nomen Ejus, & tabernaculum Ejus, & eos, qui in cœlo habitant.

7. Datum illi etiam est, bellum facere cum Sanctis, & vincere eos: imò data est illi potestas super omnem tribum, & linguam, & gentem.

a) *Phil. 4,3. Ap. 3,5. 20,12. 21,27.* 8. Ideò [a] adorabunt eam omnes habitantes super terra, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est à fundatione mundi.

9. Si quis habet autem, audiat.

b) *Gen. 9,6. Matth. 26,52.* 10. Si quis in captivitatem abibit: si quis [b] machærâ occidit, oportet eum machærâ occidi. Hic est patientia & fides Sanctorum.

11. Deinde vidi aliam bestiam ascendentem è terra, quæ habebat cornua duo similia Agno, locutaque est sicut draco;

12. Potestatemque prioris bestiæ omnem facit coram eo:

13. Unde facit, ut terra omnesque habitantes in eâ, adorent priorem bestiam, cujus sanata plaga est mortis ejus. Facit enim signa magna, ut etiam ignem faciat descendere è cœlo in terram coram hominibus,

14. Et seducat adorantes super terra propter signa, quæ data sunt illi ad faciendum coram bestia, dicens habitantibus super terra, ut faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam machæræ, & (*tamen*) vixit.

15. Quin datum est illi, dare spiritum imagini bestiæ, ut & loqueretur imago bestiæ, & faceret, quicunque non adorarent imaginem bestiæ, ut occiderentur.

16. Facit etiam, ut omnibus, parvis & magnis, divitibus & paupetibus, liberis & servis daret characterem super manum eorum dextram, aut super frontes eorum;

17. Et ut nemo posset emere aut vendere, nisi qui haberet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis ejus.

18. Hic sapientia est. Qui habet intelligentiam, computato numerum bestiæ. Numerus enim hominis est, nempe, numerus ejus est sexcenta sexaginta sex.

CAP. XIV.

Partes habet septem. 1. Est agnus stans super montem Sion cum 144000, habentibus nomen Patris in frontibus scriptum; eorum canticum, & descriptio, à v. 1. In II. Angelus volans cum æterno Evangelio. à v. 6. In III. Angelus nuncius casus Babylonis. v. 8 In IV Angelus prohibens adorationem & characterem bestiæ & Imaginis ejus à v. 9. In V. prædicuntur beati in Domino mortui. v. 14. In VI. est Angelus cum falce messorio. à v. 14. In VII. Angelus cum falce vindemiatoria. à v. 18.

POsteà vidi; cùm ecce Agnus stans super monte Sion, & cum Eo centum quadraginta quatuor millia, habentia Nomen Patris Ipsius scriptum super frontibus suis.

2. Et audivi vocem è cœlo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni. Audivi etiam vocem citharœdorum pulsantium in citharis suis:

3. Canebant autem tanquam canticum novum coram throno, & coram quatuor animalibus & Senioribus; & nemo poterat discere canticum, nisi centum quadraginta quatuor millia, emta de terra.

4. Hi sunt, qui cum mulieribus non polluti sunt; virgines enim sunt. Hi sunt, qui sequuntur Agnum, quò vadit. Hi emti sunt de hominibus, primitiæ Deo & Agno.

5. Et in ore eorum non inventus est dolus: immaculati enim sunt coram throno Dei.

6. Deinde vidi alium Angelum volantem in medio cœli, habentem Evangelium æternum, ad Evangelizandum habitantibus super terra, & omni genti, & tribui, & linguæ & populo.

7. Dicentem, voce magna; timete Deum, & date Ipsi gloriam, quia venit

hora judicii Ipsius : ideò adorate Eum,
a) Psal. 146,6. Act. 14, 14. [a] qui fecit cœlum, & terram, & mare, & fontes aquarum.

8. Et alius Angelus secutus est, dicens; b) Esa. 21, 9. Let. 18, 2. Ap. 18, 2. [b] Cecidit, cecidit Babylon, urbs magna: quia ex vino iræ scortationis suæ potavit omnes gentes.

9. Tertius etiam Angelus secutus est eos, dicens voce magnâ; Si quis bestiam adorat, & imaginem ejus, & accipit characterem super frontem suam aut super manum suam.

10. Ipse etiam bibet ex vino iræ DEI mixto mero in calice iræ Ejus, & cruciabitur igne & sulphure coram sanctis Angelis, & coram Agno:

11. Et fumus cruciatus eorum ascendit in secula seculorum, nec habent quietem diu noctuque, qui adorant bestiam; & imaginem ejus; & si quis acceperit characterem nominis ejus.

12. Hic est patientia Sanctorum: hic servantes mandata DEI, & fidem JESU.

13. Audivi verò vocem è cœlo, dicentem mihi; Scribe, Beati mortui, qui in Domino moriuntur ab nunc. Næ, dicit Spiritus, ut requiescant ex laboribus suis: opera verò eorum sequuntur cum illis.

14. Posteà vidi; cùm, ecce, nubes alba (*erat*,) & super nube sedens (*quidam*) similis filio hominis, habens super capite suo coronam auream, & in manu sua falx acuta.

15. Alius autem Angelus exivit è templo clamans voce magna ei, qui super nube sedebat; mitte falcem tuam, & mete: c) Ioel 3, 13. Matth 13, 39. quia venit tibi [c] hora metendi, quia arefacta, est messis terræ.

16. Misit itaque, qui sedens super nube, falcem suam in terram, & demessa est terra.

17. Deinde alius Angelus exivit è templo; quod in cœlo, habens & ipse falcem acutam.

18. Et alius Angelus exivit ex altari habens potestatem super ignem, & clamavit clamore magno ei, qui habebat falcem acutam, dicens; mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros terræ, quia maturuerunt uvæ ejus.

19. Misit itaque Angelus falcem suam in terram, & vindemiavit vitem terræ, conjecitque in torcular iræ DEI magnum:

20. Calcatumque est torcular extra urbem, exivitque sanguis è torculari usque ad frena equorum, à stadiis mille sexcentis.

CAP. XV.

Partes habet tres. In I. apparent Angeli septem cum septem phialis plagarum. v. 1. In II. mare vitreum; & juxta illud victores bestiæ, canentes citharis canticum Mosis & Agni. à v. 2. In III. Angeli cum phialis egredientes è templo DEI. a v. 5.

POsteà vidi aliud signum in cœlo magnum & mirabile; Angelos (*nempe*) septem, habentes plagas septem ultimas: quia per eas consummanda erat ira DEI.

2. Vidi, inquam, quasi mare vitreum mixtum igne, & qui victoriam habebant de bestia, & de imagine ejus, & de charactere ejus, & de numero hominis ejus, stantes juxta mare vitreum, habentes citharas DEI,

3. Qui canebant canticum Mosis servi DEI; & canticum Agni, dicentes; Magna & mirabilia (*sunt*) opera Tua, Domine, DEUS Omnipotens: justæ & veræ viæ Tuæ, Rex Sanctorum.

4. Quis non timeat Te, Domine, & non glorificet Nomen Tuum? quia solus Sanctus (*es:*) unde omnes gentes venient, & adorabunt coram Te, quia judicia Tua manifestata sunt.

5. Post hæc verò vidi; cum ecce, apertum est templum tabernaculi testimonii in cœlo:

6. Exieruntque septem Angeli, habentes septem plagas, è templo, induti lineo albo & splendido, & circumcincti circa pectora cingulis aureis.

7. Tum unum ex quatuor animalibus dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas ira DEI viventis in secula seculorum.

8. Impletumque est templum fumo ex

gloria DEI, & virtute Ejus, ita ut nemo posset ingredi in templum, donec perficerentur septem plagæ septem Angelorum.

CAP. XVI.

Partes habet septem; juxta phialas effusas. I. à v. 1. II. v. 3. III. a v. 4. IV. à v. 8, 9. V. v. 10. 11. VI. à v. 12. VII. à v. 17.

DEinde audivi vocem magnam è templo, dicentem septem Angelis; Ite, & effundite phialas iræ DEI in terram.

2. Abivit itaque primus, & effudit phialam suam super terram; factumque est ulcus malum & noxium in hominibus, qui habebant characterem bestiæ, & qui imaginem ejus adorabant.

3. Deinde secundus Angelus effudit phialam suam in mare; factumque est sanguis sicut mortui: unde omnis anima vivens mortua est in mari.

4. Tertius porrò Angelus effudit phialam suam in fluvios, & in fontes aquarum: factusque est sanguis.

5. Tum audivi vocem Angeli aquarum, dicentem; justus, Domine, es, Qui est, qui erat, & sanctus, quod hæc judicasti.

6. Quia sanguinem Sanctorum & Propheterum effuderunt, etiam sanguinem illis dedisti bibere: digni enim sunt

7. Dein audivi alium ex altari, dicentem; Næ, Domine, DEUS Omnipotens, vera & justa sunt Judicia Tua.

8. Quartus porrò Angelus effudit phialam suam in solem: datumque illi est æstu adurere homines per ignem.

9. Itaque æstuaverunt homines æstu magno, & blasphemarunt Nomen DEI, qui habeat potestatem super plagas has: non tamen pœnitentiam egerunt, ut darent Ipsi gloriam.

10. Quintus verò Angelus effudit phialam suam super thronum bestiæ: & factum est regnum ejus obscuratum, & mandebant linguas suas (*homines*) præ molestia;

11. Et blasphemarunt DEUM cœli præ molestiis sua & præ ulceribus suis: non tamen pœnitentiam egerunt ex operibus suis.

12. Sextus præterea Angelus effudit phialam suam super fluvium magnum Euphratem: cujus exiccata est aqua, ut pararetur via Regum, qui ab oriente Solis.

13. Vidi etiam ex ore draconis, & ex ore bestiæ, & ex ore Pseudopropheteæ spiritus tres immundos, similes ranis.

14. Sunt enim spiritus dæmonum, facientes signa ad exeundum ad Reges terræ, & orbis terrarum totius, ad congregandum illos in bellum diei illius magni DEI Omnipotentis.

15. Ecce, [a] venio sicut fur: beatus qui vigilat, & servat vestimenta sua, ut non nudus ambuler, videantque pudorem ejus.
a) Luc. 12, 39. 1. Thess. 5, 2. 2. Pet. 3, 10. Ap. 3, 3.

16. Congregavit autem eos in locum dictum Hebraice Harmageddon.

17. Septimus denique Angelus effudit phialam suam in aërem: exivitque vox magna à templo cœli, à throno dicens; Factum est.

18. Unde fiebant voces & tonitrua, & fulgura, etiam terræmotus factus est magnus, qualis non factus est, ex quo homines facti sunt super terrâ: tantus (*inquam*) terræmotus adeò magnus.

19. Factaque est urbs magna in tres partes & urbes gentium corruerunt: Babylonis autem magnæ memoria facta est coram DEO, ad dandum illi poculum vini furoris iræ Ipsius.

20. Omnis insuper insula fugit, & montes non inventi sunt.

21. Grando etiam magna quasi talenti pondo descendit è cœlo super homines. Quare blasphemarunt homines DEUM præ plaga grandinis: quia magna erat plaga Ejus valdè.

CAP. XVII.

Partes habet Tres. I. Est ostensio scorti ab Angelo Ioanni facta à v. 1. II. Ejusdem scorti descriptio super bestia. à v. 3. III. Mysterij mulieris ejusdem, & bestiæ eam portantis expositio per Angelum Ioanni admiranti facta. à v. 7.

Posteà

POsteà venit unus ex septem Angelis, habentibus septem phialas, locutusque est mecum, dicens mihi; Veni, monstrabo tibi judicium meretricis magnæ, sedentis super aquis multis:

2. Cum qua scortati sunt Reges terræ, & inebriati sunt ex vino scortationis ejus inhabitantes terram.

3. Mox detulit me in desertum in spiritu. Ubi vidi mulierem sedentem super bestia coccinea, plenam nominibus blasphemiæ, & habebat capita septem & cornua decem.

4. Erat autem mulier induta purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens aureum poculum in manu suâ, plenum abominationibus & immunditie scortationis ejus.

5. At superfrontem suam nomen scriptum, mysterium, Babylon magna, mater scortorum & abominationum terræ.

6. Vidi etiam mulierem inebriatam ex sanguine Sanctorum, & ex sanguine testium Jesu. Unde miratus sum videns eam miratione magna.

7. Sed dixit mihi Angelus; quare miratus es? Ego tibi dicam mysterium mulieris, & bestiæ portantis eam, habentis septem capita & decem cornua.

8. Bestia, quam vidisti, erat, & non est, & ascensura est ex abysso, & in perditionem abitura: & admirabuntur habitantes super terra [quorum nomina non scripta sunt super librum vitæ à fundatione mundi,] cum videbunt bestiam, quod erat, & non est, licet sit.

9. Hic intelligentia (*opus est:*) si quis habet sapientiam. Septem (*enim*) capita sunt montes septem, ubi mulier sedet super illis, & Reges septem sunt.

10. Quinque ceciderunt, & unus est: alter nondum venit; & quando venerit, brevi illum oportet manere.

11. Bestia autem, quæ erat, & non est, ipse etiam octavus est, & ex septem, & in perditionem abit.

12. Decem portò cornua, quæ vidisti, decem Reges sunt, qui regnum nondum acceperunt; potestatem tamen tanquam Reges unam horam accipiunt cum bestia.

13. Hi unam mentem habebunt & potentiam & potestatem suam tradent bestiæ.

14. Hi cum Agno pugnabunt, sed Agnus vincet eos; quia [a] Dominus Dominorum est, & Rex Regum, & qui cum Ipso, (*sunt*) vocati & electi & fideles.

15. Portò dixit mihi; aquæ, quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi & turbæ sunt, & gentes & linguæ.

16. Decem verò cornua, quæ vidisti super bestia, hi odio habebunt meretricem, & devastatam facient eam nudamque, & carnes ejus comedent; ipsam verò comburent igne.

17. DEUS enim dabit (*quidem*) in corda eorum, ut induant mentem hanc, faciantque unam sententiam, dentque regnum suum bestiæ, usque dum consummentur verba DEI.

18. Cæterùm mulier, quam vidisti, est urbs magna, quæ habet regnum super Reges terræ.

CAP. XIIX.

Partes hujus Capitis Tres sunt. In I. est Angelus Casum Babylonis annuntians. à v. 1. In II. vox è cœlo, jubens (1.) exire ex Babylone. à v. 4. prædicens (2.) luctum Regum, mercatorum &c. casu Babylonis. à v. 9. gaudium verò (3.) super eo casu Babylonis. à v. 20. In III. Angelus projecto in mare molari casum ejusdem confirmans. à v. 21.

POsthæc verò vidi Angelum descendentem è cœlo, habentem potestatem magnam.

2. Terra itaque illustrata est à gloria ejus, clamavitque cum virtute, voce magna dicens; [a] Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitaculum dæmonum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis avis immundæ, & exosæ.

3. Quia ex vino furoris scortationis suæ potavit omnes gentes, & Reges terræ cum ea scortati sunt, & mercatores terræ ex facultatibus deliciarum ejus ditati sunt.

4. De-

4. Deinde audivi aliam vocem è cœlo, dicentem, Exite ex eâ populo mi, ne communiceris peccatis ejus, & ut non accipiatis ex plagis ejus.

5. Quia secuta sunt ejus peccata usque ad cœlum; ideò recordatus est DEUS iniquitatum ejus.

6. Reddite illi, quemadmodum etiam illa reddidit vobis, & duplicate ei dupla juxta opera ejus: poculo, quo miscuit, miscete illi duplum.

7. Quantum glorificavit seipsam, & deliciata est, tantum date illi cruciatum & planctum: quia in corde suo dixit, sedeo Regina, & vidua non sum, & planctum non viderim.

b) *Esa.* 47,9. 8. Propter hoc [b] in unâ die venient plagæ ejus, mors, & planctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis Dominus DEUS, qui judicat illam.

9. Tum deflebunt eam, & plangent super ea Reges terræ, qui cum ea scortati sunt, & deliciati, quando viderint fumum combustionis ejus:

10. E longinquo stantes propter metum cruciatus ejus, dicentes, Væ, væ, urbs magna Babylon, urbs robusta! quia in una hora venit judicium tuum.

11. Mercatores etiam terræ flebunt, & plangent super eâ, quod merces eorum nemo emit amplius:

12. Merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & coccini, & omne lignum thyinum, & omne vas Elephantinum, & omne vas ex ligno pretiosissimo, & ære, & ferro, & marmore,

13. Et Cinnamomum, & suffimenta, & unguentum, & (*libanum*) thus, & vinum, & oleum, & similam, & triticum, & jumenta, & oves: & equorum, & Rhedarum, & corporum (*merces,*) & animas hominum.

14. Et fructus maturi desiderii animæ tuæ abierunt à te, & omnia pinguia & splendida abierunt à te, & non amplius invenies ea.

15. Mercatores horum; qui ditati sunt ab eâ, è longinquo stabunt propter metum cruciatus ejus, flentes & plangentes,

16. Et dicentes; Væ, væ, urbs magna, quæ indura fuisti byssino, & purpureo, & coccineo, inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis:

17. Quia una horâ devastatæ sunt tantæ divitiæ! Omnis etiam gubernator, & omnis qui super navibus versatur, & nautæ, & omnes qui mari negotiantur, è longinquo stetérunt,

18. Et clamabant videntes fumum combustionis ejus, dicentes; Quæ similis (*est*) urbi magnæ.

19. Injeceruntque pulverem in capita sua, & clamabant flentes & plangentes, dicentesque; Væ, væ, urbs magna, in qua divites facti sunt omnes, qui habent naves in mari, ex pretiositate ejus? quia una hora devastata est.

20. Exulta (*verò*) super ea, cœlum, & sancti Apostoli, & prophetæ, quia judicavit DEUS judicium vestrum de illâ.

21. Tunc sustulit unus Angelus robustus lapidem sicut molarem magnum, & conjecit in mare, dicens; sic impete dejicietur Babylon, magna urbs & non invenietur amplius.

22. Et vox citharœdorum, & Musicorum, & tibicinum, & buccinatorum non audietur in te amplius. Et omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius: & omnis vox molæ non audietur in te amplius.

23. Et lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox Sponsi & Sponsæ non audietur in te amplius: quia Mercatores tui erant Magnates terræ; quia incantatione tuâ seductæ sunt omnes gentes.

24. Inprimis in ea sanguis propherarum & sanctorum inventus est, & omnium occisorum super terrâ.

CAP. XIX.

Partes habet Octo. In I. est Canticum multitudinis in cœlo super judicio Meretricis, à v. 1. In II. Canticum Seniorum & animalium. v. 4. In III. Vox vocans ad nuptias Agni instantes. à v. 6. In IV. Ioannes Angelum scribere mandantem prohibet se adorare. v. 10. In V. apparet equus albus & sedens in eo bellator. à v. 11. In VI. Angelus in sole invitans aves ad comedendum. à v. 17. In VII. pugna bellatoris cum bestia & Regibus terræ. v. 19. In IIX. pugnæ exitus, à v. 20.

Sed

SEd post hæc audivi vocem turbæ multæ magnam in cœlo, dicentis; Alleluja, salus, & gloria, & honor, & potentia Domino DEO nostro;

2. Quia vera & justa judicia Ejus: quia judicavit meretricem magnam, quæ corrupit terram fornicatione sua; vindicavitque sanguinem servorum Suorum de manu ejus.

3. Secundumque dixerunt; Alleluja: Fumus autem ejus ascendit in secula seculorum.

4. Tum ceciderunt Seniores viginti & quatuor, & quatuor animalia, adoraruntque DEUM, sedentem super throno, dicentes; Amen, Alleluja.

5. Vicissim vox e throno exivit, dicens; laudate DEUM nostrum omnes servi Ejus, & timentes Eum, tàm parvi quàm magni.

6. Unde audivi quasi vocem turbæ multæ, & quasi vocem aquarum multarum, & quasi vocem tonitruorum validorum, dicentes; Alleluja, quia regnavit Dominus DEUS, Omniporens.

7. (*Ideò*) gaudeamus, & exultemus, & a) *Matt.* demus gloriam Illi: quia venit tempus [a] nuptiarum Agni, & uxor Illius paravit 22,2. 25,6.10. seipsam,

8. Tunc datum est illi, ut indueretur byssino mundo & splendido; Byssinum enim sunt justitiæ Sanctorum.

9. At mihi dixit; scribe; Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati, Dicit etiam mihi; Hæc verba vera sunt DEI.

10. Cecidi ergò ante pedes ejus ad adorandum eum. Sed dicit mihi; Vide, ne (*feceris:*) conservus enim tuus sum, & fratrum tuorum, habentium testimonium JESU. DEUM adora. Testimonium enim JESU est Spiritus prophetiæ.

11. Postea vidi cœlum apertum: cùm, ecce, Equus albus, & qui sedens super Eo vocabatur fidelis & verus, qui in justitia judicat & pugnat:

12. Oculi autem Ejus (*erant*) sicut flamma ignis, at super capite Ejus diademata multa; habens Nomen scriptum, b) *Esa.* quod nemo scit, nisi Ipse. 63, 1.

Indutus verò erat [b] vestimento tincto sanguine: vocaturque Nomen Ejus, Verbum DEI.

14. Cæterùm exercitus Ejus in cœlo sequebantur Ipsum super equis albis, induti byssinum album & mundum.

15. Ex ore verò ejus exit romphæa acuta, ut per Illam percutiat gentes: ac Ille [c] pascet eos virga ferreâ: idemque c) *Psal.* [d] calcat torcular vini furoris & iræ DEI *Apocal.* Omnipotentis. 2, 27.

16. Habet verò super vestimento, & d) *Esa.* super femore suo Nomen scriptum, [e] 63, 3. (c) Rex Regum, & Dominus Dominorum. 1. *Tim.* 6. 15.

17. Vidi porrò unum Angelum stantem in Sole: qui clamavit voce magna, *Ap.* 17, dicens omnibus avibus volantibus in me- 14. dio cœlo; venite, & congregamini ad cœnam magni DEI.

18. Ut comedatis carnes Regum, & carnes chiliarchorum, & carnes fortium, & carnes equorum & sedentium super illis, & carnes omnium liberorum & servorum, & parvorum & magnorum.

19. Mox vidi bestiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum bellum cum sedente super equo, & cum exercitu Ejus.

20. Sed comprehensa est bestia, & cum eâ Pseudoprophera, qui fecit signa coram illa, per quæ seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & eos, qui adoraunt imaginem ejus; viventes conjecti sunt hi duo in stagnum ignis ardens in sulphure.

21. Reliqui verò occisi sunt romphæâ sedentis super equo, quæ exibat ex ore ejus: omnes verò aves satiatæ sunt ex carnibus eorum.

CAP. XX.

Tartes habet Tres. In I. diabolus ab Angelo in abyssо vinctus, & post mille annos solutus est. à v. 1. In II. Ejus impulsu Gogus & Magogus civitatem DEI obsident; sed igne de cœlo consumuntur, diabolus autem in stagnum ignis conjicitur. à v. 7. In III est thronus altus & judicium omnium mortuorum, a v. 12.

POstea vidi Angelum descendentem è cœlo, qui habebat clavem abyssi, & catenam magnam super manu sua.

2. Hic comprehendit draconem, ser-

pentem antiquum, qui est diabolus & Satanas: vinxitque eum mille annos:

3. Conjecitque eum in abyssum, & conclusit eum, & obsignavit super eo, ut non seduceret gentes amplius, usque dum consummarentur mille anni. Postea verò oportet illum solvi exiguum tempus.

4. Vidi porrò thronos, consederuntque super iis, & judicium datum est illis: animas etiam secuti percussorum propter testimonium JESU, & propter verbum DEI, & qui non adoraverant bestiam, neque imaginem ejus, & non acceperant characterem super frontem suam, & super manum suam: qui vixerunt, & regnarunt cum CHRISTO mille annos,

5. Reliqui verò mortuorum non revixerunt, donec consummarentur mille anni. Hæc est resurrectio prima.

6. Beatus & sanctus est, qui habet partem in resurrectione primâ. Super hos (*enim*) mors altera non habet potestatem: sed erunt Sacerdotes DEI & CHRISTI, & regnabunt cum Illo mille annos.

7. Quando autem consummati fuerint mille anni, solvetur Satanas è custodia sua;

8. Et exibit, ad seducendum gentes, quæ in quatuor angulis terræ, Gogum & a) *Exc.* Magogum, [a] ut congreget eos in bel- 39, 1. lum, quorum numerus sicut arena maris.

9. Ascenderunt itaque super planitiem terræ, & circumdederunt castra Sanctorum, & urbem dilectam: sed descendit ignis a DEO è cœlo, & consumsit eos.

10. Diabolus autem, qui seducebat eos, conjectus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi bestia & Pseudoprophera & cruciabuntur dies & noctes in secula seculorum.

11. Denique vidi thronum album magnum, & sedentem super eo, à cujus facie fugit terra & cœlum, nec locus inventus est eis.

12. Vidi etiam mortuos, parvos & magnos stantes coram DEO, & libri aperti sunt. Et liber alius apertus est, qui est vitæ; judicatique sunt mortui juxta ea, quæ scripta in libris, secundum opera ipsorum.

13. Dedit enim mare eos, qui in illo, mortuos, & mors & infernus dederunt eos, qui in illis, mortuos: judicari itaque sunt quilibet secundum opera ipsorum.

14. Mors autem & infernus ejecti sunt in stagnum ignis: [hæc est altera mors.]

15. Et si quis non inventus est in libro vitæ scriptus, ejectus est in stagnum ignis

CAP. XXI.

Partes sunt tres. In I. apparet novum cœlum, & nova terra, & nova Jerusalem, ut novus status eorum ejus. à v. 1. In II. jubetur à DEO Joannes scribere, qui ingressuri Hierosolymam novam; qui non. a v. 5. In III. describitur ipsa nova Jerusalem. a v. 9.

DEinde vidi [a] cœlum novum & ter- a) *Esa.* ram novam. [prius enim cœlum, & 65, 17. ptior terra transiit:] & mare non erat 66, 22. amplius. 2. *Pet.* 3.

2. Insuper ego Joannes vidi urbem sanctam Jerusalem novam descendentem a DEO e cœlo, paratam sicut sponsam ornatam marito suo.

3. Audivi autem vocem magnam è cœlo, dicentem; Ecce, tabernaculum DEI cum hominibus, qui habitabit cum illis, & illi populi Ejus erunt, Ipse verò erit cum illis, DEUS illorum.

4. Et [b] absterget DEUS omnem la- b) *Esa.* chrymam ab oculis illorum, & mors non 25, 8. erit amplius, neque luctus, neque clamor, *Apoc.* 7, neque labor erit amplius, quia priora 17. transierunt.

5. Dixit verò sedens super throno; Ecce, nova omnia facio. Dixit etiam mihi; scribe, quia hæc verba vera & fidelia sunt.

6. Iterum dixit mihi; Factum est. c) *Esa.* Ego sum Alpha & Omega, principium & 41, 4. finis. Ego sitienti dabo ex fonte aquæ 44, 6. vitæ gratis. *Ap.* 22 13.

7. Qui vicerit, hereditariò possidebit omnia, eroque illi DEUS, & ille erit Mihi filius.

8. Timidis autem, & infidelibus, & abominabilibus, & homicidis, & fornicatoribus, & incantatoribus, & idololatris, & omnibus mendacibus (*scribe, quod*) pars eorum in stagno ardente igne & sulphure: quæ est altera mors.

9. Tum

9. Tum venit ad me unus ſeptem Angelorum, qui habebant ſeptem phialas, plenas ſeptem plagis ultimis, & locutus eſt mecum, dicens; veni, oſtendam tibi Sponſam Agni uxorem.

10. Abſtulit ergò me in ſpiritu ſuper montem magnum & altum, & oſtendit mihi urbem magnam, ſanctam Jeruſalem, deſcendentem è cœlo à DEO;

11. Habentem gloriam DEI: & luminare ejus ſimile (*erat*) lapidi pretioſiſſimo, ſicut lapidi Jaſpidi, inſtar Cryſtalli ſplendenti:

12. Habentemque murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & ſuper portis Angelos duodecim, & nomina ſcripta, quæ ſunt duodecim tribuum filiorum Iſraëlis.

13. Ab oriente (*erant*) portæ tres, à ſeptentrione portæ tres, à meridie portæ tres, ab occaſibus portæ tres.

14. Murus autem urbis habebat fundamenta duodecim: & in iis nomina duodecim Apoſtolorum Agni.

15. Qui verò mecum loquebatur, calamum habebat aureum, ut metiretur urbem, & portas ejus, & murum ejus.

16. Cæterum urbs jacet quadrangularis; & longitudo ejus tanta eſt, quanta etiam latitudo. Menſus itaque eſt urbem calamo, in ſtadiis duodecies mille. Longitudo & latitudo, & altitudo ejus æqualia erant.

17. Menſuſque eſt murum ejus centum quadraginta quatuor cubitorum: quæ eſt menſura hominis, hoc eſt, Angeli.

18. Erat verò ſtructura muri ejus Jaſpis: at urbs aurum purum ſimilis vitro puro.

19. Fundamenta porrò muri urbis omni lapide pretioſo exornata. Fundamentum primum (*erat*) Jaſpis: ſecundum Sapphirus: tertium, Chalcedonius: quartum Smaragdus.

20. Quintum, Sardonyx: ſextum Sardius: ſeptimum, Chryſolithus: octavum, Beryllus: nonum Topazium: decimum, Chryſopraſus: undecimum Hyacinthus: duodecimum, Amethyſtus.

21. Duodecim autem portæ (*erant*) duodecim margaritæ: unaquæque portarum erat margarita una: at platea urbis aurum purum, quaſi vitrum pellucidum.

22. Cæterum templum non vidi in ea: quia Dominus DEUS Omnipotens templum ejus eſt, & Agnus.

23. Urbs porrò [d] non opus habet ſole, neque luna, ut luceant in eâ: Gloria enim DEI illuſtravit eam, & lucerna ejus Agnus (*eſt.*)

24. Gentes verò, quæ ſalvantur, in luce ejus ambulabunt: & Reges terræ adferent gloriam & honorem ſuum in eam.

25. Portæ autem ejus non claudentur interdiu: nox enim non eſt ibi. Adferentque gloriam & honorem gentium in eam.

26. Sed non ingredietur in eam ullum immundum, & faciens abominationem & mendacium; niſi qui ſcripti in libro vitæ Agni.

CAP. XXII.

Partes ſunt quinque. In I. deſcribuntur fluvius, ligna, & univerſus ſtatus novæ Hieroſolymæ. In II. Joanni Angelum adoraturus prohibetur ab illo. à v. 6. In III. idem inſtruitur de libro Apocalypſeos. v. 10. 11. In IV. eſt valedictio Jeſu abituri. v. 16. In V. concluſio libri totius. à v. 17.

PRæterea oſtendit mihi purum fluvium aquæ vitæ, ſplendidum ſicut Cryſtallum, exeuntem è throno DEI, & Agni.

2. In medio plateæ ejus & fluvii hinc & illinc lignum vitæ, faciens fructus duodecim, juxta menſem quemvis reddens fructum ſuum: & folia ligni (*ſunt*) in medicinam gentium.

3. Ullum verò devotum non eſt amplius: ſed thronus DEI & Agni in eâ erit: at ſervi Ejus miniſtrabunt Illi:

4. Videbuntque facies Ejus, & Nomen Ejus (*erit*) in frontibus illorum.

5. [a] Nox inquam, non erit ibi, neque opus habent lucerna & luce Solis; quia Dominus DEUS illuſtrat illos; regnabuntque in ſecula ſeculorum.

6. Tandem dixit mihi: Hæc verba fidelia & vera (*ſunt.*) Et Dominus DEUS ſanctorum Prophetarum miſit Angelum ſuum ad monſtrandum ſervis Suis, quæ oportet fieri citò.

7. Ecce, venio citò, Beatus, qui ſervat verba prophetiæ libri hujus.

Ego verò Joannes (*ſum,*) qui videbat hæc, & audiebat. Et quando audivi & vidi, cecidi adoraturus ante pedes Angeli, qui monſtrabat mihi hæc.

9. Sed dicit mihi, Vide, ne (*feceris:*) conſervus enim tuus ſum ego, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum, qui ſervant verba libri hujus: DEUM adora.

10. Inſuper dicit mihi; ne obſignes verba prophetiæ libri hujus, quia tempus propè eſt.

11. Qui injuſtitiam facit, faciat porrò; & qui ſordeſcit, ſordeſcat porrò: at qui juſtus, juſtificetur adhuc, & qui ſanctus ſanctificetur adhuc.

12. Et, ecce, venio citò, & [b] merces Mea Mecum; ut dem unicuique, ſicut opus ejus erit.

13. Ego ſum [c] Alpha & Omega, principium & finis, primus & ultimus.

14. Beati, qui faciunt mandata Ejus, ut ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & portis ingrediantur in urbem.

15. Foris (*enim*) ſunt canes, & incantatores, & ſcortatores, & homicidæ, & idololatræ, & omnis, qui amat & facit mendacium.

16. Ego JESUS miſi Angelum Meum, ad teſtandum vobis hæc in Eccleſiis. Ego ſum radix & genus Davidis, ſtella ſplendida, & matutina.

17. Spiritus autem & ſponſa dicunt, veni. Et qui audit, dicito, veni. Et qui [d] ſitit, venito; & qui vult, ſumito aquam vitæ gratis.

18. Conteſtor enim omni, qui audit verba prophetiæ libri hujus, ſi quis addiderit ad hæc, addet DEUS ſuper eum plagas ſcriptas in libro hoc.

19. Et ſi quis abſtulerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet DEUS partem ejus de libro vitæ, & ex urbe ſancta, & eorum, quæ ſcripta ſunt in libro hoc.

20. Dicit, qui teſtatur hæc: næ, venio citò. Amen, næ veni, Domine JESU.

21. Gratia Domini noſtri JESU CHRISTI (*ſit*) cum omnibus vobis, Amen.

SOLI DEO GLORIA.